DE STATVS, AC BELLI RATIONE SERVANDA

CVM BELGIS, SIVE INFERIORIS GERMANIAE PROVINCIIS.

ALIISQVE A LEGITIMO SVORVM Principum Dominio, & Obedientia Rebellantibus,

Discursus, & Animaduersiones.

D. IOANNIS BAPTISTÆ VALENZVELA Velazquez Nobilis Hispani.

SACRI SVPREMI CONSILII IVSTITIAE REGNI Neapolis, & Collateralis Consiliarij. Regentis Regiam Cancellariam.

AD INVICTISSIMVM D. PHILIPPVM III. Hispaniarum, Indiarum Noui Orbis, & vtriusque Siciliæ Regem Catholicum, Flandriæ Comitem, Dominum suum clementissimum.

Cum Argumentis, Summarijs, & Sententiarum notabilium Indice.

PRIVILEGIO, ET SVPERIORVM PERMISSV.

NEAPOLI,

... Tarquinii Longhi. M.D C.XX.

Lælius Abbas Tassius Deput. vidit.

M.Cornel.Tirobosc.Prædic. Ordin. approbat.

Imprimatur.

Alexander Boschius Episcop.Carinol.Vic. Gen.Neap.

Censura Doctissimi Viri V. I. D. Ioannis Laurentij Rogerij Primæ Cathedræ Legalis Iurisprudētiæ insignis Vniuersitatis Neapolitanæ perpetui moderatoris meritissimi.

Illustrissime, & Excellentissime Domine.

Quæ de Status, ac Belli ratione seruanda cum Belgis,siue Inferioris Germaniæ Prouincijs,laboriosè collecta; concinne disposita, prudenter diffinita, eruditissimè, æquè, ac pijssimè confirmata. exarauit Doctissimus integerrimus, atque absolutissimus Iuris Consultus. D.Regens Valenzuela Velazquez. Tū ad Respublicas à Rebellium contumacia tutandas: Tum ad Inuictissimi Regis Nostri conseruandam, augendamque Maiestatem, non minus necessaria quam aptissima mihi visa sunt; Ideoque dignissima,vt non delitescant, sed in lucem prodeant. Die secunda Ianuarij. 1620.

V. E.

Humillimus seruus

Io. Laurentius Rogerius.

POTENTISSIMO

D. PHILIPPO TERTIO HISPANIARVM,

INDIARVM NOVI ORBIS, AC SICILIÆ Vtriusque Regi Catholico, Flandriæ Comiti

DOMINO SVO

IOANNES BAPTISTA VALENZVELA VELAZQVEZ Regni Neapolis Collateralis Consiliarius, Regens Regiam Cancellariam.

S. & P. F. P.

CVM primum benignitate, & clementia Maiestatis Vestræ creatus fui Collateralis Consiliarius, & Regens Regiam Cancellariam huius Regni Neapolis, animaduertens varietatem, & magnitudinem causarum, quæ in Collaterali Consilio incidunt, & quotidie tractari solent, non solum circa materias Iustitiæ, & aliorum iudicum, & Tribunalium directionem. Sed etiam circa status regimen: Opere pretiũ duxi animum, & ingenium conuertere ad studia ciuilis doctrinæ, politiorisq; literaturæ intermissa annis quibus per prius inseruierã Maiestati Vestræ in eius Sacro Regio Consilio Regni præfati, in quo id mihi fuit curæ præcipuè, celeri causarum expeditioni, & distri-

a 2 *bu-*

butioni Iustitiæ incumbere, measq; operas quales quales præstare. & cum viderem ad præsens tempus impleri quo Vestra Maiestas pro innata sua pietate, & beneuolentia in subditos etiam demerentes, dignata fuit arma suspendere alias iustè, imo iustissimè declarata ad punitionem Rebellium Belgarum, opportunum putaui sequentes discursus tanquam tempori cōuenientes ad Vestram Maiestatem transmittere, vt ex illis elicere valeat quomodo, & qualiter se debeat habere contra rebelles si indurati extiterint in sua inobediētia, aut iniquas pacis cōditiones proponēre studuerint. argumentū tractatione, & imitatione dignū, & licet ab aliquibus tactū, non satis hucusque pro maiestate, & magnitudinē materiæ exaratum. Supplex itaque V. Maiestatem exoro, vt meis ausibus parcere dignetur. Et si è magna curarum, ac solicitudinum mole qua quotidie distringitur pro regimine suæ amplissimæ monarchiæ, & Catholicæ Ecclesiæ commodis, aliquod vel breue temporis spatium sibi supererit. suos pergratos oculos in eosdem discursus inijciat, vt illorum splendore viuificari incipiant. animique mei vigor augeatur ad maiora seruitia in dies impendenda Maiestati Vestræ. quam Deus Optimus Maximus incolumen seruet cum suorum statuum tranquillitate, & aliorum regnorum ab infidelibus possessorum adiectione, vt Christianæ Reipublicæ, & Sanctæ Sedi Apostolicæ, & Catholicæ Romanæ Ecclesiæ conuenit, & nos humiles vasalli, & serui Maiestatis Vestræ, continuè precamur. Neapoli die XXV. Aprilis. M. DC. XX.

IMPERATORI
REGIBVS
PRINCIPIBVS
DVCIBVS, ET
GVBERNATORIBVS
RERVMPVBLICARVM.

VM eo vſque humana nequitia proceſſerit,vt ſubditi multoties erecta ceruice curent,& machinentur abijcere à ſe iugum obedientiæ , & reuerentiæ ſuorum legitimorum Principum,refractis pudoris, & conſcientiæ clauſtris,ne dũ ſeditiones,ſed apertas,manifeſtaſq; rebelliones aduerſus illos faciendo, commouendoque alios tyrannos qui ipſis imperitent,ſeque offerant eſſe Duces,& à quibus defendantur, & foueantur illorum peſtifera dogmata,& ſectæ perditionis in Dei offenſam,& trãquilli ſtatus eius Catholicæ,& Apoſtolicæ Romanæ Eccleſiæ turbationem : non potui me continere quin hos diſcurſus in lucem prodire curarẽ. quorum doctrina,& admonitiones , & ſi ſolummodo videantur Maieſtati Domini mei Regis Catholici directæ,inſectenturque Neptuninos illos Belgarum Rebelles. nihilominus tamen alloquuntur etiam,& commonefaciunt,ac excitare intendunt, reliquos vos legitimos Principes,& Reſpublicas habentes dominatus, ſubditos,& vaſallos,vt animaduertatis idem vobis in dies euenire poſſe,creſcente malitia,& peruerſitate malorum,vt ex eo cautiores efficiamini aduerſus eos,ne in caput veſtrum conuertatis diuinæ potentiæ,& vindictæ iram ſi dictos,aut alios ſimiles Rebel-

les iuuare in animum induxeritis. Ideoque tanquam in publica, & communi causa omnes vires, neruosque intendatis, ac curetis magnopere, vt sæuum illud incendium, & flammæ extinguantur, quarum primæ scintillæ neglectæ solent nimis licentiosa libertate protendi ad id quod remotius, magisque reseruatum, & bene custoditum putabatur. Oro tamen, vt acceptum habeatis candorem animi mei, & iuxta syncaritatem illius censuram mitem adhibeatis eius quod minus prudenter apparuerit scriptum pro qualitate, & magnitudine subiecti. Hoc enim solum erit mihi præmium condignum, & coæquale, zelus publici boni quo sum commotus optans, desideransque vestrum diuturnum Imperium, Regnorum, Principatuum, Dominationumque exaltationem.

VALETE.



In

AD AVCTOREM.

D. CAROLI BELAMOREI.

Epigramma.

Niliacis, ensem, ac librum, fert Cæsar in vndis,
Lustre, docens vt dant litteræ, & arma decus,
Romani, Hispano, tu VALENSOLA Monarchæ
Augustum claro dogmate stemma refers.
Te regat imperio nascentes consule mundos
Famæ in vtroque magis Cæsare nomen erit.

Aliud.

VALENSOLA, doces condignas regibus artes,
Queis regni valeant ferre decenter onus.
Has si rite student, tibi, & illis laude suorum
Diuinum æterni surget honoris opus.

D. IO: BAPTISTÆ VALENZVELA VELAZQVEZ
Regio à Latere Consiliario, & Neapolitani Regni
Regiæ Cancellariæ Regenti.

IOANNES BAPTISTA DE STEPHANO
Iurisconsul. Neapolitanus.

EPIGRAMMA.

ARmis ornatas, armatas legibus Vrbes,
VALLENZVELA tuæ vidimus artis Ope;
Regna Ornas, calamique tui, tu cuspide Munis,
Prælia cum Mauors inter acerba fremit.
Regna armas, scriptis tradens moderaminis artem,
Pax vbi pacatos ducit amica choros.
Vrge opera hæc (REGGENS) debebunt regna libellis,
Siuè Sagata tuis, siuè Togata tuis.

ALIVD.

COnsilio, calamoque virum Doctissime polles,
Mortale ad rectum ducis vtroque genus.
Hinc tua ab Occasu virtus dicetur ad Ortum,
Ibit, & a sera posteritate Recens;
Hauriet, & si quis populis præcepta Regendis
Ciuica, & ex animis eruta sensa tuis;
Ite procul Graij scriptores Ite Latini,
Et TACITO dicet cum leget ista Tace.

ALIV D.

SCripsisti, atque vrbis moderandæ, artemque modumque,
Quisque tui Calami munere tutus habet,
Pax viget alma? tuis Princeps regat artibus vrbes,
Stat Bellona? tuis artibus ille regat;
Viue Diù fœlix mihi VALLENZVELA libellis,
Debet, & illa tuis, debet & ista tuis.

In

In librum Status, & Belli:

Domini Regentis
IOANNIS BAPTISTÆ VALENZVELÆ
Supremi Ordinis Consiliarij.

Carolus de Eybersbach.

Regna Therapnæus rexit Spartana Lycurgus
Et validis domuit legibus illa datis.
Mopsopiamque Solon fouit Salaminius Vrbem
Consilio, & studijs, Pindaricisque modis.
Belgia dumque fremens vesanis obstrepit armis
Imperio Regis subdere colla sui.
Hydricomæ, atque instar bachatur Erynnis in almam
Ecclesiam, & Regem, Numina, & ipsa Dei.
En nouus iste Solon, inuicti gloria Regis
Austriadis, rutilans Thespiadumque iubar.
Ne magis obtundat gladios clementia Regis,
Et pereat belli pronuba seditio.
Protinus effrænes suadet compescere Belgas
Consilio, votis, legibus, arte, modis.

Aliud

In eundem Librum.

Dum tubæ clangunt statuum recuruæ
Belgicorum; timpana dumque contra
Regis inuictam Austriadis Tyaram
Rauca rebombant.

Dumque turgescunt animo rebelles
Subditi, & diro machinantur astu,
Exuant, vt colla iugo sacrati
Regis Iberi.

Dum

Dum quoque in Clerum, Ecclesiæque summum
(Væ misellis) Pontificem malignè
Sæuiunt, nec cœlicolas abhorrent
Temnere Diuos.

Magnus en Legum Arbiter, & Lycurgus
Nunc VALENZVELA hanc miserando cladem,
Hostium insultus ratione suadet
Frangere toruos.

Belgiæ, vt fractis lugeat morosa
Denique armis perfidia; ac beata
Inter omnes Pax vigeat, fidesque
Floreat alma.

AR

ARGVMENTA
SEQVENTIVM DISCVRSVVM.
PARTIS PRIMAE.

re-

rebellauerit, & de natura Plebis, qualiterque praua consilia agnosci, & præcaueri debeant, ac hostis natura, & de fortitudinis bono, exemploque Principum bonorum imitando.

PARTIS SECVNDAE.

Con-

con-

Confideratio. 14. Pag. 264.

Diffidentia prudens quam sit proficua, quamque periculosa negligentia, & securitas, & de vigilantia Principis, & Hispanorum victorijs aduersus Romanos, *& Sarracenos.*

Confideratio. 15. Pag. 271.

Reges debere imitari prædecessores, & de effectu consuetudinis, quã doue rebelles sint admittendi ad reconciliationem, & Romanorũ *in hoc mos. & in annullandis inhonestis pacis conditionibus.*

Confideratio. 16. Pag. 240.

Arma quibus auferenda, aut quibus permittenda, & quantum Reipublicæ conferat illorum tractatio, & quibus ob rebellionem arma prohibita, & de inconuenientibus exortis ex assuefactione bellum gerendi, cum natione alias imbelli.

Confideratio. 17. Pag. 293.

Arma, & illorum exercitium quanti sint habenda, & Duces præstantes in pretio, & existimatione à Regibus habendi, & qualiter occurrendum calumnijs, quæ aduersus Duces insignes euulgari solent.

Confideratio. 18. Pag. 301.

P*opulus Israeliticus taliter à Philistijm erat oppressus quod nec arma tenere, nec fabricare permittebatur, & Hispaniarum vastatio à Mauris vnde processerit, & de damnis pacis neglecto armorum vsu, & bella quare inuenta, & egregia facta inuidiæ obnoxia, & crimen lesæ Maiestatis qualiter incurratur laudesque Hispanorum militum recensentur, pluraque de illorum innata ui, & fidelitate, & de præmiorum præstatione.*

Con-

DISCVRSVS ET CONSIDERATIONES STATVS, ET BELLI:

CIRCA REBELLIONIS SVBDITORVM MATERIAM.

PARS PRIMA.

SVMMARIVM.

Timore naturaliter afficitur, qui per tenebras incedit.
Belgica rebellio comparatur Hidræ, & Antaoni.
Maiestas, & prudentia D. Regis Catholici quare debeat rebellioni Belgicæ totis viribus occurrere.
Venia dignus est, qui in causa conseruationis Reipublicæ reperitur audax.
Reipublicæ vtilissima sunt dicenda, & consulenda.
Minærua Phidiæ propter perfectionem collocata in arcis summitate.

INTRODVCTIO.

BSCVRITAS, & tenebræ naturaliter
opprimunt cor illius,qui per inuia & aspe-
ra loca facit iter, efficiuntque, vt quodam
1 timore,† & oppressione animi afficiatur, vt
non progrediatur vltra. Verum exorienti-
bus Solis radijs,oculos aperit,illorumque
acie itineris difficultatem comprehendit,
& asperrimas rupes, cliuosaque loca alacri
cum animo transit: Hoc naturali metu etiam num cor meum affi-
citur taliter vt cogar, per huiusmodi desertum,& salebras iter fa-
cere absque vllo alio lumine,quàm turbidæ,& si zelotypæ contem
plationis,animaduertendo cum ingenij mei humili mediocritate,
modicaq; experientia,an opprimi possit rebellio Belgica,capitum
2 multorum serpens, instar rediuiuæ † Hydræ repullulans, & super-
bus ille Antæon, quibus nisi Diuinus Hercules opponatur. (qui
3 est † fortitudo,prudentiaq;Maiestatis Domini Catholici Regis)fa-
cile cum irreparabili ruina finem causabunt tot sumptuosorum,
splendidorumque Belgarum, seu inferioris Germaniæ statuum
charum,antiquumq; patrimonium eius, & multorum aliorum mi-
nabuntur interitum, quos Deus Optimus Maximus pro sua Diui-
na Clementia, sub regia eius corona conseruare dignetur. Et li-
cet intellectus mei oculi turbati quodammodo sint, tetraque ca-
ligine offusi, non desinam tamen audere proferre, quod mecum
4 re vera sentio.†Venia quippe dignus est,qui in causa conseruatio-
nis Reipublicæ audax reperitur, vt ex Demosthenis sententia con
5 stat in oratione de Chersonesso in principio. † *Vtilissima* (inquit)
Reipublicæ tum dicenda, tum decernenda esse. Non tamen in om-
6 nibus approbari, & acceptus fieri concupisco, cum solus † Phy-
dias Mineruam eius tanquam perfectissimam in arcis summita-
te collocare meruerit,teste Plinio lib.35.naturalis Historiæ cap.8.

SVM-

SVMMARIVM.

dici Imperator noui Orbis Orientalis, & Occidentalis.

30 *Mundus tunc foret fœlix, quando sapientes regnassent, aut Reges essent sapientes.*

31 *D. Rex Philippus Secundus fuit velut alter Salomon sapiens.*

32 *Publio Attilio primum concessus sapientis titulus à Romanis.*

33 *Aristides iustus cognominatus.*

34 *Prudentia, & bonitas desiderantur in Principe.*

35 *Rex sapiens Reipublicæ summũ bonum.*

36 *Principem iustum, & sapientem, habere contra se rebelles mirandum est.*

37 *Maiestas est impatiens consortis.*

38 *Violentiæ subditorum rebellium est obuiandum iusto bello.*

39 *Dei abscondita iudicia nemo explorat, aut immutare valet.*

40 *Fulmina altos montes, & turres eminentiores feriunt.*

41 *Reges expositi sunt tanquam signum ad sagittam.*

42 *Monarcha magnus magis subiacet fortunæ.*

43 *Diadema regium quam graue ab aliquibus habitum.*

44 *Tiberius quare diu recusauerit Imperium Romanum.*

45 *Antigonus dixit regnum esse splendidam seruitutem.*

46 *Regum proprium est noctes agere insomnes pro tranquillitate populi.*

47 *Regum Coronæ aculeatæ, & spinosæ quare effingantur.*

48 *Principatus est summi laboris, & periculi.*

49 *Saturninus Augustus, quid dixerit, cum purpura indueretur.*

50 *Aegyptij in coronis regum quare aspidem depingi facerent.*

51 *Tolerabilius est, non acquirere, quam amittere.*

52 *Infortunij genus infelicissimum est, fuisse fœlicem.*

53 *Reges portare censentur onerosum lapidem Sisyphi.*

54 *Virtus omni tempore firma, & tranquilla est.*

55 *Fortis animus, & magnus, ex quibus agnoscatur.*

56 *Seditiones solet Deus permittere ad maiorem Principum gloriam.*

57 *Vitia sæpè incedunt sub virtutum habitu, & Sathan solet transfigurari in Angelum lucis.*

ARGVMENTVM.

Hominis natura, & dignitas recensetur, & eius deprauatio à primæuo origine, quareque vnus alteri contrarietur, & de incommodis imperij, & regni quarèque Deus permittat seditiones, rebellionesque aduersus illos exoriri.

CONSIDERATIO I.

Erspicua res est Deum apposuisse talem ordinem, & consonantiam in cœlorum motu, & elementorum
1 varietate † quæ sunt principia totius corporalis compositionis, vt Petrus Greg. ait lib. 1. de Repub. cap. 1. num. 16. quod illis inter se contrariantibus, colluctantibusque (quia facultatum ferè contrariarum) † ex ijs
2 omnibus vnitis, talis procederet harmonia, vt alter alteri non repugnaret, veluti, Cassiodorus ait lib. 2. var. epist. 39. *Elementa, quæ inter se contraria intelliguntur, varietate pugnare, sibi mutuis complexionibus illigantur, & mirabili fœderatione coniunguntur*, è quorum temperantia Terra sinum suum vermiculatum haberet, ob creaturarum varietatem. Sed cum in ipsa varium animalium genus creaturus esset, contrarias quoquè qualitates in ipsis inesse opus erat, ac pro eorundem tutela, & conseruatione vnicuique ipsorum arma peculiaria tribuere, Seneca lib. 4. de benefic. cap. 18. dicens *Fac nos singulos quid sumus præda animalium, quoniam cæteris animalibus in tutelam sui satis viriũ est hominem imbecillitas cingit.* Greg. Lop. Madera. lib. 1 excell. Hisp. cap. 1.

3 Sed † cum formasset hominem ad imaginem suam, Genes. cap. 1. Sapient. cap. 2. & Psal. 8. Stobæus Serm. 116. qui est, vt Plutarchus inquit libro de exilio post Platonem, cælestis planta, fecit eum, vt Lactantius lib. 3. de falsa scient. cap.
4 10. ait, † Superiorem, & gubernatorem creatarum rerum, Petrus Greg. de Repub. lib. 7. cap. 11. num. 3. Et vt ait idem Petrus Gregor. de Repub. lib. 1. c. 3. num. 5. posuit eum tanquam centrum, in quem velut lineæ omnes res tangerent, & infudit

ei viuam quandam contempla tioné secretorum Cœli ad quæ
5 continuò aspirare deberet † *Sunt* inquit Cicero lib. 2. de Nat. Deor. *è terra homines, non vt incolæ, atque habitatores; Sed quasi spectatores superarum re rum, atque cęlestium, quarum spectaculum ad nullum aliud genus animantium pertinet.* Bal duin. de instit: Hist. in fine, Stobæus serm. 45. vt homo esset se positus & segregatus ab huma nis rebus, in quibus eum debilem fecerat, non tribuendo illi ciuitatem permanentem in ter ra, vt ait D. Paulus 2. ad Hebr.
6 cap. 13. † & à natiuitatis instan ti cum luctu, & suspirijs cognoscere dedit esse omnis infortunij capacem, egenum, nudum, & inermem, S. Thom. Opusc. 20 de Regimine Princip. Lactant. Firmian. de opificio Dei cap. 2. Diuus Augustinus de visitat. infirmorum dicens *quis numerare posset præsentis vitæ molestias, esurire, sitire, algere, lassari, & innumerabilia quæ ex ipsa consuetudine nobis domestica sunt, Denique cum audacia pronuncio quod principium vitæ ho minis, initium dolorum est, & ideo homo moriendo fit de seruo dominus, certus de dubio, de mi-*
7 *sero beatus* † agnouerũtq; Philosophi antiqui, qui in ortu puerorum flebant, in morte autem gaudebant, significantes, quod homo ad laborem nascitur, moritur ad requiem, Alex. ab Alexan. lib. 2. dier. genial. cap. 25. Clicthoueus lib. de regis offi-
8 cio cap. 16. pag. 57. † Est enim homo vt ex Arist. tradit Ioan. Stobæ. sermo. 96. imbecillitatis exemplum, temporis spolium fortunæ lusus, inconstantiæ ima go, inuidiæ, & calamitatis trutina. Homerusquè lib. 18. Iliad. ait *ex his quæ terram serpunt, spirantque per amplam, Nil vt homo est æquè miserum putandum.* Seneca lib. 14. epist. 96.
9 † Quò tendit, quod Cræsus cũ omnium mortalium se fœlicissimum crederet, monitus est à Solone neminem ante cineres beatum dicendum quod quoad viuimus periculum sit ne instabilis huius mundi fælicitas dolore aliquo contaminetur, vt re fert Plutarchus in Solone. Herodot. lib. 1. Petrus Gregor. lib. 6. de Republi. cap. 3. num. 10. & lib. 26. cap. 3. num. 9. tradide ratquè lib. 5. cap. 5. num. 9. & 10. recensetquè Iustus Lipsius in monitis, & exemplis politicis c. 14. §. 10.

10 † Est enim homo solum rationi subiectus, quam sibi pro armis natura tradidit, vt ait Aristot. lib. 1. de Republi. Acciaiolus ad lib. 7. politicorum eiusdem fol. 243. Seneca lib. 4. de benefic. cap. 18. Pontan. lib. de Sermone cap. 1. Ioan. Stobæ. sermo. 51. Plutar. in libro de auditione in princip. & libello de fortuna, Petrus Magnus tracta. de consilio cap. 14. Vannozius in animaduersio. polit. volu. 2. num.
11 37. † Cum viueret, vt inquit Diu. Paul. ad Roma. cap. 7. & Iob eod. capite, in cõtinua colluctatione, & militia medius in palæstra, aut bello variorum affectuum, iniuriarumq; sentiendo in se diuersam legem ab illa quam ratio, & intellectus sibi dictarent, Marc. Tull. in somnium Scipionis vbi Macrob. lib. 1. cap. 14. Boetius lib. 3. de consolatione Manilius lib. 5. astronom. Vt victor euadens rerum seculi huius gloriosum referret triũphum. Diuus Paulus 2. ad Timoth. c. 2.

12 † Sed homo ipse propria sibi damna procurans, vt Homer. ait in princ. lib. 1. Odissex temperatis armis rationis relictis, ac abiectis, continuè meditatur alia artificialia, quæ abhorret natura, quæres semitarum compendia ad breuiandam viam eius miseræ, & fragilis vitæ, nam, vt ex Seneca, tradit Vannoz. in dictis animaduersionibus politicis volum. 3. num. 1330. *Nos non accepimus breuem vitam, sed fecimus nec inopes eius, sed prodigi sumus, sicut amplæ, & regiæ opes, vbi ad malum dominum peruenerunt, momento dissipantur, at quamuis modicæ si bono custodi traditæ sunt, vsu crescunt, ita nostra ætas bene disponenti multum patet*, verba sunt Senecæ libro vnico de breuitate vitæ ad Paulinum c. 1.

13 † Et ita naturali lege violata, & rupta, qua obseruata ait Cicero lib. 3. officior. homo homini nocere non potest
14 † inuenit homo aliud nouum genus legis, vt ait Imperator Iustinianus in §. 1. inst. de Libertinis I.C. Caius in l. 1. ff. de ijs, qui sunt sui, vel alieni iuris Hermogenia. in l. manumissiones, & Vlpian. in l. ex hoc iure ff. de iust. & iure, in quo includuntur bella, violentiæ, seruitutes miserabiles, & rebellio-

nes, ac inordinati affectus, effectuſque. Polyb. lib. 5. pag. 483. Iuſtinus lib. 38. hiſtoriar. Seneca dicta epiſt. 96. vbi ait *Non priuatim ſolum, ſed publicè furimus, Homicidia compeſcimus, & ſingulas cædes. Quid bella, & occiſarum gentium glorioſum ſcelus? Non auaritia, non crudelitas modum nouit, Et iſta quandiu furtim, & à ſingulis fiunt, minuſque noxia, minuſque monſtruoſa ſunt. Ex Senatus* Con*ſultis, plebiſque ſcitis ſæua exercentur, & publicè iubentur vetita, priuatimque commiſſa capite luerent, tamen quia paludati fecere laudamus. Non pudet hominis mitiſſimum genus gaudere ſanguine alterno, bella gerere, gerendaque liberis tradere cum inter ſe etiam mutis ac feris pax ſit, Aduerſus tam potentem, explicitumque late furorem operoſior philoſophia facta eſt, & tantum ſibi virium ſumpſit, quantum his, aduerſus, quæ parabatur*

15 *acceſſerat* † ad quorum executionem aciem mentis acuere formantes varium genus inſtrumentorum, & armorum de quibus Veget. Valtrinus què de re militari, ac Lipſius de Romana militia, deſtruentes homines quantum eſt ipſis poſſibile naturã ipsã, vt ait M. Tulli. lib. 1. de legib. lib. 2. de officijs, & lib. 5. de finibus Lactant. Firmian. lib. 5. diuinar. inſtitutio. cap. 8. Simanc. lib. 3. de Repub. cap. 1. num. 9 Tibull. dolens lib. 1. eleg. 10. dum ait.

Quis fuit horrendo primus, qui protulit enſes?
Quam ferus, & verè ferreus ille fuit.
Tunc cædes hominum generi, tunc prælia nata
Tunc breuiter diræ mortis aperta via eſt.
At nihil ille miſer meruit nos ad mala noſtra
Vertimus in ſæuas quod dedit ille feras.

16 † Et cum ſecundum Criſippum philoſophum, vt in eius vita refert Diogenes Laertius, & Marc. Tull. lib. 1. officior. ac Iuriſconſultorum ſententia l. non tantum 6. ff. de appellatio. l. ſeruus ff. de ſeruis exportan. & Imp. Iuſtinian. in

Auth.

Auth. de non eligen. secundo nuben. cap. 1. collat. 1. vna ex causis, quibus nascuntur homines, sit, vt alij alios iuuare va-
17 leant † memores cognationem quandam naturam inter eos constituisse, vt Florentinus ait in l. vt vim ff. de iust. & iure, Seneca dicta epist. 96. dicens. *Omne hoc quod vides, quo diuina, atque humana conclusa sunt, vnum est, membra sumus corporis magni. Natura nos cognatos edidit, cum ex ijsdem, & in eadem gigneret. Hæc nobis amorem indidit mutuum, & sociabiles fecit, illa æquum, iustumque composuit. Ex illius constitutione miserius est nocere, quàm lædi, ex illius imperio paratæ sunt iuuantis manus*; Quintilian. declamatio. in gladiatore, Martia. Vran. cons. 4. num. 10. tomo 2. Adeo vt sapientes mortale genus vnum hominem esse testati sint, quoniam omnes à cunctis casibus suis indiuisos esse voluerunt, vt Cassiodor. ait lib. 11. variar. cap. 17. se ipsos impediunt, & parcali fato incidunt filum.

18 † Imò cum inter se vniti esse deberent vinculo pietatis, & mutuæ generalis commiserationis agnoscendi se taliter vitreos, & subiectos cuilibet intemperiei, vt lamentatur Iob cap. 8. & dicitur Ecclesiast. cap. 12. & tradit Stobæ. sermo. 96. sequuntur opinio-
19 nem diuersam † cum non sit maior hominis inimicus, quã homo ipse, secundum Xenophontem de Pędia Cyri. adeo vt Seneca libro de moribus dixerit, quod homo est inimicissimus hominis, & epistola 104. *ab homine homini quotidianum periculum, aduersus hoc te expedi, hoc intentis oculis intuere*. Simanc. lib. 3. de Repub. cap. 1. num. 5. 6. & 9. Bartholom. Agricola lib. 1. Symboli Pythagorici cap. 5. Ideoque meritò Nicœta lib. 3. Annal. Manuelis Comneni ait: Draconem quidem, & Leonem, qui videt, aut audit in montibus statim declinat: lachrimis, & precibus etiam latro mitigatur; Ad virum verò alijs insidiantem, qui aliud lingua promptum, aliud pectore clausum habet cauendum, magna sapientia est opus, & numinis auxilio, dicebatque Aeneas Syluius in lib. de Mundo Vniuerso, quod manus humana, quæcunque

facit eadem destruit, nec vl-
lum est tutum homini refu-
20 gium. † Vnde Marcus Tul-
lius lib.2.offic.dixit,quod Di-
carchus Philosophus Peripa-
teticus librum scripsit,in quo
positis, & designatis causis
omnibus pestium, inundatio-
num Maris,& Fluminum, de-
structionem incendiorum, &
ferarum bestiarum,quæ diuer
sis temporibus occiderũt ma
gnum hominum numerum,
facta computatione, & com-
paratione summæ illorum,
qui occisi fuere per manus a-
liorum hominum in bellis, &
rebellionibus,sunt incompara
biliter plures multò isti,quàm
illi,Simanc.d. num.9. cap. 1.
de Repub.Cuius causa,maio-
ri ex parte est Ambitio, & in-
ordinatus affectus non obe-
diendi, aut alienas res vsur-
pandi, ex quo oriuntur tot
mortes violentæ Regum, &
21 destructiones regnorum. †
Hoc equidem ego mecũ per-
pendens, & per experientiam
quoque videns ad talem pro-
tendi terminum, hoc insatia-
bile desiderium,quod de ter-
ra exorti, & eleuati quidam
noui Gigantes, vel homuncio
nes potius,(vt Aristides dice-
bat in Orat: quam ad Rho-
dios mittebat) conspiratione
facta Dijs Gigantum more
congrediantur illorum æmuli
facti vnitis Olympijs monti-
bus Ouid.lib.1.Metam.Goro-
pius Beccanus in Gigantoma
ch. Macrobius lib. 1. Saturn.
cap. 20. Officin. histor.lib.1.
cap.8.& turribus Babylonicis
extructis Genes.cap.11.super
posita cogitatione superba
ex immodica, & inordinata
quadam ambitione, & vanis
quibusdam imaginationibus,
in nouum,turpissimumque ge
nus tyrannidis incidẽtes præ
cipiti quodam volatu ascen-
22 dere spumarunt † Quocirca
cum Regia Catholica Maie-
stas felices teneat gubernatio
nis habenas, currumque So-
lis à summo rerum Motore
sibi traditum,vt alter Phębus
de quo Ouid: 2. Metam. pru-
dentia cùm singulari regat,
vt splendore suo illuminet, &
circumdet orientale, & occi-
dentale imperium; nihilomi-
nus hac tempestate,(proh do
lor) Mundus vndequaque
tàm sæuis belli flammis incen
ditur, tàm dira sanguinis effu
sione inquinatur, tamque
mæstis ob multorum innocen
tem

tem vtriusque sexus mortem, luctibus impletur, vt nec potens ille Athlas polorum Axen super humeros eius resplendentem amplius sufferre posse videatur. Nam cum sit super eis mouenda machina regnorum Sacræ Maiestatis Catholicæ, magnopere suspirarunt, curaruntque septentrionalem Belgarum polum intestinis bellis turbare, atque corrumpere, vt reliquas suas ditiones, & regiones, secundum suum desiderium, tranquillis, ordinatisque prudentiæ cursibus regere nequiret, ac proinde necesse est, omnium membrorum robur, debili huic cordi communicare, vt mysticum Christianæ Reipub. corpus, & columna, eiusdemque fidei defensor qui à Deo, solus in his terris est, Regia Catholica Maiestas nouis in posterum possit magnificari iuribus, singulari cū Ecclesiæ Catholicæ Romanæ decore, cuius splendor in hac motuum turbulentia, ita obumbratus videtur, in hac nostra Hierusalem, eiusque color adeò mutatus, vt ad viuū super eam possimus lugere cum lachrimis diuini Prophe-
tæ Hieremię cap. 1. & 3. Threnor. Nam cum non possit ad viuum ita depingi, remanebit velata, & operta silentij velo,
23 † quemadmodum altera Hecuba, cuius dolor, cum subtili penicillo exprimi non posset, ingeniosi artificis, velamine saltem faciei significatus dicitur, vt in sacrificio Iphigeniæ Timantes velatum parentis vultū effinxit, Rauis. Tex. in officina tom. 2. pag. 241. Et inde magis vbi doctæ Phydiæ, Apellis, & Parrhasij manus tremerent, cordisque dolore oppressi, arteriæ debitum suum officium non facerent, si deplorandam statuum suorum desolationem Sacr. Reg. Cathol. Maiestati ostendere
24 voluissent † Et quamuis non deficerent riui sanguinis miserabiliter effusi, quibus ipsorum pictura vermiculari posset; non possent tamen tàm varij, & excellentes colores reperiri, vt eandem ad exquisitam suam perfectionem, & viuacitatem reddant; quin remaneant quædam vmbræ, aut lineamenta veræ imaginis, quam exprimere deberent, ita vt artificialis tantummodo, & non naturalis extaret

fert motus;vt amarè plorat,pura, & syncera nostra fides Catholica Romana,cui pro nunc miserum hunc relinquamus luctum,cum ad viuum sentiat occasum miserandorum horum statuum, magnificorum Belgiæ templorum ruinas,tot bonos,fidelesque vasallos,qui bus Reg. Catholica Maiestas imperat,fouetque tot desolatas,ac miserabiles viduas, tot ephebos orphanos, & pios denique viros religiosos, qui absque vllo patrocinio,ac defensione exanimes quasi, innocentem suum sanguinem multoties effundere coguntur & quod peius est, non valent significare quod in dies patiuntur; sed oculos ad cœlum tollentes,paulatimque eos Hispaniam versus vertentes,debili,fragilique quadam voce ad Sacram Regiam Maiestatem Catholicam tanquam ad securum Asylum, eorundemque Regem, ac Dominũ confugientes, animis prostratis eius gratiam implorantes vt sub alarum suarum vmbra eos ponat,& protegat,Psalm. 16.priusquam miseram finiãt vitam,inter secretos, & timidos illos singultus quibus ad eundem clamitant, non audentes inter rabidos illos Lupos afflictum suum statum palam lugere;sed velut sedentes in ripis inconstantis huiusce Babyloniç,suspensisque sanctis fidei instrumentis,in infructuosis salicibus, Psalm. 136. cum Propheta Habacuc cap.1.vociferantur. *Vsquequò Domine clamabo, & non exaudies? Vociferabor ad te vim patiens? Quare ostendisti mihi iniquitatem, & laborem,videre prædam,& iniustitiam contra me, & factum est iudicium,& contradictio potentior cum iusti sint sub iniquorum pedes; Deus te Principem fecit in possessione eius, libera eius populum de manu inimicorum*
25 *circuiẽtium eum* † & fac illi iudicium,& iustitiam,3. Reg. cap.10.c.Regum officium 23 q.5.ex D.Hieronym.super Ierem:cap. 22. Sinamus lugeat christiana, & timida Mater, quæ videt misellos suos filios sine baptismo ad perpetuas inferni pœnas damnatos, & quod nequaquam sibi permissum sit in sacra illos fide instituere; & quod magis,magisque piam eius mentem pessundat, teneram eorum ætatem

tem

tem hæresibus induratam, cum decem, & septem annorum rebellione iam iam contra Deum, & Regem suum armis flagrari, exequentes
26 odium † cuius hæreditate inquit Seneca lib. 2. de ira cap. 34. Non est iniquior res in Repub: Quintilian. declam. 9. in gladiatore Cassiodorus lib. 8. epist. 1. dicens, *Claudantur odia cum sepultis.* Et alios filios, qui propter sequutam Iesu Christi fidem manibus suorummet parentum ante oculos conspicatur mortuos
27 † Nabuchodonosor Daniel cap. 3. decreuit, vt quicunque dixissent blasphemiam in Deum Sydrach, Misach, & Abdenago in interitum irét, & domus eorum in perditionem. Si ergò Rex alienigena, ne blasphemeretur Deus Israel, qui potuit tres pueros de igne ardentis fornacis liberare, prohibuit; Quare non sæuiunt Reges Christiani, quia Christus exsufflatur, à quo non solùm tres pueri; sed totus terrarum Orbis, cum ipsis Regibus, & Principibus à Gehennæ incendijs liberatur. Quando vident Christum à quo liberati sunt exsufflari inter Christianos. Quando audiunt dici Christiano, Dic te non esse Christianum? talia facere volunt, saltem talia patiuntur. D. August. super Ioa. tract. 11. ad caput 3. & refertur in cap. quando vult 23. q.
28 4. c. si propterea 23. q. 5. † Quot viduæ sunt, quæ possent Maiestatem Catholicam acclamare illius instar, cui filius optimus, & innocentissimus iuuenis insons, & sine vlla culpa occisus fuerat, quæ Traiano dixit, vt referunt Ioan. Salisber. lib. 5. in Policrat. c. 8 Aelius Spartia: in Traian Borrellus ad Bellug. in Specul. Princ. in proę: Author Politiæ de regno contra Machia. lib. 3. Theor. 35. pag. 348. *Imperator est nè possibile, quod te imperante tam atrocem, & grauem ego patiar iniuriam?* Est ne possibile, quod tyrannus sic me valeat affligere in hoc aureo seculo Maiestatis Vestrę, tempore quo subiugat & acquirit, vel sola armorum ostentatione, noua regna, &
29 dominia, † valens dignè coronari Magnus Imperator noui orbis orientalis, & occidentalis, vt tradit Gregor. Lopez Madera Consiliarius Supremi

mi Consilij Castellæ in libro de Excellentijs Hispaniæ c. 9 num.4.& 5. & vir doctus Camillus Borrell. de præstantia Regis Cathol.cap.47.num.6. Possibile ne est quod astus, & versutia prauorum habeat præualere meo damno, & iactura aduersus Principem prudentia, & magnitudine
30 valentem † in quo impletum agnoscimus cœlebre Platonis dictum Dialogo 5.de Republica,vel de iusto,asserentis tunc mundum fœlicem futurũ fore qñ Sapientes regnare inciperent, aut Reges esse Sapientes,vt per Boet.de cõsolatio.lib.1.,psa 4.Io.Stob.sermo 41.de Republ.Greg.Lop.Madera vbi proxi. c.7.n.4. Seneca Epist.91.ad Lucill. Vannozius lib. 1. polit. animad. nu. 510. dicens ꝙ seculum illud foret aureum si regnarent Sapientes:ait Seneca, *Pœnes sapientes aureo seculo regnum erat. Hi continebant manus, & inferiores à validioribus tutabantur.suadebant,dissuadebantque,& vtilia, & inutilia dissuadebant; Horum prudentia,ne quid deesset suis prouidebat: Fortitudo arcebat pericula, beneficijs augebat,ornabatque subiectos:officium erat imperare, non regnum*. Cum & Demosthenes in orat: contra Theocrinẽ protulerit: Tũ Rempub.se optimè habere, cum modesti & prudentes vi
31 ri ipsam administrarent † Cum igitur Sacr. Reg. Maiestati Domini Philippi II. Parenti Maiestatis vestræ, immortalis memoriæ velut alteri Salomoni 3.Reg. cap. 3. Deus concesserit cœli sapientiam, tali cum incremento,ac virtutum ornamento,illustrã-
32 do eum † Sapientis titulo, vt alteri Publio Attilio leg. 2. §. deinde sextus ff. de origine Iuris,Albanus lib.1.Polit.c.1. euenit, qui primus memoratur à Senatu Romano,eiusmodi magnificatus agnomine,
33 † ac iusti,vt alteri Aristidi nomẽ datũ, vt tradit Seneca lib. 4.de Beneficijs c.27.Plutarc. in Aristid.Skualemb.de regio animo p.1.pa.129. Vãnozius in Animad.Polit.to.3.n.1231 Patritius lib.5.de Regno c.11
34 † sublimãdo ipsum in bonitate,& prudentia, quæ virtutes in Principe desiderantur, vt ex lib. Reg. 3. cap. 1. Arrigius de bonitate Princip. c. 19. tribuendoque sibi, quod

Eccle-

Ecclesiastici cap. 19. promittitur discursum, & intellectum
35 † vt adimpleatur id, quod Deus dicit per Ecclesiasticum cap. 10. *Iudex sapiens iudicabit populum suum, & principatus sensati stabilis erit, secundum Iudicem populi, sic, & ministri eius. Qualis Rector est Ciuitatis, tales, & inhabitantes in ea. Rex insipiens perdet populum suum, & Ciuitates inhabitabuntur per sensum potentium.* Et Sapien. cap. 6. Sapientia clamat. *Ad vos Reges sunt hi sermones mei, vt discatis sapientiam, & non excidatis.* Et in eodem loco: *Concupiscentia sapientiæ deducit ad regnum perpetuum. Si ergo delectamini sedibus, & sceptris, ò Reges populi diligite sapientiam, vt in perpetuum regnetis.* Verè Rex sapiens est stabilimentum populi, Paris de Puteo de Syndic. verbo *Rex autem* num. 15. & Prouerb. cap. 20. *Dissipat impios Rex sapiens, & incuruat super eos fornicem*: Circumstantiæ istæ satis arduum reddunt istorum statuum negotium † Videtur enim in mundo simul stare non potuisse Monarcham tam præstantem, & contra ipsum tot conspirationes, ac rebellionem tam longo temporis interuallo, (decem, & septem nimirum annorum) viguisse, vt non incomptè possimus dicere cum Propheta Habacuc cap. 1. *Aspicite in Gentibus, & videte; admiramini, & obstupescite, quia opus factum est in diebus vestris, quod nemo credet, cum narrabitur.*
37 † Nã vt aiunt Lucanus lib. 1 Pharsal. & Siman. lib. 3. de Repub. cap. 3. Maiestas impatiẽs consortis est; Idem sensit Homerus ingeniorum vertex lib. 1. Iliad. Petrus Aerod. lib. 7 rer. iudic. tit 3. cap. 13. nec bellum in Mundum intrasset, si inferior aliquis non desiderasset æqualis fieri magnitudini
38 alterius † cuius violentiæ resisti debet, immò eadem opprimi iusto, & salutari bello, Cæl. Calcagn. ad Aristot. Polit. nu. 32. Leuit. cap. 26. Exod. cap. 27. Farin. de delictis q. 20. nu. 124. & authoritate Andreæ de Isernia Tiber. Decia tract. crimin. lib. 7. cap. 39. num. 40 qui memorat exempla Caroli V. contra Federicum Saxoniæ Ducem, & Lantgrauium Ducem Hassiæ, Regis Galliæ contra Almiraleum suum, &

contra

contra Principem Condè, & nouissime D. Philippi II. Hispaniarum Regis contra rebelles in Flandria, & meritò, cum sit vlcus, quod sua contagione sanum, syncerumquè corrumpit, Polyb. lib. 1. histor. versic. *Vt enim.* F. Var dent. sup. Ruth cap. 2. sect. 9. cap. resecandæ 24. q. 3. Dignum profectò animaduersione erit, cum futuris seculis memorabuntur successus varij, qui sub fęlici Sacr. Maiest. Catholicæ regimine in regnis eius passim contigerunt, pręsertim, cùm tàm inopinatam contrarietatem, & repugnantiam quæ sub naturali ratione nequaquam consistere posse videtur, inuenerint. Si quis etenim admiratione detētus fuerit, cum tot virtutibus heroicis illustratam viderit Hispaniam nostram ex vnius prudentissimi scilicet Regis moderamine, è contra etiam Mũdum tot, tamque œnormibus delictis squalentem; tum rebellium, & Vasallorum insolentiam, magnoperè detestabitur. Et si in sferico orbe gloriosissimorum Hispaniæ Regum depictus, & affabrè designatus vnius Catholici, & iustitiæ cultoris Regis animus, vt in bello experti, & in pace mansueti perpendetur; è cōtra quoque in globo istius Mundi, quem Deus pro diuina sua clementia in manus tradidit illi, ex peruersorum hominum improbitate in splendidis præsertim Belgiæ statibus, amissis virtutum coloribus, ita vitijs scatere, vt S. R. Maiestas, quæ illos prius, summa cum animi delectatione florentes viderat, nunc demùm eosdem, quasi in vilipendium, & abiectionem magnitudinis suç, caliginosa quapiã, densaque delictorum nube in cordibus dilectorum, antiquorumque Vasallorum insita, vacillare, ita vt eorum quos primùm in honore posuerat, arma nunc splendescere videantur. Vltimo Prouincias rebellatas, accensasque varijs hæresum generibus, vt glos. 2. ait, in cap. inter hæc Hircum de pœnitent. dist. 3.

39 † Secretò forsan Dei iudicio, cuius animum explorabit nemo; nec iudicium addendo, aut detrahendo, mutabit. Nã vt inquit Nicæta in Annal. Ioannis Comneni, *Hominum cogitationes lubricæ sunt; Dei*

verò

verò consilium non est irritũ, o nec mutabile † Hæc sunt furentia fulmina, quæ maiori ex parte cadunt in profundũ pelagus quàm in paruos riuulos, tardaq; flumina, & quãdoq; feriunt altos mõtes, turresq; eminentiores, quàm humiles casas † Dicebat Fridericus iij. Imp. Reges, quasi signum ad sagittam expositos esse, & turres præaltas fulgura ferire, humilia præterire tecta, vt ex Aenea Syluio in Comment. libr. 1. de dictis memorabilibus Alphonsi tradidit Schualenbergius de regio animo p. 2. pag. 438. † ista est fortuna cui magnus Monarcha subiacet. Scripsit enim prudenter Seuerinus ille Boetius in 2. de Cõsolatione: *Quis enim est tàm compositæ fælicitatis, vt non aliqua ex parte, cum statu sui qualitate rixetur. Anxia enim res est, tam compositæ fælicitatis, humanorũ conditio bonorum, & quæ vel nunquam tota pro ueniat, vel nunquam perpetuo subsistat, & nemo facilè cum fortunæ suæ conditione concordat; Inest enim singulis quod inexpertus ignoret, expertus exhorreat, & perexigua sunt, quæ fortunatissimis summam*
43 *beatitudinis detrahunt.* † Et quod timebat Rex ille, de quo Valerius Maximus loquitur, quem, cum subditi vellent regio diademate coronare, priùs illud diadema in manus suas recepit, & post aliquod temporis spatium dixit: *O nobilem magis, quam fælicem pannum, quem, si quis penitùs cognoscat, quàm multis periculis, sollicitudinibus, ac miserijs sit refertum, ne humi quidem iacentem tollere dignaretur.* Paul. Manut. lib. 7. Apophr.
44 † Vnde Tiberius Imperator referentibus Suetonio in Tiber. c. 24. Corn. Tacit. libr. 1. Annal. Siman. libr. 9. de Repub. c. 1. Xenophon. in Hyerone. Gambarur. in discur. polit. pag. 352. diú recusauit imperium, adhortantes amicos increpans vt ignaros, quanta bellua esset imperium; tandẽ quasi coactus & querens miseram, & onerosam sibi iniun
45 gi seruitutem, recepit † Vndè ingenuè Rex Antigonus cum filium de regni cura moneret, ingenuè fassus, & præfatus est: Nil aliud regnum esse, quam splendidam seruitutem, Aelia. lib. 2. de

var.hist.cap.20.P. Greg.libr. 6.de Repub.c.3.nu.16.Quoniam populus non causa Gubernatoris; sed è contra, Gubernator causa populi sit. Seruit ergò Gubernator populo,
46 sicut Pastor ouili † Est enim Regum proprium, insomnes trahere noctes, vt populi sub omni tranquillitate degant, quemadmodum Epaminondas Thebanus ciuibus in ludos, festa, & conuiuia solutis, solus arma, mœniaq; lustrabat, dicens, se vigilare, ac ieiunare, quò alijs dormire, genioq;
47 indulgere liceret. † Nec immeritò Regũ coronas aculeatas, & spinosas effingũt, vt ait Caro. Pasch. li.9. de coronis c. 13. ceù tristificas, & ãxiferas.
48 † Est enim Principatus, tum summi laboris, & periculi; tũ magnæ cautionis, & seruitutis, vt tradit Albanus Spinasati. libr. 1. Polit. cap. 14. laudans Traianum, quod Senatum, Patrem, appellare solitus, se tantùm laboris mini-
49 strum diceret. † Quis Saturnini Augusti non meminit, cum à suis purpura imperatoria indueretur, dixisse ferunt. *Nescitis amici, nescitis quid mali sit, imperare; Gladij nostris impendent cer-uicibus, iminent hasta, timentur hostes, comites formidan-*
50 *tur* † Hoc voluerunt significare antiqui Aegyptiorum Reges, de quibus ait Cælius Rhodiginus lib. 13. Lection. antiq. cap. 161. quod in diademate Aspidis picturam ferebant, significare volentes, quod ille, qui diadema portabat, erat illius instar, quem Aspis serpens momorderat, qui eius naturæ esse fertur, quod Letargico somno efficiat mori, & quod Reges, viuentes moriuntur, somno respiciendi, se esse formidatos, ac reueritos; sed cum veneno curarum, & afflictio-
51 num. † Ex quo inquit Seneca de tranquil. Vitæ lib. 1. c. 8. *Tollerabiliùs autem est, faciliùsq; non acquirere, quàm amittere. Ideòq; lætiores videbis, quos nunquam Fortuna respexit; quàm quos deseruit.*
52 † Et Boetius Seuerinus libr. 3. de consol. prosa 4. tradit: Inter omnes aduersitates Fortunæ infœlicissimum genus infortunij esse, fuisse fęlicem. Et Plautus in Rudente Actu 5. Scena 3. Tiraquell. li.2. lf. connub. nu.17.& 18. Miedes lib.5. de sale nu. 103. F.Var-

dent.

dent. super Ruth c.1. fol. 55. Cornel. Gallus eleg. 1. dicens

Dura satis miseris memoria prisca bonorum.

53 † Peroptimè considerabat Demosthenes, quod quilibet magnus Rex, & Monarcha, super humeros portat onerosum Sysiphi lapidē, cum diceret; Nullum ignorare priuati vitam quietam, tranquillam, securam, & sine periculo esse: Administrantis verò Rempub. periculis plenam, & omni temporis instanti, varijs laborum generibus subiectam. Et ideò scriptum est Sapient. c.6. *Exiguo enim conceditur misericordia; Potentes autem potenter tormenta patientur.* P.Greg.lib.6. de Repub.cap. 2.nu.11.dicens, Potentes potenter torquentur. Verè ista consideratio digna est, quæ pertimescere faciat sumptuosa, ac superba Principum sceptra, qui magnitudine, potentiaq; sua elati sibi persuadēt, præstantiorem splendorem, thesaurorum esse, vt Rex Lydorum Cræsus arbitrabatur; quàm coruscantem virtutis radium, iustitiæ nimirum, ac Fortitudinis, eò quod ille veloci quadam mutabilitate obumbretur; hic verò efficiat diaphanam, & translucentē quandam nebulam; ideoq; Ci-
54 cero pro Sestio inquit † Qđ Virtus in sæua tempestate est tranquilla, & splendet in tenebris, & iactata, ac compulsa, tandem, firma in sua remanet patria, & per se sola, lumem præstat, nec vnquam aliena macula coinquinatur; imò magnanimus spiritus in ad-
55 uersa fortuna agnoscitur † dicebat M. Tullius lib. 1. offic. *Omninò fortis animus, & magnus, duabus rebus cernitur, quarum vna, in externarum rerum despicientia ponitur, nulliq; neq; homini, neq; perturbationi animi, neq; Fortunæ succumbere.* Iuxta quod ait Imperator Iustinianus edicto 7. in forma Pragmaticæ, De Argentariorum contractibus. *Quemadmodum Virtutis vis in rebus aduersis semper elucet; ita etiam imperatoria cura, & gubernatio in subditorum controuersijs manifesta fit; & optandum nobis quidem est, ne quid vnquā*

Reipub. nostra aduersi eueniat; Verùm si aut rerum humanarum mutabilitas, aut commota ad id diuina voluntas mortalibus mala immittat, vt desuper benignè inducta castigatio imperatoriæ curæ, benignitatisq; occasio, atq; fundamentum sit.

Et ita euigilet, & surgat à somno Princeps, & debita cum prouidentia occurrat tot varijs rerum, casuumq; successibus, quos Deus tempore illius in regno suo dignatur
56 operari † Eadem ratione placuit Diuinæ suæ Maiestati cruentas hasce seditiones ad fœlicia vsq; Sac. Reg. Maiestatis vestræ secula reseruare ad tribuendum sibi in Olympicis hiscè ludis tam eximium spatium, per quod prædicanda sua prudẽtia feliciter currere valeat, tam laudabiliter
57 † & cum vniuersi mundi admiratione sese exercendo, superandoq; vitia, quæ in multis Principibus personata incedunt sub prætextu laudatarum Virtutum, dicente Seneca epistol. 45. quod *pro bonis mala amplectimur, vitiaque nobis sub virtutum nomine irrepunt*. Idem Seneca epistol. 120. *sunt* (inquit) *virtutibus vitia confinia, & perditis quoque, ac turpibus recti similitudo est*, & Iuuenal. Saty. 14. ait. *Fallit enim vitium specie virtutis*. Anne. Robert. lib. 1. rerum iudicata, cap. 7. vt valeat. vestra Maiestas referre. triumphum ab Sathanæ Angelo transfigurato in speciosum Angelum Lucis c. sæpe 41. dist.

SVMMARIVM.

1 *Rebellio est ambitio excedens, & inordinata.*
2 *Princeps omni conatu, armisq; debet rebelles prosequi.*
3 *Bellum non proprie dicitur contra rebelles, sed iurisdictionis exercitium.*
4 *Leges omnes, contra rebelles inuehunt.*
5 Rebellionis *cogitationi celeriter occurendum vt puniatur.*
6 Rebellionum *remedia, quæ sint.*
7 *Agesilaus vt rebelles puniret, Lycurgi leges abrogauit, & postea restituit.*
8 *Imperatoris virtutes, quæ sint.*
9 *Morbis est periculosa immatura medicina.*

Pa-

Artaxerxem.

35 *Constantinus Monomachus aduersus rebellionem Scleri celeriter profectus.*

36 *Celeritas plurimum confert ad res magni momenti fœliciter gerendas.*

37 *Caroli V. Imperatoris celeritas ad sedandos Germaniæ motus laudatur.*

38 *Rebellium, & tyrannorum domus solo æquari, & sale aspergi solebant.*

39 *Sal, & aquæ salsæ inducunt sterilitatem.*

40 *Ciuitates iudicia acerrima passæ propter crimen lesæ maiestatis.*

41 *Carthago propter rebellionem solo æquata, & diris imprecationibus obstricta.*

42 *Salaminorum Ciuitas ob proditionem, & rebellionem subuersa.*

43 *Alba diruta fuit ob rebellionē Albanorum.*

44 *Galba Imperator Ciuitatum Galliarum, & Hispaniarū muros euertit.*

45 *Fridericus primus capto Mediolano eius mœnia dirui fecit.*

46 *Henricus VII. propter seditionem aratro damnauit Ciuitates quasdā Thusciæ, & Italiæ.*

47 *Guillelmus Siciliæ Rex, Ciuitatē Barensem quare euerterit.*

48 *Gensericus Ciuitatum Africæ muros quare euertit.*

49 *Cato Ciuitatum Hispaniæ Cis Bætim fluuium muros dirui fecit.*

50 *Totilas Benauentum vi captam mœnibus nudauit.*

51 *Ozias Rex Hierusalem euertit murum Geth, Iabniæ, & Azotī.*

52 *Muri Hierusalem fuere diruti.*

53 *Lysander captis Athænis muros euertit.*

54 *Carolum Magnum muros Ciuitatis Pampelonæ diruisse qui tradant.*

55 *Rodulphus Imperator plura Castra Franconiæ, & Alsatiæ propter rebellionem euertit.*

56 *Aratrū quare iniçiatur Vrbibus euertendis.*
Aratro solebant signari muri ciuitatum. Ibidem.

57 *Rebellium, & seditiosorum domus pro execratione criminis quare diruantur.*

58 *Clodius quare Aedes, & Villas Ciceronis diruerit.*

59 *M. Flacci, & L. Saturnini ædes*

ædes diruta ipsis interfe- ctis.

60 *Spurij Casij Viscellini ex su spitione concupitæ domina- tionis punitio recensetur.*

61 *Spurius Cassius filium suum tribunum quod legem Agra riam tulisset, necari fecit.*

62 *Spu. Malij recensetur puni- tio.*

63 *Marcus Manlius Capitolinus qualiter punitus ob patriæ dominationem concupitam.*

64 *Spurius Metellus eadem de causa grauiter punitus.*

65 *Gracchorum mors recensetur ob machinationes prodito- rias in patriam.*

66 *Publius Mutius Tribunus ple bis nouem eius collegas com buri fecit.*

67 *Bruti seueritas in filios recen setur quod Tarquinijs fa- uissent.*

68 *Fabius Maximus transfugis manus abscidit.*

69 *Aulus Fuluius iussit necari fi lium, eo quod factioni Cati- linæ adhaserit contra pa- triam.*

70 *Numerij Equitij, & Aomanij Marcelli domus propter cri men dirutæ.*

71 *Arma, & insignia rebellium aboleri debent.*

ARGVMENTVM.

De rebellione, & rebellibus, eorum pœnis, & celeri punitio- ne, & oppressione facienda, & propter hoc delictum ne dum do- mos sed Ciuitates solo æquatas.

CONSIDERATIO II.

QVI contemplatus fuerit ordinẽ quo directa fuit ista rebellio, facilè desinet admirari cum viderit iniquos dictorum statuum conceptus, & cecidisse bonam spem reductionis eorundem, eò præcipuè, si primò aduerterint, fundamentum rationis solidum, firmumuè nequaquam fuisse; imò, omnia eorum consilia, ob leuem instabilitatem puerilesq; motus, nulla nedũ spe boni lactari potuisse; sed miserabili etiam ruina, flammaq; quæ infęlicis populi viscera priùs depasceretur, præ
1 cipites tandem ire. † Nam cum rebellio sit ambitio excedens, & inordinata eximendi se ab obedientia Superioris,

suumq; sortiatur finem, ac effectum, neglecto rebelle, aut dato signo pusillanimitatis, ac desidiæ leuiter sufferendo tàm atrox delictum, sub dissimulatione, aut promissionibus, aut verborum etiam fucata dulcedine. Quid inde aliud expectari potest, nisi agnosci tandem pro rebelle, qui profectò sibi timeret, si ei dem viriliter occurreretur, eò quod tanto studio suam quærat rebellandi oportunitatē, quamuis extrinseca cum apparentia quietum, synceruq; animum præseferat; nihilominùs tamen oblata quauis
2 occasione rebellet? † Ideoq; necesse est vt Princeps omni conatu, armisq; prosequatur rebelles, & ab imperio deficiētes, c. authoritatem 15. q. 6. c. scire vos 23. q. 8. l. amissione §. qui deficiunt ff. de capit. diminut. & fecit Dauid 2.
3 Reg. c. 20. † & hoc non dicitur propriè bellum; sed exercitium Iurisdictionis; vt ex Innoc. in c. olim 1. de rest. spoliat. tradit Lelius Zechi: lib. 1.
4 de Princ. c. 5. n. 4. † Quare si sequi volumus regulas benè ordinatę Reipub. legesq; diuinas, naturales, ac positiuas quæ omnes vehementer exclamant contra rebelles, eisdem singulari quadam inuectione, ira, pudendæ infamiæ, ac ignominiæ notam inurendo Ioannes à Terra rubea tract. 3. contra rebelles art. 9. vers. de pœnis. Affirmari certò potest, quod, nisi tam detestandæ rebellionis principijs occurratur, cureturq; maxima cum celeritate, vt reprimatur priusquā permittatur exoriri, breui temporis interuallo, Princeps ille contra quem conspiratur, maxima sese animi anxietate, & confusione prostratum sentiet
5 † Nam si sola istius periurij imaginatio, & cogitatio quāprimum omni diligentia, ac rigore non puniatur, præter id, quod eiuscè semper remaneat aliquod signum, non facile postea puniri poterunt opera, Cic. in orat. pro Milone, ait. *Nisi quia forte perfecta res non est, non sunt punienda, perinde quasi exitus rerum non hominum consilia legibus vindicentur. Minus dolendū fuit re non perfecta, sed puniendum certè nihilominus. Nisi verò interesse aliquid putas inter eum qui hominem occidit,*

&

& eum qui cum telo hominis occidendi causa fuit: si interfici Saturninum nefas fuit. arma esse sumpta contra Saturninum sine scelere non possunt. Harmenopul lib.6.tit.6. Tertulian. lib. de pœnitentia. *Non facti solum, verum, & voluntatis delicta vitanda, neq; enim si mediocritas humana factis solum iudicat, quia voluntatis latebris par non est, idcirco crimina eius etiam sub deo negligamus.* Quintil. declam. 281. dicens, *nunquam mens exitu æstimanda est, nã & qui impetum in patrẽ stricto gladio fecisset, retentus diceret. Non occidi, si venenum paratum deprehendissem, diceret, Non occidi.* Philo Iudæus lib.de specialibus legib. Ann. Rober.lib.1.rer.iudic.c.6. dicens ex Seneca lib. 5. de benef. *Veneficus est qui saporem cum venenũ crederet miscuit. Sic latro est etiam antequam manus inquinet* .l. prima. C. ad leg. Iul. de ambitu Quint. declamat.274. *insidiatus cui etiam si non effecerit scelus pęnas tamen legibus soluet.* Senec.lib.4.controu.7. *Scelera quoque quamuis citra exitum subsederint puniuntur.*

Et sicut negligentiæ tempore pacis solent pro criminibus reputari tempore belli; ita, simili modo, sola rebellandi cogitatio, minimumq; eiuscè indicium, festinanter opprimi debet, ac ipsius rebellionis effectus, & operatio. Nam virus pestilentissimum est, corruptumq; Rerumpub: vlcus, quod nullo alio antidoto curari potest faciliùs, quam Principis diligentia, ac celeritate † Tria autem potissimũ sunt contra seditiones, & rebelliones remedia: Primum, vt præuideat, & præcaueat Reipub. Rector maturè, ne accidant: Secundum, vt eadem oportunè emendet, priusquàm motus incipientes, vires acceperint, & peruenerint ad effectum perniciosioris perturbationis. Tertium, vt pœnis seditiosos afficiat, vt tali exemplo alij, ab eiusmodi malis deterreantur, circa quæ omninò diligenter vigilandum erit, vt admonent Petrus Gregorius lib.23.de Repub.cap.9. Et Adam Kellerus lib.2.de offic.Iurid.Polit.cap. 20. vers., *Porrò tria* † Nec alienum est factum Agesilai quo nullum sapientiùs legitur.

tur. Nam cum aduersus Rēpub. conspirationem noctu ortam comperisset leges Lycurgi continuò abrogauit, quæ de indemnatis sumi supplicium vetabant: comprehensis autem, & interfectis sontibus è vestigio statim restituit, Valer. Max. lib. 7. cap. 2 Petrus Gregor. lib 10. de Repub. c. 5. n. 19.
8 † Hinc Marc. Tullius pro Lege Manilia ait, quod imperatoriæ Virtutes hæ sunt, *Labor in negotijs, Fortitudo in periculis, Industria in agendo, Celeritas in conficiendo, Consilium in prouidendo:* Audaci enim celeritate, bella etiam difficillima perficiuntur. Nicæta Choniates in li. 2. Annal. Manuelis Comneni. Nec alienum est, quod ait Seneca in libro de Consolatione ad Albinā, & Lips. lib. 4. Polit. c. 3.
9 † Quod in morbis nihil sit magis periculosum, nec perniciosum; quā immatura medicina, dicente Tertulliano lib. de resurrectione carnis. *Quid de tali medico iudicabis qui nutriat morbum mora præsidij, & periculum extendat dilatione remedij quo prætiosius, aut famosius curet*, cuius meminit Ann. Rober. lib. 1. rerum iudic. cap. 5.
10 † Et licet tàm in bello, quàm in tempore pacis, nec præcipiti festinatione, nec moratoria cunctatione sit procedendum vt in l. Tutor, qui repertorium, §. 1. ff. de administrat. tut. Paul. Manut. in adagio festina lente, col. 620. Varam. in Meditam: pro fæderibus c. 2. nu. 57.
11 † tamen contra rebellium oppressionem, oportuna, & celeri festinatione vtendum est. Vegetius enim lib. 4. cap. 31. testatur, quod in rebus bellicis, *celeritas magis solet prodesse, quàm Virtus*. Hinc rectè de semetipso scribit Cæsar lib. 5. de Bello Gallico, se in celeritate vnum, communis salutis auxilium posuisse, Reusner. libr. 2. artis stratagem. cap. 33. pag. 365. optimè Liuius libr. 6. Decad. 1. fol. 6. col. 2.
12 † Exemplo sit iustitiæ diuinæ, celeris prouidentia sacri eloquij veritate testata, cum Apostatas Angelos, eorumq; Principem *Sathanam*, quæ vox hebraicè *rebellem, & aduersarium*, significat diuinæ, ac summæ Maiestati cedere nolentem, & similem se Altissimo iactantem Duce Michaele Archangelo,

ac

ac iustorum Angelorum exercitu oppressum, subitò fuisse de cęlo deiectum, & igni sempiterno destinatum, vt obseruat Ant. Cont. in Indice Coniurationum, Defectionum, Rebellionum, & Proditionum, quæ ab initio Mundi sunt ex-
13 ortę † Magnum timorem Tusculanis dedit hæc diligentia: Nam cum aduersus Pop. Romanum rebellassent, fuit in senatu decretum, vt omninò, ac totaliter destruerentur, ad quod Furius Camillus, cum potenti exercitu missus fuit; Richardus Streinn. de Famil. Roman. in familia Furia pag. 74. Tusculani verò, saniori, & excellentiori salutis propriæ consilio sumpto, suam præuenere incolumitatem, obuiam prodeuntes Camillo, offerentes illi, quod ab eis voluisset, introducentes ipsum armatum in Ciuitatem, absq; eo, quod in ipsis agnosceretur, in vultu, & habitu mutatio; nec maior terminus, & imago belli apparebat; quã si nunquam cogitassent rebel-
14 lare: † Secùs euenit Veientanis. Nam vt ait Eutropius lib. 1. Histor. Roman. cum rebellassent, missus fuit contra illos Dictator idẽ Furius Camillus, qui primùm eos vicit acie, mox etiam Ciuitatem diù obsidens, cępit antiquissimam Italiæq; ditissimam. Hac celeritate semper vsi fuere Principes, qui desiderarunt videre mortuas, & extinctas scintillas primas rebellionũ, priusquam leuarent flammas furentes, & in cinerem verterent eorum regna, & dominia
15 † Solon in eius Legibus (vt Demosthenes ait) decreuit, vt delictũ hominis priuati puniretur, post aliquod tẽporis interuallum; sed alicuius Magistratus celeriter, eò quod priuatus quolibet tẽpore puniri posset; & quod homo publicus non daret spatium vindictæ.
16 † Quid aliud significabat statua illa erecta Babylonię, Excellenti Assyriorum Reginæ Semirami, quæ ex vno latere sparsos, & incultos habebat capillos; ex alio verò cõptos, & distinctos; nisi ostendere velle celeritatem, quæ seruari debet in occasionibus & oportunitatibus belli, præsertim in rebellionibus opprimendis. Namque cum eidem Semirami Assyriorum Reginæ circa cultum capitis occu-

occupatæ, nunciatum esset, Babylonem defecisse, altera parte crinium adhuc soluta, protinùs ad eam expugnandam cucurrit, nec prius decorem capillorum in ordinē, quam tantam Vrbem, in potestatem suam redegit. Quocircà statua eius Babylone posita est illo habitu, quo, ad vltionem exigendam celeritate præcipiti tetendit. Vt refert Val.Max.lib.9.c.3. And. Eboren. in exemplis tit. de ira fol. 162. Georg. Pagliar. obseruat. 131. in Cornel. Tacitum, Franciscus Patritius
17 lib.4. de regno cap. 10. † vt meritò facta eius virilia, Plutarchus orat.2. de Fortitudine Alexandri extollat, dicens; Quod cum esset mulier, classes instruebat, legiones armabat, Babylonas cōdebat, Diodor.Sicul.lib.2.c.24.Iustin.li.1.hist. P.Greg. lib. 2. de Repub.c.9.nu.10. mare tubrum circumuecta, Aethyopes subigebat, & Arabes, quæ, & Asiā tenuit, & pp inundationem Nyli aggeres construxit, Andr.Eboren. in exemplis c. de
18 proditione fol.94. † vt visum fuit in Fuluia vxore Antonij in bello Perusino, quæ nihil muliebre præter corpus gerens, omnia armis miscebat. Velle.fol.2.Pagliar.obseruat. 148.ad lib.1.Cornel. Taciti, Petrus Gregor.de Repub.lib. 7.c.11.num.43.& c. 18.n.1.
19 † Cum Constantinopolis rebellaret ab Atheniensibus, quorum Militum Imperator Alcibiades erat, ait Plutarchus, quod optimè sciens, quantum diligentia conferret ad finiendum negotia bellica in instanti, celeriq;& veloci cursu, diuq; noctuq; ad illam recuperandam profe-
20 ctus fuit, Xenophon Agesilaum laudat, & extollit in moralibus, quia in simili opportunitate cum Hellespontum transire vellet, necesseq; habuisset per nationes, in quibus Persarum Rex profectionem fecerat, anno integro, ipse mirabili celeritate mense vno iter, & profectionem
21 confecit. † Memorat Nicęta Choniates libr. 6. Annal. Manuelis Comneni, accidisse aliquando illi quod cùm cibum caperet, & malum persicū purganti nunciaretur Persas in Frumentatores fecisse impetum, pomo abiecto, & ar mis properè sumptis, equo cō

scen-

22 scensio egressum fuisse † Quid Vaccenses effecissent, si Metellus se pigrum ostendisset? Nam cum rebellassent, & praesidium Romanorum occidissent, talem diligentiam, industriamq; adhibuit, vt gaudiũ triumphusq; suae rebellionis vltrà biduum non durarit. †.

23 Quem itidem finem sortita esset rebellio illa duorum Ducum Hispanorum Mandonij, & Indibilis, & alia tempore quo Romani milites, qui erãt iuxta Sucronis Ripas similiter rebellarunt, si Cornelius Scipio cum maxima celeritate non fuisset profectus ne vires augerentur, & alij populi rebellarent, vt post Plutarc. in vita Scipionis tradit Tit. Liuius lib. 28 Hist. ab Vrbe cond. pag. 329 & sequen. Nã ab ipsis Mandonio, & Indibili obsides recipere noluit, dicens: apud Liuium lib. 8. Decad. 3. c. 14. *Neq; se in obsides innoxios; sed in ipsos, si defecissent, sauiturum; nec ab inermi; sed ab armato hoste pœnas expetiturum.* Vt refert Hieron. Frachetta in Seminario de ratione status, & belli pag. 584. Io. Zonar. to. 2. annal. pag. 91. & seq.

Inconueniens quod ex tarditate, & pigritia sequitur satis apparet Solonis prudentia praeuisum, cuius leges, & consilia si Athenienses obseruassent, diuturnum obtinuissent imperium, vt Valer. Maxim. ait lib. 5. c. 3. in externis §. 4.

24 in Solonem † cum eius opinionis, & sententiae fuerit, tyrannidi, & rebellioni illico debere occurri armorũ vi, qui Pisistrati tyrãnidẽ primus vidit oriẽtẽ, & solus armis opprimi debere palam dictitare ausus est, publicè enim prodiẽs armatus vniuerso populo dixit, vt referunt Plutarch. tomo 2. moralium, titulo an seni sit gerenda respubl. & Diogenes Laert. in Solone, Paul. Manut. in apophthegm. illius nu. 1. Barthol. Philippus de consilio, & consiliarijs discursu. 6. num 5. Se sapientiorem, fortioremq; ciuibus. Primum quia non aduertebant, Pisistratum velle occupare tyrãnidem. Fortiorem nam si aliqui id praeuiderant, & respexerant, metu tacebant, nec audebant quicquam proferre. Et cum Athenienses id furori tribuerẽt, eò, quod Pisistratus eius esset consanguineus,

neus, ipse dicebat: Meus hic furor citò videbitur, cùm Veritas in lucē prodierit, ideoq; non fuit illi fides adhibita, & Tyrannus se fecit Athenarū
25 Dominus, † & ne Solon ei obedire cogeretur, indè secessit in voluntarium exilium in Cyprum, vt neq; ei in patria, de qua optimè meruerat, humari contingeret, vt ait Valer. Max. dicto libro 5. cap. 3. §. 4. dicens in eius abscessu: O patria, ego te verbis, & operibus iuuaui, & tuo damno, mi
26 hi fidem non tribuisti; † ad imitationem Pythagoræ, & Demarati, quorum alter Samo; alter verò Corynthо, excessere, ne subderentur Tyrannis, l. 2. ff. de orig iur. Alciat. in l. debitorum pactionibus n. 25. C. de pact.
27 † Similiter fecit Metellus Numidicus, videns Saturninum Tribunum Pop. Rom. sese velle Tyrannum efficere, fecitq; vt Senatus per vim iuraret in verba iniustæ legis Agrariæ: Nam relicta dignitate Censoria, vltrò, propriaq; sponte Rhodum in exilium
28 proficiscebatur. † Pub. item Valerius Publicola ab Historiographis magnificè celebratur, & extollitur, eò, quod primus fuerit, qui Romæ contra] Tarquiniorū tyrannidem iurauerit, de quo Plutarchus ait, quod hilari vultu in Consistorium ingressus fuerit, primusq; iurauerit, se inuictum animum contra Tarquinios in æternum habiturum, & pro libertate patriæ, vbiq; viriliter pugnaturum; ac propterea deniq; cum Consul creatus esset, legem tulit, vt ab omni pœna liber, & immunis esset, is, qui Tyrannum occidisset, etiam priusquam denunciasset tyrannidem, hac constitutione significans, quāta celeritate tyrannidi occurrendum esset, dum cuilibet abiectoq; quouis homini authoritatem tribueret, vt veluti Iudex vltimo supplicio quēcunq; simile facinus committentem, afficere posset.
29 † Addo, quod cum quartum Consul. P. Valerius sine collega magistratum gereret, Romani ipsi infensi, eum, non Bruti consulatus hæredem; sed Tyrānidis Tarquinij successorem extitisse ferebant, Qui cum omnibus fascibus, ac securibus ex tantis, tamq; splendidis ædibus prodiret di

xe-

xerunt. Sumptuosiorem etenim habebat domum foro propinquam; Quod, cum Publicola cognouisset, plurimis accersitis Opificibus ædes illas noctu destruxit, atq; funditùs euertit, quod Romani manè videntes, magnitudinẽ eius animi mirati sunt, & è contra, tam spectabilem domum esse dirutam, magnoperè doluerunt. Secures quin etiam à fascibus remouit, & fasces ipsos cum in concionẽ prodibat, populo submisit; Pecuniæ quoq; tractationem alijs mandauit, ne per eam Cõsulum augeretur potentia: & tunc primùm Quæstoribus designatis, qui principiò causarum capitalium cognitioni præfuerãt, ab inquisitione Veritatis Quæsitores appellati sunt; postea deniq; ærario præfecti fuere, iudicijs aliorum curæ commissis, & Collegam asciuit Lucretium Lucretiæ Patrem, eoq; mortuo, M. Horatium, vt narrat Ioann. Zonar. tom. 2. Annal. pag. 20. Florus libr. 1. epitom. cap. 9. Val. Max. lib. 4. c. 1. de Animi moderatione, Plutarc. in vita Publicolæ.

30 † M. Aemilius Scaurus vidẽs quod Saturninus Pop. Tribunus, & alij efficerentur Tyranni, & quod non esset, qui eisdem resisteret, curiã adijt, Caiumq; Marium Consulem exhortatus est, vt leges, & libertatem patriæ defenderet. Qui etiam si grandæuus, senioq; quasi confectus esset, cũ reliquijs tamen pristinæ virilitatis animi, arma sibi afferri iussit, armatusq; ante fores, Senatores, & Equites monuit, summisq; conatibus induxit, vt armati in Saturninum irruerent, quem quoq; confoderunt, remanente sic oppresso primo illo rebellionis signo.

31 † Cõuenit enim publicę quieti, vt nefariæ seditionis authores, sanguine luant suo, quod peruersè admiserunt, vt ex Liuio lib. 28. tradit Iustus Lipsius libr. 6. Ciuil. doctrinæ, cap. 4.

32 † Et cum Henricus Franciæ Rex, regnum, & filios sub tutela Balduini decimi Comitis Flandrensis reliquisset, idque Vascenses maximè ægre ferrent, neq; filijs eisdẽ obedire vellent, Balduinus magna celeritate exercitum formauit, simulansq; se contra Mauros in Hispaniam transire vel-

velle, transitum per Vasceńses fecit, eorundemq; primates ad prestandum sibi obedientiam compulit, eorundem filijs pro obsidibus captis. Quam ob causam Authores, & Historici asserunt, quod huiusmodi factum & stratagemma eidem Comiti summam consilij, ac magnitudinis animi opinionem peperit, relíquosq; omnes ad obediendū

33 induxit † Et quod in puniendis Authoribus, & Capitibus rebellionis, Princeps celeri debeat vti animaduersione, vt eò citius populum à timore liberet, vt fecisse Cæsarem Carthref. ex Hirtio in histor. libr.8. num.2. tradit Hieron. Frachetta libr.1. de Principe cap. 19. subiungens, Quod si populi rebelles velint se pertinaciter defendere, vt solent illi facere, qui alias soliti sunt rebellare, vt Volsci, & Equij à Romanis, referente Liuio lib. 3. Decad.1.n.33. debebit eos rigorosè punire, præsertim si timor adsit, vt alij populi sumant exemplum faciendi idē. Sic Cæsar grauiter puniuit Ciues Vxelloduni in prouincia Cadurci, Hirtius dicto lib. 8. fol.279. qui num. 2. refert fecisse sibi obsides, à Burgensibus, & alijs Ciuitatibus vicinis; prout etiā Papyrius Consul fecit Satricanis, Liuius, Decad.1. lib.9. num.6. Et Corbulo leges, & magistratus mutauit Frisijs rebellantibus, Tacit. lib.11. Annal. n.26.

34 † Aemilius Probus in vita Agesil. laudat eum, quod simulatq; imperio potitus est, persuasit Lacædemonijs, vt exercitum mitterent in Asiā, bellumq; Regi inferrent, dicens, Satiùs esse in Asia, quā in Europa dimicare. Namq; fama exierat Artaxerxē cōparare classem, pedestresque exercitus, quos in Græciam mitteret. Data hac potestate, tanta celeritate vsus fuit, vt priùs in Asiam cum copijs peruenerit, quàm Regij Satrapę eum scirent profectum, quo factum est, vt omnes Imperatores imparatos, imprudentesq; offenderet, vt refert Ioan. Curopalat. in hist. fo.99.

35 & seq. † Simili celeritate vsus fuit Constantinus Monomachus aduersus rebellionem Scleri: inde Laonicus Chalcondilas libr. primo de rebus Turcicis, ait

36 † Celeritatem plurimùm momen-

menti ad res præclarè gerendas habere, vt nihil magis Ducem, quàm celeritatem & indefessam curam in agendo, & consultando debere sectari, Georg. Pagliar. obseruat. 184. ad lib. 2. Corn. Taciti. Hinc dicebat Vegetius lib. 3. Quod *subita conterunt hostes*. Hieronymus Frachetta lib. 2. de Principe pag. 190. ait, quod debet in expeditionibus, & bellis vti celeritate, cum illa improuidos inimicos deterreat, vt Cæsari (qui in hoc alios excelluit) euenit, cum ad obedientiam Populi Romani reduxit illos de Rens, Sans, & Suessones, & superauit Germanos iuxta locum, quo Mosa Fluuius Rhenum ingreditur; Rupit, & in fugã vertit Varũ Ducẽ classis naualis Scipionis, & simili celeritate præueniuntur, & reddũtur vana cõsilia inimicorũ.

37 † Et recentiores Historici meritò concelebrant celeritatẽ, & diligentiã Imperatoris Caroli V. gloriosæ memoriæ, qua vsus est, in occurrendo tam feris motibus Principum Germanorum, & Gandauensium rebellioni, quæ talis fuit, vt per medium Regni Franciæ cursu velocissimo transire nõ dubitaret, non obstante quod Franciscus 1. Rex Galliæ acerbissimus eius inimicus esset. Sciebat enim, vt Tacitus ait lib. 1. histor. *Nihil in discordijs ciuilibus festinatione tutiùs esse*, quia breui momento summa verti possunt. Idem Tacit. lib. 5. annal. Bocalin. raguagl. 86. centur. 2. Borrel. de pst. Reg. Cath. c. 32. n. 94.

38 † Valerius Max. lib. 6. c. 3. §. 1. ait, si vultis videre, q̃ magnũ esset odium, animis antiquorum radicatum contra inimicos libertatis, rebelles, & Tyrannos, testimonium præstat ruina domorum, in quibus habitabant, quæ aratro exarari solebãt, & sale deinceps aspergi. Legitur enim in lib. Iudicum cap. 9. Abimelech Regem, Vrbem Sichem, propterea quod ab eius imperio defecerat, funditùs diruisse, & habitatoribus interfectis, sale aspersisse. Et Esther cap. vlt. *Omnis autem Prouincia, & Ciuitas, quæ noluerit solemnitatis huius esse particeps, gladio, & igne pereat, & sic deleatur, vt non solùm hominibus; sed etiam bestijs inuia sit in sempiternum; pro exemplo contẽ-*

ptus & inobedientia; quò ten dit Bonifacij Octaui constitutio, in c.fęlicis, de pœnis lib. 6.dum ait: *Fiant habitationes eius deserta, & vt non sit, qui eas inhabitet, dentur cuncta ipsius ædificia in ruinam, & vt perpetua notam infamię, perpetua ruina testetur, nullo tempore reparentur*, Et dilucidant Ludouicus Cæl. Rhodigin.lib.14. Lection. Antiq. c.5. & Boer. decis. 230.nu.6. Petrus Gregor.lib.4. Syntag. iur.c.5.nu. 15. Seneca lib. 1. de clem. c. 26. Suntq; leges Hispanicæ lex 6. tit.13. l. fin. tit.19.l.6.tit.27. p. 2. quibus
39 id apertissimè cauetur, † Cuius rationem curiosè tangit Guilielm.Benedict.in c.Raynuntius verbo *qui cum alia* nu.70.de testamen. dum ait, Quod aquæ salsę inducunt sterilitatem, secundum Nicola. de Lira in cap. 3. Genes. & quod in huius rei signum, quando Principes Ciuitatem propter delictum damnāt, ea demolita, & aratro supposita, aspergunt sal super eam in signum perpetuæ sterilitatis, & desertionis, vt pulchrè comprobant Miedes lib.2. de Sale nu. 44.& seq. Parlador. lib.1. rerū quotidian.cap.21.
40 † quod in Ciuitates etiam ipsas iudicia acerrima ob crimen læsæ Maiestatis,& rebellionis lata fuerint, Bossius de crimi. lęsæ Maiest. num.132. Farina. de delictis,& pœnis. q.24.nu.120. Et inquit And. de Iser. in titulo de Capitaneo, qui Curiam vendidit §. final.in fine, quod quando Populus est rebellis Principi suo, qui capiuntur, efficiuntur serui, & terra patitur aratrū, & ad aliū locū transferuntur, vt cū Mauriscis Granatensibus fuit iustissimè factū post rebellionē.l.19.tit.2.lib.8. recopil. Et exempla sunt plura, refert Vitruu.lib.1. de Architect. c. 1. ꝙ Caria Vrbs Peloponesi tota deleta fuit, Viri ad vnū interfecti, Matronæ in seruitutem redactæ, eò, quod cum Persis aduersus Græcos fæderatos, consilia belli inijsset.
41 † Excisa,& deleta Carthago quoq; fuit funditus ob rebellionem, eiusq; solum diris imprecationibus obstrictum, ne quis vnquam in ea habitaret, Ioan. Zona. tom. 2. Annal. pag.117. Salustius de Coniurat. Catilinæ, Liuius lib. 51. Solin. lib. 40. Appian. Alex. in

in Lybico, L. Florus lib. 48. & 49. Abbreuiatio illius li. 2. Epitome cap. 15. Plin. lib. 15. natural. hiſt. cap. 18. Oroſius lib. 4 c. 22. & 24. D. Auguſt. lib. 3. de Ciuit. Dei cap. 21. & Exarata l. ſi vſusfructus ff. qui ꝰus modis vſusfruct. amit. Mart. Laud. de Princip. nota. 101. Alexand. ab Alexand. ib. 6. dier. genial. c. 14. verſ. *Quod quidem* Macrob. libr. 3. Saturnal. c. 9.

† Salaminorum Ciuitas ob proditionem decreto Atheniensium in totum ſubuerſa uit, vt ait Pauſanias in lib. 1. † ob crimen proditorum Albanorum, qui cum Metio uffetio pro Romanis pugnã uſceperant. Alba ipſa quã is parens ęmula, tamen diru a à Tullio Hoſtilio, Florus b. 1. Epit. cap. 3. Virgil. lib. 8. Aeneid. Ioan. Zonar. tom. 2. nnal. pag. 11. & Liuius lib. 1. Decad. 1. dicens. *Interea creuit Roma Albæ ruinis* † Sue onius in Galba cap. 12. re rt, ipsũ Ciuitates Galliarũ, Hiſpaniarũ, quòd ſibi cun antiùs obtemperaſſent, mu rum deſtructione, & gra oribus tributis puniuiſſe. etrus Gregor. Syntag. iur. lib. 35. cap. 1. num. 19. & 20.

45 † Fridericus huius nominis primus, capto Mediolano cun cta Ciuitatis mænia euertit, Naucl. lib. 2. gener. trigeſima nona ciuibus Iureiurãdo ada ctis, ſe nunq̃ ea reſtauraturos, & ſi victi Victores eluderent Vrbem principio profunda foſſa muniendo, ſe pacta, & conuenta hoc modo violare negantes, demùm mœnijs ipſis repoſitis, vt ait Nicæta lib. 7. Annal. Manuelis Comneni, & Senec. lib. 1. de Clem. cap. vlt. ait, *Quò poſſit exercitatior à ſingulorum cædibus, deindè in exitia Gentium ſerpere rabies, & iniјcere tectis ignem, aratrum exuſtis Vrbibus, inducere potentiam pu*

46 † *tat.* Henric. etiam ſeptimus Imperator ob ſeditionem ad aratrum damnauit Ciuitatẽ Tuſciæ, & aliarum Ciuitatum Italiæ, quæ in continua rebellione, & inobedientia diù per ſtiterant mœnia demolitus eſt vt refert Platina in vita Clementis VII. Rolan. à Valle conſ 86 nu. 29. vol. 2.

47 † Et Guillelmus Siciliæ Rex Ciuitatem Bari funditus euer tit, quia illius Ciues Græcis fauentes nequiſſimè contra

ipsum conspirauerant, vt refert Sigibert. in chronico.

48 † Gensericus etiam post Martiani obitum cum crebris excursionibus afflixisset Africæ partem Romanæ ditioni subiectam omnium vrbium præter vnius Carthaginis mœnia diruit, & eam Vandalici regni regiam facile cõstituit, & ita imperauit non immitis donec Belisarius ex improuiso capta Carthagine nonaginta quinque post annis, Iustiniano regnũ Vandalorum subiecit, vt memorat Petrus Gregorius lib. 2. de Republi. cap. 3. num. 7. qui post Polyb.

49 † & Plutar. in Catone, refert oppidorum Hispaniæ cis Bætim fluuiũ die vno Marci Catonis Consulis imperio mœnia diruta fuisse, quæ multa erant, & bellicosis viris abundantia: ne daretur occasio

50 rebellandi † Et nouo animo belli Gothici, Totilas Rex Benauentum vi captam, mœnibus nudauit, ne locus alioqui natura munitus, sedes belli fieret hostibus, vt tradit Marc. Anton. Sabellic. lib. 3. Aenead. 8. Blond. lib. 6. de-

51 cad. 1. † Et anterioribus seculis Ozias Rex Hierusalem pugnans contra Philistijm destruxit murum Geth, & murum Iabnię, murumque Azoti, vt habetur lib. 2. Paralip-

52 pom. c. 26. † & cap. 36. memoratur destructio murorum Hierusalem, Neem. cap. 1. & 2. Hierem. cap. 39. Threno. cap. 2.

53 † Eadem ratione *Lysander* captis Athenis, muros ex Ephororum sententia diruit, vt Rempublicam libertate donaret, nam sublatis mœnibus, postea triginta vrbi, decem Piræo præposuit rectores, arci apposuit præsidium cui Harmostem dedit Callibium spartiatem, Plutarch. in Lysandro, Petr. Grego. dicto c. 3 num. 7.

54 † vbi ex annalibus Pipini, & Caroli Magni anno 778. ait Carolum Magnum Pampelonæ Ciuitatis in Nauarra ante à Saracenis occupatæ cũ se dedidisset, iussisse muros ad solũ vsq; deijci ne rebellaret, Annal. incetti auth. fol. 7.

55 † Et eodem remedio fuit vsus Rodulphus postquã Imperator electus, & à Romano Pontifice confirmatus rebellium motus in Sueuia, Franconia, & Alsatia, necnon quibusdam prouincijs compressit,

sit, conuentum agens Erphordiæ Castra plusquam septuaginta destruxit, vt ait Conrad. Brunus, tracta. de Seditiosis, lib. 6. c. 6. num. 16. & seqq.
56 † Et aratrum ideo Ciuitatibus rebellibus inijcitur, vt eo demmodo deleantur quo ędificari cœperunt, cum Vrbes ab Vrbo, seu vrbatura aratri dicantur quod in condenda Vrbe olim adhiberi solebat. vt tradit Pomponius I.C. in l. pupillus 239. §. vrbs 6. ff. de verbor. & rerũ signific. Alex. ab Alexan. lib 6. dierum Genial. cap. 14. vers. *cum enim* D. Isidor. lib. 15. ethymologiar. Brisson. li. 19. de verbor. signif. fol. 652. Forcatul. lib. 2. de Gallor. imperio, & Philosophia, pag. mihi 199. & seq. Seruius ad illud Virgil. 1. Aeneid. circa finem.

Interea Aeneas Vrbem designat aratro.

Ouidiusquè lib. 4. Fastor. dicens.

Apta dies legitur qua mœnia signet aratro.

Et ibidem.

Neue quis aut muros, aut factam vomere fossam
Transeat.

Horat. lib. 1. carmin. ode 16. dicens.

Ire altis Vrbibus vltimæ
Stetere causa cur perirent
Imprimeretque muris.
Hostile aratrum.
Exercitus insolens.

Cuius in hoc meminit Henningius Arnisæus libro. 1. de Republ. cap. 5. sectione. 2. nu. 4. & concernit quod tradit M. Tulli. in orat. Philippica. 1. Parlado. dicto lib. 1. rerum quotid. c. vlt. nu. 4.
57 † Similiter Seditiosorum & rebellium domos pro pœna diruti pro execratione criminis Domini ibi, vel alibi ab eo, aut ab alijs cõmissi olim, & nunc quoque obseruatur vt ille hiatus ædificiorum apparens solo suo aspectu, & deformitate, & desertione loci admoneat intuẽtes de grauitate exẽplari pęnę, tradit late

C 3 Tiber.

Tiber. Decian.tract.crim lib. 7.cap.40.nu.37.qui plurium authoritate,& exemplis confirmat,Capycius decis.Neap. 130.nu.71. Hiero Gigas de crim læsæ Maiest.lib. 2 q.37. Iul. Clar.lib.5.sent.§. fin. qst. 82.statuto 8. vbi Baiard. Petrus Gregor.lib. 2. de Repu-
58 blica,cap.10 nu. 5. † dicens Clodium ædes,Villasq; Ciceronis diruisse, quod contra leges publicas Cethegum,& Lentulū indemnatos sustulisset, Appian. Alexan.lib.2. de Ciuilib. Romanorū bellis.
59 † Idemque visum fuit in Romana Republica in M.Flacco & L. Saturnino, quibus iussu Senatus interfectis ipsorum domus dirutæ, & penates solo sunt æquati, de quibus tractans Valer. Maxim.lib.6. cap.3.ait. *Quantum ergo odij aduersus hostes libertatis insitum animis antiqui haberēt, parietum, ac tectorum in quibus versati fuerant ruinis testabantur, ideoq; & M.Flacci, & L. Saturnini seditiosissimorum ciuium corporibus trucidatis penates ab imis fundamentis eruti sunt.* referunt Appian. Alexandri. lib.1. de bellis ciuilibus M. Tull. in orat. pro domo sua,& in orat. pro C.Rabirio,Paul.Oros.lib. 5.c.19. Liuius lib. 59. & 61. Plini. de Viris illustribus in M. Aemil. Scaur. Idem Vale. Max.lib 3.cap.2.§.18.Marc. Ant. Sabellic.lib.1. Aenead. 3.M. Mantua lib.2.polymat. c.8. & ex c.1. §. receptatoribus vbi And. de Iser. de pace tenen.& d.c.fœlicis de pœnis in 6. Boer. in add. ad tract. de author. mag. cons. num.
60 155. † Spurio Cassio Viscellino non iuuauit gloria duplicis triumphi,& quod ter fuisset Consul,quin ex sola suspitione talis delicti concupitæ dominationis non foret SenatusConsulti sententia capitali pœna punitus,adiecto q illius domus super ipsum interemptum superiaceretur vt penatium quoque puniretur strage, Valer. Maxim.lib 6.c. 3.§. 2. dicens q in solo ædem telluris fecit,ita vt quod prius domicilium impotentis viri fuerat, in futurum esset religiosæ seueritatis monumentum, Dionys. Halicarnas. lib. 8.antiquit.Roman.Carol. Sigon. in fastos Romanorum anno Vrbis 266. Valentin. Forsterus de iurisd. Romana

c.6.

c.6.nu.4. Plinius lib.34. cap. 4.Petrus Greg.lib.13. de Republica cap.12.nu.12.& lib. 22.cap.11.nu. 10. P. Aerod. lib.7.rerum iudic.cap.4.tit.3.

61 † Et si prius exemplum L. Bruti sequutus idem Cassius filium suum,qui Tribunus plebis Agrariam legem primus tulerat, multisquè alijs rebus populariter animos hominū amore sui deuinctos tenebat, postquam illam potestatem deposuit,adhibito propinquorum consilio, affectati regni crimine domi damnauit, verberibusq; affectum necari iussit, ac peculium eius Cereri cōsecrauit,Liuius li. 2. Dion. lib.7.Valer. Max. lib. 5. cap. 8.§.2.& lib.6.c.3.Cicero in Orat. 2.Philip. circa finem.

62 † Eadem ausum Sp.Mœlium consimili exitu patria mulctauit; Area verò domus eius, quò iusti supplicij notitia ad posteros perueniret Aequimelij appellationem indè traxit. Inquit Liuius lib.4 Melium frumentarium diuitem equestris ordinis in annonæ caritate, frumentum plebi elargitum regnū affectasse, & ob id, à Dictatore Quintio Cincinnato, Q.Minutio deferente, in ius vocatum, reluctantem ab Ahala Seruilio obtrūcatum, eiusq; bona publicata, & domum eius dirutam, vt momento area esset oppressa nefariæ spei, quam Aequimelium vocatam scribit, idq; anno ab Vrbe condita 317. contigisse testatur, M.Geganio Macinno, Tertium, & L. Sergio Coss.Marcel.Dona.di luc. in Tit. Liuiū lib.38.pag. 48.Anton.Cont.in indice diuers.rebellio. in Spur. Melio. pag.425.P.Aerod.lib.7. c. 5.

63 titu. 3. Quem finem habuisset machinationes Marci Mālij Capitolini, si Senatus ijsdē non occurrisset cum celeritate, cum facilè animos ciuium illaqueatos haberet,ob opinionem, quod patriæ fuerat excellēs defensor,repulsis à Capitolio Senonibus Gallis, qui in illud ascenderant; Qua de causa Patronus à Ciuibus appellatus, & farre donatus fuit; dono etiam publicè in Capitolio accepto, & superbia elatus, cum à Senatu argueretur,gallicos suppressisse thesauros, & addictos propria manu liberaret, regni affectati suspitione in carcerē coniectus, & populi consensu

liberatus. Tandē cum in eadē culpa, & grauiùs perseuerasset, reus factus, & in conspectu populi ampliatus, alio deindè loco damnatus fuit, & de Saxo Tarpeio præcipitatus, domo eius diruta, bonis publicatis, & iurante gentilitia Manlij familia, ne quis cognominis eius postea Capitolinus vocaretur, irritis, & vanis redditis eius cogitationibus, vt recensent Liuius hist. 6. ab Vrbe condita, Plinius de Viris illust. pag. 459. Agellius lib. 11. Noct. Attic. c. 13. Cicero in Orat. pro domo, & Philipp. 1. & 2. Plutarchus in Camillo, Ioan. Zonaras tom. 2. Annal. fol. 35. Valer. Max. lib. 6. cap. 3. §. 1. dicens: Quod Manlij supplicio æternæ memoriæ nota iniecta est, propter illum enim leges sanciri placuit, ne quis Patritius in arce, aut Capitolio habitaret, vt referunt Anton. Cont. in Indice diuersarum rebellionū pag. mihi 426. Ioan. Rauis. Textor in officina tom. 1. c. de præcipitatis, Henricus Farnesius in Apohtheg. Card. Petri Aldobrandini tit. 8. c. 27. M. Mantua lib. 2. polymathiæ c. 8. P. Aerod. lib. 7. rer. iudic.

64 tit. 3. c. 6. † Quem finē prçtereà habuissent retia Spurij Metelli, si punitione simili eidem non occursum fuisset? Quam seditionē causati fuissent Tarquinij? si cum ignominia non eiecti fuissent, ipsorum bonis in prædam datis, domibus, Regiaq; solo æquatis, ipsorumq; campo Martio Marti sacrato, & messibus deniq; in eo existentibus proximis incisioni eradicatis, & cū palea ipsa in Tyberim proie-

65 ctis † Quot sanguinis riui decucurissent, si datæ fuissent habenæ potentiæ Tyberij, & Caij Grachorum, qui statum ciuitatis conati fuerant conuellere, si res acta fuisset petitionibus, & respōsionibus iuxta opinionem Sceuolę Consulis; nisi sequuta fuisset illa Scipionis Nasicæ, qui protulit hæc verba, referēte Valer. Max. lib. 3. cap. 2. *Quoniam Consul dum iuris ordinem sequitur, id agit, vt cum omnibus legibus Romanum imperium corruat, egomet priuatus voluntati vestræ me offero Ducem, ac deinde læuam manum apertæ togæ circundedit, sublataque dextera proclamauit; Qui Rempub. saluam esse volunt,*

lunt, me sequantur, eaq; voce, cunctatione bonorum Ciuium discussa Gracchum cum scelerata factione, quas merebatur pęnas, persoluere coegit; Cum ipsorum cōplicibus itaq; Gracchi Scipionis Aphricam Nepotibus, (quorum erat summa nobilitas, & spes amplissima in Ciuitate) *præcipitatis, insepulta cadauera iacuerunt, supremusq; humanæ conditionis honor illis tandē defuit*: Quin etiam familiares eorum, ne quis Reipub. inimicis, amicus esse vellet, de Robore præcipitati sunt, Valer. Max. lib. *6*. c. 3. occisoribus etiam ab homicidij pœnis liberatis, vt recensēt Plutarch. in vita Gracchorum, Appianus Alexand. lib. 1. de bello ciuili, & Petrus Gregor. Syntag. iur. lib. 36. c. 21. n. 24. & lib. 23. de Repub. c. 9. nu. 15. Petrus Anch. consil. 277. nu. 11.

66 † Publius Mutius Tribunus plebis extinxit flammas, quæ tyrannidem accendere incęperant, efficiendó, vt viui cōburerētur nouem Collegæ ipsius, vt publici boni perturbatores, qui duce Sp. Cassio id egerant, vt Magistratibus non subrogatis, communis libertas in dubium vocaretur, qua seueritate nihil fidentiùs. Vnus enim Tribunus, pœnam illam nouem Collegis inferre ausus est, quam nouem Tribuni ab vno Collega exigere perhorruissent, Valer. Max. lib. 6. c. 3. §. 2. Ant. Cont. in Indice diuersarum rebellionum à principio Mundi in Spurio Cassio pag. mihi 424.

67 † Excellens Consul Brutus non parua erogatione propriorum viscerum intelligere dedit populo Rom. rigorem, & celeritatem hanc. Cum enim reperisset Titum, & Tiberium eius liberos, epistolas adinuicem scripsisse cum tyranno Tarquinio, & cum coram Collatino Cōsule, & Valerio Publicola fuissent interrogati, qui Bruti authoritate moti erant in voto, quod exularent; Parens graui protulit voce; Titi, & Tiberi, quare non datis huic accusationi responsum? & cum videret illos oculis in terram proiectis, non respondisse tribus Iudicis interrogationibus, conuersus ad iustitiæ ministros dixit, vt suum exercerent officium, obtinens comprehensos, manibus retrorsum ligatis, & pro

Tri-

Tribunali virgis cesos, & ad palum religatos securi percuti iussit, exuit patrem vt Consulem ageret, orbusq; magis viuere; quàm publicæ vindictæ deesse maluit. Et cum magna circumstantium miseratione, patre inspiciente, vultu seueritate cum tristitia apparente, non priùs loco discessit; quàm capita illis inciderentur, & alijs delinquentibus Collatino traditis surrexit, ac lento, grauiq; incessu secessit, non relinquens præsentibus locum, tale factum laudandi propter sui dignitatem, aut vituperandi propter libertatem patriæ, vt m morant Liuius lib. 2. Plinius de Viris illustr. in Bruto, Anton. Cont. in Indice diuers. rebell. Valerius Max. in lib. 5. cap. 8.

68 §. 1. † Idemq; Valer. Max. lib. 2. c. 7. §. 11. ait, quod in Prouincia Hispan. Q. Fabius Max. ferocissimæ gentis animos contundere & debilitare suspirans, mansuetissimum suum ingenium, ad tempus deposita clementia, sæuiori coegit vti seueritate. Omniũ enim, qui ex præsidijs Romanorum ad hostes transfugerant, captiq; erant, manus præcidit, vt trunca præ se brachia gestantes, defectionis metus reliquis inijceretur. Rebelles itaq; manus, à corporibus suis distractæ, inque solo cruento sparsæ, cæteris ne idem committere auderẽt, documẽto fuerunt, Front. lib. 4. Paul. Oros. lib. 5. cap. 4. Appian. in Iberico, Liuius lib. 30. in fine.

69 † Idem Valer. Max. ibidem æquè atrox exemplũ de Aulo Fuluio Viro Senatorij ordinis recenset, dicens: Ex hoc numero fuit quidã Fuluius Auli Senatoris filius, qui, si Catilinæ amicitiam vitare potuisset, nihil à Maiorum stirpe degenerasset, erat literis latinis, & græcis optimè institutus, ineratq; ei ingenium satis acre, forma prætereà corporis, & summa virtutis indoles; Sed is Catilinæ amicitia factus sui, suorumq; dissimilis, temerario impetu ad illa castra irruebat, quem Seuerus Parens ex itinere retractum, cum verborum contumelijs lacerasset, necari posteà iussit, Forsterus de Iuris. Rom. c. 6. nu. 6.

70 † Imò domos Numerij Equitij, & Aomanij Macelli Romæ

quia

quia singulari latrocinio multa loca habebant infesta, fuisse dirutas recēset Petrus Aerodi. lib. 8. rerum iudicat. tit. 3. de vi publica c. 2. & 10.

71 † Imo arma, & insignia rebellium vbicunque reperiantur aboleri debere ex l. eorū qui ff. de pęnis tradit Ludo. Rom. sing 480. & sing. 673. Ioann. Ant. de Nigris ad cap. Regni Neap. *nuper apud Tranum*. nu. 43.

SVMMARIVM.

1 *Rebellio sicut ignis facilius extinguitur in principio.*
2 *Principijs prauis occurrendum est.*
3 *Malum nascens facilius opprimitur, inueteratum fit robustius.*
4 *Morbo nascenti occurrendum est.*
5 *Rebelles quare conueniat celeriter punire.*
6 *Seditio nondum adulta melioribus consilijs flecti solet.*
7 *Remedijs modicis primi motus sedari solent.*
8 *Occasiones seruandæ sunt.*
9 *Secunda fœlices, aduersa magnos probant.*
10 *Iulius Cæsar celeriter compressit seditiones militum.*
11 *Augustus Cæsar vultu, & aspectu solo exterruit legiones Actiacas.*
12 *Occasiones paruæ magnarum rerū causæ solent existere.*
13 *Momentis minimis maxima mutationes solent euenire in Rebus publicis.*
14 *Leuia etiam causari solēt maximi momenti effectus.*
15 *Maturè, & ordinatè sunt res peragendæ.*
16 *Occasio est res magni momenti, & existimationis in hominum operibus.*
17 *Bellum gesturus præcedere debet, & anteire occasiones, non subsequi.*
18 *Belgicorum statuum rebelles in quo confidant.*
19 *Decipere seipsum, res turpis est.*
20 *Fabius Maximus non fuit tardus, sed prudens, ac diligentissimus Dux.*
21 *Fabius Maximus Hannibalem iuueniliter exultantē patientia molliebat.*
22 *Cunctator cui cauta consilia placeant eligendus.*
23 *Fabius quare Maximus appellatus, Africanus verò Magnus.*
24 *Prouidentia quantum temeritati*

ritati præstet adducitur.

25 *Hostes aliquando perferendi, quandoque aggrediendi sunt.*

26 *Hannibal propter Hispanorũ militum robur Fabium Maximum in castra reduci coegit.*

27 *Celeritas prodest in expugnatione regionis exteræ, & in propria cunctatio.*

28 *Fabius habuit maximam assistentiam Populi Romani in bello contra Hannibalem.*

29 *Ducis proprium officium est hostis ingenium cognoscere.*

30 *Contraria contrarijs curantur.*

31 *Cunctatio nociua est aduersus hostẽ morosum & phlegmaticum natura.*

ARGVMENTVM.

Principijs seditionum, & rebellionum occurri debere, & occasiones esse obseruandas, nec temeritate, sed prouida cunctatione vtendum in bellis maximè defensiuis.

CONSIDERATIO III.

1 Vod† autem Princeps debeat principijs rebellionis occurrere, priusquã flammæ accendantur, quæ ex parua scintilla exoriri solent, constat authorit. Ecclesiastici cap. 11. vbi dicitur; *à scintilla vna augetur ignis, & ab vno doloso augetur sanguis*, cuius meminit Lipsius lib. 6. Ciuil. doctr. c. 3. Cui consonat illud Q. Curtij lib. 6. *parua sæpè scintilla contempta, magnum incendium excitare solet*, Tit. Liuius lib. 21. histor. ab Vrbe condita, dicens, *Ne quandoq; paruus hic ignis incendium ingens exuscitet*, Portius Latro declamat. in Catilinam. *Extinguenda itaq; est flamma nobis scelerata, & atrox dum adhuc velata cineribus, ac sopita, facultas extinguendi latissima data est, ne cum omnia comprehenderit* (Quod immortales Dij penitùs auertant) *nos frustra posteà furibundam, atq; exultantem extinguere cupiamus*, dicebat

cebat optimè Pacatus Drepanius in Panegyrico ad Imperat. Theodosium. *O quàm paruis veniunt summa mala principijs* cap. resecandæ cum seq. 24. quęst. 3. M. Tullius philippica 5. dicebat, *Omne malum nascens facilè opprimitur, inueteratum plerunq; fit robustiùs*. Iustus Lipsius lib. 6. ciuil. doct. cap. 4. & Cassiodorus lib. 5. var. Epist. 38. *Quæ nunc virgulta sunt, erunt si negligantur, & robora. Ista enim quæ modò facili diuulsione dirimuntur posteà vix securibus icta succumbent*; idemq; lib. 3. epist. 4. dixerat, *Melius esse, vt inter initia perniciosa reprimatur assumptio, vt sine labore perficiatur omnium, quod certamen esse poterat singulorum*; optimè Arist. lib. 5. Polit. c. 4. ait, Quarè talibus nascentibus malis occurrendum est, motusq; Principum & Potentum dirimendi è

2 † Est enim peccatum in principio, & principium totius dimidium esse dicitur. Quarè, & paruum in eo peccatum respondet alijs aliarum partiũ è Demosth. orat. 1. Olinth. Principijs obstandum, ait, nisi velis hostem longiùs progredi in dies. Et orat. 4. in Philippum probat, parua in principio neglecta, magnas tandẽ clades parere, Nicæta Choniates lib. 1. Annal. Isaac Angeli pag. 415. ubi dixit, aduersus seditiosos arma sine cunctatione inferenda, & Cornel. Tacit. lib. 4. Annal. ait, Curtius Lupus dispositis classiariorum copijs cęptantem tùm maximè seruilem coniurationem disiecit, Pagliar. obser. 203. Hinc scriptura ait 4. Reg. c. 8. *Paruulos eorum elides*. Psal. 136. *Allidet paruulos suos ad petram*. Oseæ c. 14. Naum cap. 3. dixitq; Cassiodorus lib. 5. Var. Epist. 15. In ipsis cunalibus, & infantia esse crimina resecanda, & puniendà, Mastix Fallitorum Danielis Sauterij c. 37.

3 † Et omne malum nascens facilè opprimitur, inueteratũ verò fit plerumq; robustius. Cic. 1. Philip. & Ouid. 1. de remed. amor.

Quæ præbet latas arbor spatiantibus vmbras
Quæ posita est primùm tempore Virga fuit.

Tunc

Tunc poterat manibus summa tellure reuelli
Nunc stat in immensum viribus aucta suis.
Vidi quod fuerat primum sanabile vulnus
Dilatum longæ damna tulisse moræ.

Georg.Pagliar. obser.123.ad
lib.1. Cornelij Tacit. P. Gre-
gor.lib.13. de Repub.c.9.nu.
10. Hinc Nicolaus Biesius
lib.4.de Repub.c.10.ait, *Prin*
cipijs etiam minimis diligentis
simè semper occurrendum. Scin
tillæ enim dum flammas leua-
runt difficillimè extinguun-
tur, & riui facti torrentes dif
ficiliter diuertuntur à cursu,
4 † nascentiq; morbo esse occur
rēdū, ait Vannoz.p.2.animad.
polit. nu. 658. Hinc dicebat
Tacitus lib.1.Hist.n.62. Cun
ctatione opus non esse, vbi
pernitiosior est quies, quàm
temeritas, Aeneas Sil. Epist.
81. *Malum cum nascitur, cūq;*
recens est, absq; negotio radi-
tur, cum adultum est, difficilè
extinguitur, dixitq; Cato in
orat. quam fecit contra ce-
lebrantes Romæ Bachanalia.
Nullas adhuc vires coniura
tio, cæterùm incrementum
ingens virium habet, quod in
dies plures fiunt, quod clarè
perspicitur in illis, qui nouas
sectas introducunt; Nam si
in principio non extinguun-
tur, vt ignis quando ardesce-
re incipit, tēpore coalescunt,
tantamq; vim assequuntur,
 in dies Reipub. quietē per-
turbant, vt obseruat Barthol.
Philippus discur. 12. de Con
5 silio, & Cōsiliarijs nu.13.† Et
conueniens est promptè, ac
celeriter punire eos, qui re-
bellarunt, ne alijs præbeatur
occasio faciendi idem, vt Cy-
rus apud Xenofontem lib. 5.
de Pædia Cyri n.23.dicebat,
commendando resolutionem
Regis Assyriorum contra Ga
datam ad puniendum illum.
Et ostendit Cæsar lib.3. de
Bello gallico cum celeriter
arma mouit contra Berto-
nios, & eorum conuicinos re
belles, Frachet. in Seminario
rationis status, & belli c. 48.
6 nu.11.† Sic incipiens, & non
dum adulta seditio meliori-
bus consilijs flectitur, Tacitus
lib.6.hist. Lipsius lib.6. ciuilis
doctrinæ c.4. Nam nec cor-
poris quidem morbos vete-
res, & diu auctos, nisi illos per
dura,

a, & aspera coerceas, cor-
tus simul, & corruptor,
er. & flagrãs animus, haud
oribus remedijs restin-
ndus est, cum libidinibus
escit, Daniel Sauterius in
tice Fallitorum c.4.& qđ
rincipio faciliùs valeant
ngui flammæ, quæ Rem-
. consumerent coopertæ,
cultatæ cineribus falsa-
similitudinū religionis,
bsequij, seruitijq; Princi-
sui dispositæ tunc existen-
epub. ad inclinandum in
n partem, in quam duca-
propter fundamentorum
fragilitatem † Nam sępè
licis remedijs primi mo-
onsedere, vt ait Tacitus
14. Annal. Iustus Lipsius
. ciuilis doctrinæ cap. 4.
as, quod si seditio coa-
fortioribus remedijs est
dum, & si detrectetūr
rium, bello certandum
. 1. Annal.† cum sit plùs
necessarium occurrere
diligentia, vtendo obla-
auis occasione, ne vo-
ranseat, vt ab antiquis
solebat sub imagine
hæ currentis, quæ ante
pigrorum, & negligen
ominum representaba-
tur, habens in fronte capillo-
rum manipulum, & reliquum
capitis caluum, quæ intrinse-
cus loquens, pertransibat, vt
furens, nec relinquens vllum
vestigium, aut signum gres-
suum suorum, cum singulari
eiusdem mærore, luctuq; qui
eandem pertransire permisit,
serò, & in uanum manum ex-
tendens, Georg. Cedren. in
compendio histor. pag. 265.
Angel. Politian. cap. 49. Mi-
scellan. Lilius Girald. 1. Syn-
tag. Alciat. emblemat. 121.
vbi Claud. Minois, & omnes
Imperatores, & Duces, qui
fuere virilium animorum ip-
sius celeritatem præuenere,
præsertim Inuictissimus ille
Imperator Carolus V. glorio-
sæ, ac æternæ memoriæ cur-
su publico transiens Hispaniā,
& Franciam, propter recen-
tes motus Gandauij, reperit-
que, quod nondum totaliter
in dicta regna intrauerat, sed
cum videret se per velocitatē
Caroli præuentam, abscondit
se ad inuadendum eos illo
tempore quò minùs illud de-
bebat efficere, iusto fortassis,
abditoq; Dei consilio, vt Sac.
Reg. Maiestatis vestræ con-
stantia, & prudentia eluce-
sceret,

sceret, cum idem sibi dicere possimus, quod Plinius Impe ratori Traiano, quod, cum omnia secunda vbiq; mere-retur, manifestum est, si quid aduersi successisset, laudibus; meritisq; suis materiem, cam
9 pumq; prosterni, † cum secũda fœlices; aduersa magnos probent, vt ait Madera de Excell.Reg.Hispan.c.8.
10 † Exemplo sit etiam Iulius Cæsar, Nam in illius vita refert Sueton. Tranq. cap. 69. ꝙ seditiones militũ sic compressit, vt celeriter ad officiũ redierint, nec tam indulgentia Ducis, quàm authoritate. Non enim cessit vnquam tumultuantibus, atq; etiam sẽper obuiam ijt, & nonam quidem legionem apud Placentiam, quanquam adhuc in armis Pompeius esset, totam cum ignominia missam fecit; ægreq; post multas, & supplices preces, nec nisi exacta de sontibus pœna, restituit, Petrus Greg. lib. 23. de Repub.c.9. nu. 14. Vnde Lucanus lib.5. dixit

———————— stetit aggere fulti
Cespitis intrepidus vultu, meruitq; timeri
Nil metuens

11 † Sicut Augustus vultu, & aspectu Actiacas legiones exterruit, referẽtibus Tacito 1. Annal. & Lipsio lib.6. Ciuil. doct.c.4.
12 † Benè hoc intellexit Demosthenes in præclara illa oratione ad Leptinem, cum dixit: *Paruæ occasiones, magnarum rerum causæ existũt*, & in Orat. de fędere Alexan. ait, *An existimatis ipsam rei benè gerendæ occasionem aliquando valere, ac etiam absq; iure id, quod conducit, efficere; iam verò cum in id ius simul, & occasio, & vtile consentiunt, aliud quoddam tempus expectatis vestræ, simul, & aliorum Græcorum libertatis recuperandæ*; Procop. lib. 2.de bello Vandalico dicens, *Rerum humanarum momẽta, in occasionis perceptione consistunt. Nam si per ignauiam quis fortunam paratam neglexerit, si sua culpa ab ea deseratur, nequaquam illam; sed seipsum*

ipsum accuset † Marc. Tull. Philipp. dicebat, *Minimis ımentis, maximas inclina- nes temporum fieri, cum in ıni casu Reipub. tùm in bel-* Polyb.lib.9.histor. & lib. . *Exiguoq; momento euer- ıtur, quæ maximis labori- s, & impensis parata sunt;* ınstat ex Nicæta li. 2. An- l.Manuelis Comneni, & li- ɔ 5. vbi ait, *Sæpè ex leui ısa magnas mutationes, & ;entes calamitates esse ortas* ceph.Gregoras lib. 10. hi- r.Rom.pag.344.ait, *Paruo mento, maximas incidere ım mutationes*, quod priùs ːruerat Cæsar lib.1. de bel ːiuili, cum diceret, Sæpe ɔello paruis momentis, ma i casus intercedunt † & il tam leue est, quod non gnæ interdum rei momen ı faciat. Lipsius libro 5. il, doct.cap. 16. Vegetius o 3. de re milit. cap. 26. ; latè ostendit Franciscus icciard.lib.4.& 16.Histor. oann. Iouian. Pontan. hi- .lib.1.dicens: *In omni re ica* (quod vsus ipse do- :) *plurimùm occasio va- quam optimus quisq; Impe ır, summo studio, & cele- ritate complecti debet; quippè cuius ea natura sit, vt ardua in planum facilè vertat,*

15 † sed in omni occasione capienda, inceptisq; prosequendis duo potissimum seruanda sunt; vnum, quod factu opus est, maturè id vt fiat; Quid enim occasione breuius, & fugacius est? alterũ, vt suo quæq; res geratur ordine, quando in re, præsertim militari, nihil ordine ipso po-

16 tiùs, ac maiùs est † Theogenes in Gnomis elegiacis ver. 401. ait, quod occasio est res maioris existimationis in operibus hominum. Pyndarus in Pytijs ode 4. artistrophe 14. ver. 3. ait, Quod occasio, & oportunitas in homines breuem occupat locum. Plinius etiam lib.36.cap. 39. inquit. quod oportunitas vim obtinet in negotijs, & celeritate.

17 † Et vt ait Biesius lib.4. de Repub.cap.7 pag.179. Is qui bellum rectè gesturus est, occasiones non sequi, sed præcedere debet. Adeò verùm est, quod Aemilius scribit, lib.6. Maximas vrbes bello magnas fieri solitudines si virtutem præstes, si celeritatem adhibeas, si cunctationem tollas.

Reusner lib. 2. artis stratag. c. 33. Polybiusq; li. 9 ait, *Valet verò in oībus humanis rebus, & pollet occasio; sed maximè in bellicis, in quibus occasio,* (ait Vegetius li 3. c. 26.) *solet amplius iuuare, quàm Virtus,* ideoq; Titus Liu. lib. 22. consulit, vt Dux armatus, intentusq; sit, vt neq; suæ occasioni desit, neq; suam hosti det. refert Lipsius lib. 5. c. 16. ciuilis doctr.

18 † Perspicua itaq; res est, qđ iniusti Sac Reg. V. Maiestatis inimici non tantam habent fiduciam in brachiorum, neruorumq; suorum robore, quā tam in vicinorum subsidiarijs succursibus, & astu infectarum intentionū, dictorūq; statuum fortitudine, eò, quod agnoscant, quod florenti exercitu, & perseueranti, constantia alicuius optimi Imperatoris militum, seu Capitanei Generalis, & medijs quibusdam quæ valerent accomodari, nequaquam poterunt resistere, sed aliam vim habent, & qualitatis maioris quæ nobis bellum continuum infert, vt est cognitio, quā habent Hispanicæ naturæ, dicentes, qđ ex præteritis actibus perspectum habeant, quod omnia ad illorum voluntatis libitum successura erunt, si ipsi arma deponere pollicerentur; additis nimirum duobus, aut tribus capitibus paci Gandauię firmatæ, & quod Hispania scilicet negotia sua solidis qualificata fundamentis ferat, & quod Sac. Reg. vestra Maiestas sese nunquā potenti quodā exercitu moueat, quodq; consiliarij illius literis, & experientia præstantissimi sint, nec vlla temeritate notabiles, & quod demum aureis literis scripta teneāt verba illa Pop. Romani in Fabij Max. laudē apud Ennium lib. 12. Annal. Reusner. d. cap. 33. pag. 366. *Vnus homo nobis cunctando restituit rem,* quasi tarditate, & cunctatione illius, imperium ipsorum redemptum fuisset, Vt Veget. ait, de re milit. lib. 3. c. 9. Melchior Iun. tom. 2. quæst. polit. q. 78. Hæc est confidentia rebellium, quæ cum ipsis fęliciter cesserit in omnibus experientiæ generibus, eodē audaciores, & animosiores reddit aduersus S.R.M.V.

19 † Quare non incomptè possumus dicere cum Demosthene orat. 1. in Philippum, quod

tur:

urpe sit, semetipsum decipere,
r ea omnia quæ molesta sunt,
ifferre, omnesque demum rei
rendæ occasiones negligere;
c nec illud posse intelligere,
rum officium esse qui bellum
dministrent, nec sequi res;
d rebus antecedere. Et quē-
dmodum vsu receptum est, vt
xercitum ducat Imperator;
: & à cordatis Viris, res du-
ndas esse, vt quæ ipsis vide-
ntur, ea gerantur, non vt
entum prosequi cogantur.
Atheniensès cum copias habe-
is omnium maximas, Trire-
es, Legiones, Equites, pecu-
æ redditus, ne harum qui-
m rerum abundantia, in
diernum vsque diem vlla
iquam oportunè estis vsi,
neminem non sequimini, &
barbari Pugiles dimicare
ent, ita vos bellum geri-
.

Non leuis, imò maximus error illorum, qui opinan- r quod Fabius Maximus, dus, & piger fuisset, cum ito Maior, qui Capuæ sub o militauit, stipendiaque ruit, & posteà tam excel- is Dux euasit, dicat apud ceronem in libro de Senectute, quod licet grandæuus esset, bellicas res tractauit, ac si fuisset in iuuentute, non quiescendo, vt suis vires animumque tribueret, consumeretque audacis inimici vigorem, quod est officium pro-

21 prium optimi Ducis † Hanibalem enim iuueniliter exultantem patientia sua emolliebat, de quo præclarè dixit Ennius dicto lib. 12. magnam promeruisse famam; *Nam iudicio sensato vicit, non facta ostentatione victoriæ donec eam in manibus haberet. Non ponebat enim rumores ante salutem.* Fridericus Ceriolan. lib. de Consilijs, & Consiliar. c. 3. §. 9. Lelius Zechius lib. secundo de Principe cap. 4. num. 4. Vuaremundus in medit. pro fœderibus c. 2. n. 154. vbi ait, Quod licet Hannibal festinando multa præclarè gesserit, intentus ad singula; tamen Fabium cunctando illi conferendæ manus oportunitatem ademisse iudicantem, durando, ferendo, terendoque tempus, frustrando dolos eius, atque artes eius vires eneruaturum, vt rectè de vtriusque

ingenio iudicat Iouian. Pontan. libr. 3. de prudentia titul. *de Cunctatione, & Celeritate,*
22 † Ex Taciti enim sententia lib. 2. hist. *Cunctatorem natura quaeras, & cui cauta potius consilia cum ratione; quàm prospera ex casu placeant.* vt Titus Liuius lib. 30. dixit de ipso, huiusmodi encomio. *Vir certè fuit dignus tanto cognomine, uel si nouum ab eo inciperet, superauit paternos honores, auitos aequauit pluribus victorijs, & maioribus praelijs auus insignis Rullus; sed omnia aequare vnus Hannibal potest; cautior tamen, quàm promptior hic habitus fuit. Et sicut dubites vtrũ ingenio cunctator fuerit, an quia ita bello proprie, quod tũ gerebatur, aptum erat, sic nihil certius est; quàm vnum hominem nobis cunctando rẽ restituisse*, sicut Ennius ait, Post calamitatem enim à Romanis apud Cannas acceptam, cum Fabius Maximus creatus fuisset Imperator cũ Claudio Marcello audaci Viro, semperque gestienti cum Hannibale confligere, Fabius potiùs sperabat futurum, vt si pugna abstineret, Hannibalis exercitus ductu temporis deficeret, quod sentiens Hannibal dixit, se magis formidare Fabium à pugna quiescentem; quàm Marcellum pugnantem, vt est author Plutarchus tom. 1. Moral. in apopht. Roman. in Fabio, Palacios Rubios libro de fortitudine bellica, c. 28.
23 † Quarè immeritò Aphricanus ferebat aegrè, quod ipse Magnus, ille Maximus appellaretur, ideò vt Polyaenus refert, libro octauo, in haec verba prorupit. *Quid ita Fabi? vt tu qui solum exercitum conseruaris, Maximus ego qui deuicto Hannibale bellum confeci, Magnus appeller;* cui Fabius, *atqui* inquit. *Nisi ego milites seruassem, tu non habuisses, vnde vinceres*, quò tendit pulcher L. Flori locus cap. 43. dicentis, *Prima redeuntis, sed vt sic dixerim reuiuiscentis imperij spes Fabius fuit, qui nouam de Hannibale victoriam commẽtatus est, non velle pugnare.* Hinc illi cognomen nouum, & Reipub. salutare *Cunctator*, de quo apud Silium Itali-

um lib. 6. 7. & 16. bellorũ
ınicorum, Manilium libr. 1.
ſtronom. Ouid. lib. 2. Faſtor.
& Claudian. de bello Getico
dum ait.

Primus fulmineum lento luctamine Pœnum
Compreſſit Fabius.

aler. Maxim. lib. 3. cap. 8. §.
& lib. 8. cap. 2. Bieſius lib. 4.
: Republica cap. 7. pag. 179
ieronym. Columna in expli
tione ad Ennium dicto lib.
:.

Quod comprobat Niceta
honiat. lib. 3. annal. Manue-
Comneni, dicens, re ipſa
mpertum eſſe, quantum bo
ſit in prouidentia, quantũ
meritas, & inconſulta con-
ia apportent incommodo-
m, & malorũ, ac longè præ-
re ſalutarem moram perni
ſæ feſtinationi, quantum-
; initio ſpe bona blandiēti.
ıdè Zenocarus ait lib. 4. de
ta Caroli V. Imp. Roman.
*onnè vt Fabius Max. alibi
gnando, & dimicando, &
bi ducendo, & protrahendo
lũ rem Romanam Imperiũ,
Dominatum ſuum conſer-
uit* Schuualenberg. de re-
animo part. 2. pag. 421.
Nam vt docet Bieſius lib.
le Repub. cap. 7. fol. 176.
*Nonnunquam hoſtes perferen-
di ſunt donec deferueſcat, &
conſumatur Bilis; quandoque
ſunt aggrediendi prius, quam
accendatur.* Nam vt ex Li-
uio lib. 4. decad. 1. tradit Hie-
ron. Frachetta in ſeminar. de
rat. ſtat. diſcurſu 64. Non ex-
pectant belli tempora, moras,
& dilationes Imperatorum,
& pugnandum eſſe interdũ,
non quia hoſtis cogat. Quid
iuuat dicere quod pax ſit, ſi
non videtur? quod eſt obedi-
entia, ſi eãdem non videmus?
Vicit Fabius, quia non de fa-
cili confidit, vt alij temerarij,
& parùm prouidi Duces, qui
cum ſuam perditionem vide-
rent ante, non tamen cuncta-
bantur. Vicit diuerſo ſtylo
quo alij Duces, qui putabãt,
minus prouida cunctatione
eum imitari in perditionem
ſui caſumq; incidere, cũ om-
ninò neceſſarium, & opportu-
num eſſet dimicari, & audere
celeriter. Nam ſicut inconſi-

derata audacia effecit, quòd Terentius Varro perderetur, eodem quoq; modo velox illa festinatio, & præcipitantia effecit, vt Scipio Aphricam obtineret; patientia verò, & dimicationis abstinentia Fabij secundùm temporis occasionem, & opportunitatem Italiam conseruauit ab insul-
26 tu Hannibalis † Nam cum semel hostem inuadere cogeretur, arrepta fuga redijt, seseq; in castra reduxit, magna cum militum suorum strage, propter celeritatem, & robur Hispanorum militum, qui sub vexillis Hannibalis militabāt, nil aliud cupientes, quàm cū Romanis manus conserere, vt Plutarchus ait in Vita Fabij
27 Max. † Et vt ait Bies. lib. 4. de Repub. c. 7. sicut in externæ regionis expugnatione celeritas; in propriæ defensione, cunctatio valet: Nam foris commeatus, & reliqua præsidia belli sæpiùs deficiunt, quā
28 domi † Ex quo colligi potest, quod Fabius vicerit, eò quod haberet neruos belli, pecuniarum scilicet maximam summam. Lipsius lib. 5. ciuil. doctr. cap. 6. magnamq; vim, & assistētiam Pop. Romani, qua mediante paulatim consumpsit, extenuauit, & demùm ad nihilum redegit vires hostis Afri, qui alioquin ex ipsiusmet naturæ instinctu promptus, fortis, ac celer erat in circuendo ipsum ex omni parte præsidiarijs suis munimentis, ac defensionibus. Cæteris enim omnibus qui vel in Vrbe, vel in Castris erant, meliùs intellexit, qui Ciuitatis, quisuè hostium status esset. Liu. lib. 22. Polyb. lib. 3. tradit Barclai. libr. 1. de Regno pag. 37. non manum in acie conferens cum notabili militum Hannibalis periculo. Qui cū octuaginta millia pedestrium militum; equitum verò grauis armaturæ duodecim millia ex Hispania eduxisset, damnosissimum profectò sibi videbatur, cum exercitu tàm numeroso animis ardenti, furoreq; spumanti, manus con-
29 serere † Nihil autem aliud magis propriū est bono Duci eiusq; officio cōsonū; quam hostium, & Imperatoris aduersarij naturam, & ingenium nosse, vt Polyb. ait lib. 3. Nam quorundam in impetu vis est, qui parua mora lāguescunt, vt ait Liuius lib. 7. quorumq; im-

petus acres cunctatione ... ssant, aut in perfidiam mu... itur, vt ex Tacito lib. 3. An... obseruat Lipsius lib. 5. do... ciu. cap. 16.

Sed hic adest contraria ra... Nam Gens illa, natura ... phlegmatica est, tenax, & ... rseuerans, nec facilè moue... eius morositas, nisi vi, qua... m diligentia, ac violentia. ... m vt Cassiodorus ait libr. ... Variar. epist. 20. *Contrarijs ... us plerumq; medicina suc... lit. Nam dum calor vitalis ... bibitus fuerit, frigus pestife... n tunc recedit: Nubila ip... Ventorum spiratione tergũ... , & Aquilo faciem cæli trã... llam reddit, quam Austra ... ura turbauerit*, Et Gale... authore lib. 3. de methodo ... dendi c. 7. *Omnes eadem ... dicamenta non admittunt, ... naturæ infirmiores, mollio... que mitiora, validiores, sic... esque fortiora* D. Bernar. ... polog. ad Guillel. Abba... t. dicens. *Diuersis morbis ... rsa conueniunt medica... ta, & fortioribus fortiora.* Saluian. lib. 6. de gubern. ... pag. 213. inquit. *Optimi, ... eritissimi medici, dissimili... morbis, curas dispares præ... stant, atque alijs per dulcia medicamina, alijs per amara succurrunt, & quosdam curãt cauteriorum adustione, quosdã malagmatum placabilitate alijs adhibent duram ferri perfectionem, alijs blãdam infundunt olei lenitatem, & tandem diuersissimis licet curis eadem salus quæritur.* optimè Ann. Rober. lib. 1. rer. iudic. cap. 5.

31 † Et procedere remisè, & cunctanter nil aliud est, quàm eius flammam, & morositatẽ fouere, suasq; vires augere, vt efficiantur indè bellicosiores, & in laboribus bellicis perseuerantiores. Tyranni enim ab ingenita natura concordiam abhorrent, Claud. de Institut. Princ. Iustus Lipsius lib. 6. polit. c. 5. hinc agnoscimus experimentis suas opes augere alienis dissidijs, qui affectant tyrannidem, Andr. Ebor. in suis sententijs, verbo *Tyrannis*.

SVMMARIVM.

1 *Princeps non debet tollere præsidia militum præcipue in statibus rebellibus. Apologus Aesopi de lupis, & ouibus applicatur ibid.*

2 *Hispanorum præsidia conseruari conuenit in statibus Belgicis.*

3 *Rebelles obseruant si conniuetur cum eis, vt peiora moliantur.*

4 *Plebs sua natura nouarum rerum cupida.*

5 *Multitudo leui sententia est, & facile mouetur huc, illucq.*

6 *Venena mala sunt duplicis speciei, calidum, & frigidum.*

7 *Rebellium malitia instar veneni frigidi est in corpore Reipublicæ.*

8 *Cleopatra quare aspidi brachium protenderit ad internecionem.*

9 *Falsæ persuasiones in scopulos impingere faciunt credulos.*

10 *Domestica arma, & seditiones ciuiles periculosiores sunt.*

11 *Populi ira licet cohiberi videatur, tandem solet erumpere.*

12 *Hector, & Aiax, hostes donis sibi mutuo datis periere.*

13 *Brasida Lacedemonius quid dixerit scuto perfosso in bello.*

14 *Rebellio quid sit.*

15 *Principes prudentes hostium naturam agnoscere debent.*

16 *Vulgo nihil modicum est, & eius natura recensetur.*

17 *Fortitudo est eligere melius in periculo iminenti.*

18 *Prosperitas in terram cadit, si aduersitati non consulitur prouidenter.*

19 *Hydra rebellium sunt capita amputanda.*

20 *Rex Catholicus est ecclesiæ columna.*

21 *Rex Catholicus imitari debet Gothorum Reges suos antecessores in robore bellico.*

22 *Carolus V. inuictissimus Imperator in exemplum sumēdus.*

ARGVMENTVM.

Princeps non debet præsidia militum tollere à Prouincia quæ semel rebellauerit, & de natura Plebis, qualiterque praua consilia agnosci, & præcaueri debeant, ac hostis natura, & de fortitudinis bono, exemploque Principum bonorum imitando.

CON:

CONSIDERATIO IIII.

Aec † particulariter ꝓcedunt si cũ eo cõcurrat Principem se priuare propriis viribus, & præsidijs ex quo nil aliud expectari poest, nisi ruina, & strages statuum suorum, iuxta Apolog. Aesopi 38. de lupis, & ouibus. Nam cũ fœdus inter eos inietur datis vtrimq; obsidibus, scilicet catulis à Lupis, & Canibus ab ouibus ipsis quietis, & pascentibus, cum lupuli matrum desiderio vlulatus ederent, lupi irruentes fidem fœdusq; solutum clamantes, oues canum præsidio destitutas laniarunt † Quod non aliud denotat, quàm in fœdebus non conuenire præsidia Hispanorum à dictis statibus tollere, quæ sunt veluti Catholici gregis custodes, ne lupi rebelles in ipsos crudeliter irruant: Vt in simili casu Demosthenem Athenienssibus dixisse, tradit in Apopht. Paulus Manut. lib. 4. num. 7. & P. Gregor. lib. 6. de Repub. c. 1. num. 7. eo quod cum verterit oculos viuis flammis eos ardere visurus sit, ijs cum effectibus quos dissimulatio in rebellibus solet operari † Ipsi
3
enim initio sensim, paulatimque procedunt, astutè respicientes, & obseruãtes an ipsis cum violentia quadam occurratur, & interim animorum illorum, & sinceritatem quouis modo corrumpere insudant, illorum præsertim, quos Principi suo fideles esse respiciunt, quos procurant sine præmio degere, ac velut in angulo sepositos, segregatosq; hiscere non audentes, nec destruere inuiso quodam impetu tàm Catholicos status, repẽtinaq; violentia oppugnare, vt in præsenti negotio visũ fuit, quòd tam profundis, occultisque rationibus aliquandiù coopertum restitit. Vt autem maiori cum astu miserũ, ac rude vulgus à Dei, & Regis sui obedientia debita arcerent, tam fucatis, virulentisq; suis opinionibus illos illaqueare studuerunt, donec tãdem summa cum luculentaq; doloris testificatione viderint & agnouerint, quod nefarium il-

illud virus Reipublicæ quoq; cor tetigerat, nam vt D. Cyprian.ad Donat.lib.2.epist.2. ait. *Malorum blandientium virus occultum est, Et arridentis nequitiæ facies quidem læta, sed calamitatis abstrusæ, illecebrosa fallacia instar quod dã veneni vbi in lethales succos dulcedine aspersa caliditate fallendi, sapore medicato poculum videtur esse quod sumitur, vbi epota res est pernicies hausta grassatur.* Ann Rober. lib.1.rer.iudic c.7.

4 † Plebs enim suapte natura rerum nouarum semper cupida, vanis, & falsis istis persuasionibus facillimè ad assentiendum alicui adigitur, & instar fluctuum maris à ventis impellitur, vt ait Franc. Guicciard.lib.16 histor. Liuius lib. 8.decad.3.Zonaras to.1. An-

5 nal.dicens, † Quod multitudo est leui sentẽtia, & facilè huc atq; illuc impellitur, D. Basilius apud Ant.par.1.serm.18. Quemamdmodum nebulæ iuxta mutationem flatuum, nunc huc, nunc illuc feruntur; sic vulgus quouis vento, nunc in hanc, nunc in illam partem sese flectit, Polyb.libr. 11. histor. Demosthenes in Orat. de falsa legat. dicitque Nicæta Choniates in Annalibus Alexij filij Manuel. Cõneni, quod plebs temeraria est, & magno impetu fertur, neq; consilio quicquam aggreditur, neq; eo animo ab inhonestis conatibus desistit, & interdùm fama tantum seditionis impulsa, igne magis exæstuat in enses, in præcipitia, in marinos scopulos cæco furore ruit; Contra, cum perterrita est, ad quemuis strepitum expauescit, cuiuis collum calcandum præbet, ideò rectè inconstantiæ, & temeritatis nomine reprehenditur. Nã colluuies illa populi, neq; ipsa sibi rectè consulere, neq; alijs benè præcipientibus auscultare solet, latè Iust. Lips. lib.4.ciuil.doctr.c.5.

6 † Asserunt naturales Philosophi duplex esse virus, vnum calidum, alterum frigidum. Albert.Magn.lib.6. de anim. c.5. Calidum violẽter, & quasi comburendo interficit, & citò quasi adustum reddit locum morsus, vnitum enim calori nostro naturali, facilè cor tangit; Frigidum autem cum vaporificè ad cor defertur, frigidando cor interficit:

non

non tamen transit, nec ita faciliter operatur, propter resistentiam caloris naturalis, † Hoc vsi fuere Tyranni isti publicantes fidem, & obediētiam, patriæ defensionem, iniurias Hispanorum: Et sic progressu, ac decursu aliquot annorum, penetrauit viuacitas eius ad cor, & viscera infauti populi fera pridem Aspide morsi, aut Hydra variorū capitum opinionum sine fine, diuersarumq; hæresis sectarū immersi, ac propulsi in inexplicabilem confusionum, difficultatum, & variarum opinionum labyrinthū, quas quolibet momento sibimet imaginantur, Quemadmodum Stoici Academici, Epicurei, Peripatetici, & alij, qui absq; feredo sacrosanctæ Catholicæ fidei Lucifero, obduratis cordibus, clausisque oculis animæ æ saluti dormientes semet perpetuas inferni pœnas præcipites reddunt, vt non immeritò illis applicetur illud Iob cap. 24. *Ipsi fuerunt rebelles lumini, nescierunt vias eius, nec reuersi sunt per semitas eius.* Et quod dicitur Prouerb. cap. 26. *verba Susurronis, quasi simplicia, & ipsa perueniunt ad intima cordis, & mille fallendi artibus per cuniculos alios subuertunt*, vt ex Baud. de fœnore tradit Mastix Fallitorum Danielis Sauterij cap. 23. quod omne patiuntur, & sufferunt, non aliā ob causam, quàm ob sæuam quandam proteruitatem qua sese Sac. Reg. Catholicæ Maiestati, & pijs eius iudicijs subdere obstrepunt

8 † ad similitudinem Cleopatræ Aegypti Reginæ quæ M. Antonio suo marito defuncto, Aspidi potius brachium mordendum præbere voluit, q̃ in manus, & subtus iuridictionem Cæsaris venire, vt narrant Plutarch. in Vita illius, Plin. lib. 21. c. 3. Propert. lib. 3. & Textor par. 1. officin. de his qui sibi mortem consciuerunt. M. Ant. Sabellicus lib. 9. Aen.

9 6. † tali falsæ opinionis lumine ipsos adduxere, vt cæcutientes in scopulos tàm latissimi diuersarum miseriarum maris, summaq; cum animarum iactura, ac naufragio, turmatim inciderint, ad similitudinem piscatorum illorum iniquorum, de quibus Vlpian. I.C. in l. 10. ff. de incendio, ruina, naufragio, qui noctù lumine

ne ostenso fallebant nauigan
tes quasi in portum aliquem
delaturi, eoq; modo naues, &
eos qui in eis erant, in pericu
lum deducebant, sibi execrã-
dã prędam præparantes ideo
Demosthen. in Orat. de Cher
sonesо ait; *Non enim fieri,*
non fieri potest, vt externi ho-
stes superentur, nisi prius do-
mesticos hostes punieritis, qui
illis subseruiunt; sed necesse
est, vbi in hos tanquàm scopu-
los quosdam impegeritis, vt illi
10 *vobis anteuertant*, † vnde
Zisca, vt refert Pius II. in hist.
Bohemica dicebat, Domestica
nobis arma timenda magis
quàm externa, ciuilesq; sedi-
tiones proinde auferre opor-
tere, quia vt lepidè dicebat
Bald. in l. vnica nu. 1. C. de
caduc. tollen. sunt sicut ver-
mis ingressus in casseo. Dicit
enim Diuus Ambros. lib. 3. of-
fici. cap. vlt. *inimicus vitari*
potest, amicus non potest, si in-
sidiari velit illum cauemus
cui non committimus consilia
nostra, hunc cauere non possu-
mus cui commisimus. Hoc
est innatum quodammodo
Tyrannorũ desideriũ, & ini-
qua, ac praua desidia cũ qua
Solon, & Demosthenes accu-
sabant patriam suam Athe-
niensem; eò autem Rebellis
astutia sua versutiaq; placet
donec omnibus palàm fit, ac
11 discooperitur. † Dicebat e-
nim D. Gregorius Nazianz.
contra Iulianum, quod solet
populus, etiam si ad præsens
iram cohibeat, tanquam ignis
in ligno delitescens, ceu flu-
uius vi coercitus, vbi tempus
est oblatum, reaccendere, &
erumpere. Summa enim
mala tergiuersationem non
patiuntur, in quibus vel exi-
gua negligentia summæ re-
rum est euersio, vt ad milites
suos dicebat Contostephanus
referente Nicæta libr. 5. An-
nal. Manuelis Comneni; Alij
simulatione bonitatis moliun
tur Reipub. damnum, & Prin-
cipis sui periculum, habentes
arma potentiora cum quibus
pugnent, videlicet, scrutari a-
nimi sui secreta, & conceptus
de rebus agendis, ad quæ cũ
fuerint admissi, participesque
facti eadem penetrantes, con
cipientes, & præparantes ar-
gumenta ad excusandum se-
se, & alios conuincendum, cũ
tanquam mali, ac peruersi de
clarati fuerint, absq; eo, quod
superior postea regere, atque

gu-

ıbernare queat, stylo, nor-
aq; diuersa eius quem ipsi
unt, & intelligunt tam be-
,ac ipse Princeps qui mori-
r, & occumbit proprijs ar-
is. † Sicut Hector, & Aiax
orum primus ab Hectore
cisus, & Baltheo iuxta Ilij
ıros circa mœnia per ter-
n tractus fuit; alter verò
dio,ab Hectore sibi dono
o seipsum interemit,vt nar
ıt Homerus Iliad. 11. So-
ocles in Aiace flagellife-
Andr. Alciat. emblem. 67.
ctor Farnes. in Apophteg.
rdinal. Petri Aldobrandini
10.c.17.
t sicut ille Brasida Lace-
noniorum Dux; nam cum
fosso scuto vulneratus, es-
interrogatus qualiter illi
nisset,respondit,quod ami
eius cum quo putauerat
securè cooportus,falsus il-
ttiterat Manu lib. 1. apo-
g.in Brasida nu. 60. Per
gressus vim assequitur
bellio quæ delictorum
ıunitas est, & criminoso-
Asylum,statua Beli Nini
ntis,ad quam, vt testan-
Zonar. tom. 1. Annal. f. 63.
ugiebant fugitiui,& Exu
ondemnati,O miserabilis
conditio eorum,qui ob perpe
tratum facinus, dedecusque
oculos obuelare,& inter suos
habitare reformidare cogun
tur? alij qui vitijs dediti, &
libertatem legis, ac rationis
vagabundi hinc indè ober-
rant & nouitatum cupidi,qui
relicta lege diuina negatam
libertatem nancisci suspirant,
dicentes Deo, recede à no-
bis,& quasi nihil possit face-
re Omnipotens rerum condi-
tor,æstimant,vt Iob cap. 22. l.
fin. C. de summ. Trin. & fide
15 Cathol. † Ac propterea ne-
cesse est,vt Principes pruden-
tes subditorum suorum natu-
ram agnoscant,qui vt Aristo-
teles inquit Ethic. cap. vltim.
non sunt nati, vt verecundiæ
obediant;sed metui; nec vt se
solum abstineant à malefactis
propter illorum turpitudinē;
sed propter punitionem, &
16 pœnam † Dicebat enim Ta-
citus lib. 1. Annal. *Nihil in vulgo modicum terret ni paueat,vbi pertimuerit, impunè contemnitur.* Georg. Pagliar.
ibidem obseruat. 79. dicens
ex Liuio lib. 4. decad. 3. quod
multitudo vulgaris,aut humiliter seruit, aut superbè dominatur. Lipsius lib. 4. ciuil. do-
ctr.

ctr.c.5.vbi ait, ex Tacito li.6. Annal. Vulgus audacia turbidum nisi vim metuat. Totum hoc virus ne serpat, curatur non differendo antidotum, nec dilitando media, & res
17 aptas,& salutares.† Quia, vt ait Olaus Magnus libr.15. c. 26. Fortitudo est quando minatur periculum, non dissimulare, sed eligere promptè qđ melius est,illudq; exequi vsq;
18 ad vltimum † Nam si non adsit vigil custos contra aduersitatem,prosperitas in terram cadit,& in bello difficilè resistitur inimico, qui facilè desides opprimit;multum fuit operata celeritas,multùm morositas abstulit. Et quemadmodum sagittæ in se vim continent æqualem,& solùm consistit in brachio ipsas flectente; si fortis est, aut remissior, & debilis, & ensis in dextera qua regitur. Sic negotium quantumuis graue sit, de seipso cadit, & non valet effectum aliquem operari, si non exequitur fortis, & validi pectoris,robore manuq;diligentis, & magnanimi Principis.
19 † Propter omnia hæc inconuenientia debebat confestim opprimi hydra illa, ne exorirentur,& nascerētur tot, tamq; varia coniurationum, ac rebellionis capita. Sed cum punctum illud, & oportunitas iam transierit, maior erit gloria Sacr. Reg. Maiestatis vestræ, si vincātur ad præsens commetiendo vires eius,cum negotij istius magnitudine,& qualitate,iaciendoq; plusquā opus fuerit,vt Vegetius ait de re milit. Nam vt dicitur Prouerb.cap.12. *Manus fortiū dominabitur, quæ autem remissa est, tributis seruiet,* & cap. 10. *Egestatem operata est manus remissa; manus autem fortium diuitias parat*
20 † cum hic agat tractatus, vt S.Reg. vestra Maiestas tueatur causam omnipotentis Dei, & Ecclesiæ Catholicæ Romanæ, cuius habetur columna,ac defensor,& propter eminentiam,& splendorem coronæ suæ regiæ, sibi persuadendo,qđ hoc sit rebellionis
21 istius remedium †,& imitādo Gothorū Regū Antecessorū suorū morem,de quibus Cassiod.lib.12. variar. epist. 28. ait, *Mox vt Gothi ad belli studium gemina se fortitudine contulerunt; ita prospera concertatione cæsa est rebellium*

ma-

us, quaſi inde nudos hinc ſta-
conſtituiſſet armatos, diuini
uitate iudicij, vt in ipſis cā-
Prædo corrueret, quos va-
tre præſumpſit † & Inuictiſ-
num Imperatorem Caro-
n V. cuius gloria, in veſtra
Reg. Maieſtate reſplendet,
i etiamnum actiones ſuas
picit, quibus S.R.V. Maie-
s ſuam exornat Monar-
am cum æterna omnium
moria ſeculorum, prout
idem reliquit ipſe inter
omnes mortales lætam, atque
glorioſam.

Verùm, ſi rebelles illi ſub-
diti, ſeſe oppreſſos conſpicien-
tes, aut propter alios motus,
fictam quandam pœnitentiā
oſtenderent, vel etiam veram,
Regiaq; veſtra Maieſtas, vt
ſolet, miſericordia, ad veniam
ipſis impertiendam, mouere-
tur, neceſſe eſt, vt ea, quæ ſe-
quuntur altiùs ſecum perpen-
dat, ne magnitudo S.R. veſtræ
Maieſtatis diminuatur.

Finis Partes Prima.

PARS

PARS SECVNDA

QVAS RES ANIMADVERTERE DEBEANT prudentes Duces,& fideles Consiliarij, qui supplicant, & suadent Catholicæ Regiæ Maiestati, vt admittat ad reconciliationem Vasallos rebelles, aut faciat pacem cum inimicis armatis.

SVMMARIVM.

1 *Oculi quæ nimium propè sunt, discernere non solent.*
2 *Belgicorum statuum miserabilis status post rebellionem recensetur.*
3 *Ducibus expertis in rebus belgicis fides adhibenda.*
4 *Regum corda seduci solent sermonibus fucatis.*
5 *Rex aures assuefactas veritati solet habere.*
6 *Reges nihil audire solent, nisi valdè elimatum.*
7 *Sapientiores habētur à Principibus qui ad eorum sensum, & opinionem magis accedunt.*
8 *Principes qui ex sua natura iudicant alios, facilè decipiuntur.*
9 *Belli euentus varius, & à fortuna pendere solet.*
10 *Rebellionis Belgicæ causa ex principalioribus fuit sincera consilia non esse admissa.*
11 *Alexander Seuerus in consilium adhibebat peritiores rei de qua agendum erat.*
12 *Idoneus solus est ille qui sapit ea de quibus agitur.*
13 *Prudentioris consilio facile homines acquiescunt.*

espublica salua sit cum vigent consilia senum, & arma iuuenum.

ortis armatus custodiens bona sua in pace possidet.

lemo prouocare audet promptum ad vindictam.

thheniensium, & Romanorum fortuna variauit, aduersantibus Alcibiade, & Coriolano.

edali Labyrinthus prudentia, & fortitudine Thesei superatus.

linotauri effigies, quid portenderit in Romanorum signis.

ræmia sunt nutrimenta virtutum.

lisericordia quando sit iniusta.

ıul Dei offensam contraxit, quia misertus est Agag Regem.

ım peccatoribus dissimulandum non est in delictis suis.

spublica principis fræna si ruperit magnum imperio damnum infertur.

A R G V M E N T V M.

ıicorum statuum post rebellionem miseria recensetur; ges quæ debeant consilia sequi, & cum consilio deliberale virtutibus prudentiæ, & fortitudinis, & præmiorum one, quandoque sit reprobata misericordia.

Introductio Partis Secundæ.

OLET communiter euenire, vt oculis alicui rei infixis, intentisq; absque aliquo motu res aliqua ab oculis euanescat, & si eandem discernere volumus, opus sit, eosdem aliquantulum occludere, vel n distantiam interponere †, cum oculi ea, quæ nimium

E pro-

propè admota eis sunt, non cernant, vt ex D. Basilio Anton. Monachus tradit.

2 † Hoc idem videmus quando de vera aliqua propositione, tam pertinaciter controuertitur; Nam datis,& acceptis rationibus argumentorum,& difficultatum,perdi solet trames illam assequendi. Idem credo, euenire illis, qui respexere belgicas res; Nam quanto plus apertos, & viuaciores habuisse oculos videntur;tantò minus viuacitatem colorum suorum penetrasse liquet,albumq; signum,ad quod malos semper ictus iecere, quos si paululum occludissent, ostenso verò rigore, non equidem visus lumine destituti fuissent; nec etiã veritas obnubilata; adeò, vt in omnibus eorundem actionibus, interfuerit dissona quædam ruditas manifestaque dissonantia, quæ satis, superque distinguunt illud. Principum desuper,ac Regum etiã auditus,qui viuaciori sensu, miserabilium horum statuum tragedias intuentur, & quodammodò gaudent eo ꝙ huiuscè Monarchiæ turbulentiam,& obedientiam, quæ illorum conseruationis radix est,inuersam conspiciant; præter id quod belli furor tam potens fuerit, quemadmodum ab omnibus necesse ducebatur, perspicuè videntes,quod illa deficiente, astutæ illorum circumuentiones locum exoptatum nacturæ essent,ita, vt templũ miserabilis huiusce Hierosolymæ,cuius basis,& fundamentum religio Catholica existit,& S.R. vestra Maiestas lapis triangularis,cum quo clauditur,& summa cura, & solertia firmatur hoc ædificium,ruinam aliquando minaretur, cum ad præsens taliter deformatum sit, quod possimus dicere cum Saluiano libro 1. *vbi est illa nunc eximia formæ tua, & totius corporis pulchritudo,* de quo Annæ.Robert. libr. 1. rer. iudica. cap.7.Ierem.Threnor.cap.1. *& egressus est à filia Sion omnis decor eius. Facta est Hierusalem quasi polluta menstruis inter inimicos eius,* vt in simili deplorat de Arrianorum temporibus B.Victor.lib.3. persequutionum Africæ ad finem.

Vnum autem ex præcipuis,& præsentibus remedijs,est,ꝙ in
3 rebus istis bellicis assequatur veritatem, † vt S.R.V.Maiestas aures præbeat hominibus magis expertis, quorum opera ver-

bo-

orum suorum testimonium semper tribuunt quorumque con-
ceptus auferat velum, & vmbram cuiuslibet suspitionis, ani-
mumque reddant securum ad agnoscendum eos, qui diuersa,
& contraria consilia in medium adferunt, † linitis quibusdam
sermonibus, quibus corda innocentium Regum, ac Principum
multoties seducuntur. D Paulus 1. ad Romanos cap. 18. & Sa-
piens Prouerb. cap. 29. dicens *Princeps qui libenter audit ver-
ba mendacij, omnes ministros habet impios,* † quæ facilè Rex il-
le manifestat, qui habet aures ad veritatem assuefactas: *Nam
voluntas Regum, labia iusta,* vt dicitur Prouerb. cap. 16. † cum
nihil audire soleant nisi valde elimatum, elaboratumque, vt ex
omnium C. de testam. tradit Io. Guttie. lib. 3. practic. qq. q. 17.
num. 180. & præsertim in rebus tangentibus regni sui stabili-
tatem consonum, absque eo quod aliorum verbis, ac consilijs
fidem tribuant cum notabili quandoq; periculo amissionis il-
lius † Nam cum audiantur placidè in eo, quod Principes vel-
lint, referente Francisco Guicciardino lib. 2. histor. *Illos à
Principibus facilè sapientes haberi, qui ad eorum sensum, & vo-
luntatem magis accedunt*; Georg. Pagliar. obseruatio. 35. ad
Cornel. Tacit. lib. 1. Annal. facilè ipsos sequuntur persuasi fuca
tis, & apparentibus quibusdam rationibus.

Aures enim Principum simplices, & ex sua natura alios æsti-
mantes, callida fraude decipiuntur *Innocens* (ait Salomon Pro-
uerbi cap. 14. *credit omni verbo* D. Ambros. libr. 3. officio. cap.
. dicens *Quis hoc reprehendat in Sanctis, qui cæteros de suo af-
fectu æstimant, & quia ipsis amica est veritas mentiri nemine
putant, fallere quid sit ignorant, libenter credunt, quod ipsi
sint, nec possunt suspectum habere quod non sunt*. *Non vitupe-
randa facilitas, sed laudanda bonitas, hoc est innocentem esse,
ignorare quod noceat, & si circumscribitur ab aliquo, de omnibus
tamen bene iudicat qui fidem esse in omnibus arbitratur*. Quæ
res, vt dicitur Esther cap. vlt. & ex veteribus probatur histo-
riis, & ex his quæ geruntur quotidiè probatur quomodo malis
quorundam suggestionibus Regum studia deprauentur, † præ-
sertim in rebus belli, in quibus prauum consilium solidari po-

test,dicendo,Euentus à fortuna pendere; exemplo Dauid qui 2.Reg.cap.11. dicit Nuncio misso à Ioab super morte Vriæ Hethæi. *Varius enim euentus est belli, nunc hunc, nunc illum consumit gladius*, & Thucydides lib.1. & Herodotus in Maxim.Lactant.Firm.lib.6.dicens, *Quod non est in nostra potestate vincere, quoniam anceps est omne certamen*; Ioan. Stobæus serm.48.de bello,M.Tullius in Orat.pro Milone,& pro Marco Marcello,& Philipp.10. ac 13. Nicæta Choniates in Annal. Balduini Flandri pag.661. vbi ait. *Multæ sunt belli vices, tesseræ instar voluuntur res mortalium, nunc his, nunc illis fauet victoria; Ne Alexandro quidem ferunt omnia successisse ex sententia, nec Cæsaris fortuna caruit offensionibus; Marsque ab alio ad alium transit, dubiaq; est certaminũ alea.* Idem Nicæta in Manuele Comneno lib.2.num.7. Aeneas Syluius epist. 81. Reusner.lib.1.artis Stratagem.cap.16.Iustus Lipsius lib. 5. ciuil.doctr.cap.16. Roder.Xuar. in l. quoniam in prioribus in declar.l.Regni.limitat.11.num. 18. & plures illorum confirmabunt opinionem damnatæ intentionis, quod licet fuissent fœlices debebant reputari miserabiles,cum ex eis non deduceretur aliud quàm fidem præstare,& assensum in re maioris ponderis,vel in summa totius,ei,qui causa maioris fortunæ potiùs, quàm ex animo recto non errauit,& tandem incidet Princeps ille in laqueum,quem præparatum habent æmuli,& aduersarij.

10 † Vna ex principalioribus causis,ex quibus ignis istius rebellionis tot flammas accendit, est, Prauos consiliarios, operam adhibuisse,ne Ducum bonorum,militumque expertorum sana, synceraq; consilia admitterentur, qui temporis progressu notitiam acquisierunt Belgicarum consuetudinum,inferẽtes,probantesq; vota,& consilia sua sanguine propriorum vulnerum, & cum periculis quibus sese obiecerunt,tot facinoribus,ac gestis tam magni splendoris; ideò præsertim, quod à principio istius rebellionis,id,quod postea visum fuit, præsciuerint,atque prædixerint,insculptum in corde semper habentes damnum huiusmodi. Cum ipsi, & non alij sint qui modum aliquem, & medelam tribuerint serpenti morbo, totali perditioni resisten-

entes, vt meritò ipsorum iudicium, consiliumque sequi debuerit. Exemplo sit Alexander Seuerus magnæ prudenæ vir, vt in vita illius refert Aelius Lampridius, & Valentin. orster. de iurisd. Romana in princ. num. 59. & seqq. qui si tra:abatur de iure solos doctos iurisperitos in cõsiliū adhibebat, verò de militari re, milites veteranos, senes, ac benemeris Duces, & locorum, regionumque peritos. Herodia. lib. 6. Sian. lib. 7. de repub. cap 6. num. 10. Annæ. Rober. lib. 2. rer. iud. ip. 16. vbi adducit l. si irruptione § fin. ff fini. regund. memo. tq. Ciceron. in oratio. pro L. Cornel. Balb. dixisse. *Etenim si uintus Sceuola ille augur cum de iure prædiatorio consulere r, homo iuris peritissimus, Cõsultores suos nonnunquam ad Fuum, & Cassellium prædiatores reÿciebat. Sic nos de aqua nora Tusculana.* M. *Tugionem potius quam C. Aquilium consulemus, quod assiduus vsus vni rei deditus, & ingeniū, & artem bè vincit. Quis dubitet de fæderibus, & de toto iure pacis, & lli omnibus iuris peritissimis,* Imperatores *nostros anteferre*: icebatque Andre. de Ysern. in tit. Hic finitur lex Conradi in inc. num. 6. Quod Princeps debet esse consiliatiuus, & habe antiquos, & sapientes, *in quibus*, vt dicitur Iob cap. 12. *est bientia, & in multo tempore prudentia*, c. Episcopus 15. q. 7. am vt Aristoteles ait lib. 8. politicorum. cap. 6. † impossibile, vel certè admodum difficilè, vt qui opera ipsa non tractat ritè valeat iudicare, Quilibet enim dicebat Plato libr. 21. de titudine ad ea idoneus est, in quibus sapit. Valer. Maxim. .8. cap. 12. Flauuius Veget. in præfatio. libri de re milita. dins. *Nemo agere metuit quod se bene didicisse confidit.* Frat. Iones à Sancta Maria de Republica, & politia Christiana, c. 13. Hinc dicebat Pogius libro 4. de vita Cyri ex Xenophon traducta, solere homines quem in procurandis vitæ commo prudentiorem putent, huius libenter consilijs vti, quod, & is in multis, & in corpore infirmis satis perspicere, licet à quis ad vnguem seruantur medici præcepta, in mari quoque utas omnes gubernatori parere, sic, & viatores itinerum itos sequi: sic etiam Plato conductores sacræ aræ ad Eu-

clidem Geometram ire iussit, vt refert Valer. Max. d. c. 12. §. 3.
14 † Quare Plutarch. in tractat. an seni sit gerenda Respublica dixit quod tunc maximè salua est, cum in ea consilia senum vigent, & arma iuuenum, Euripides in Bellerophonte. dicens Manus quidem iuueniles ad agendum robustæ sunt, seniorum autem sententiæ præstant, Simanc. lib. 7. de Republica cap. 8. n. 15. et si Cassiodo. lib. 5. variar. epist. 23. dixerit. *Ostentent iuuenes nostri bellis quod in gymnasio didicere virtutis, schola martia mittat examina, pugnaturus ludo qui se exercere consueuit in ocio.* nam quando Princeps hac vtitur prouidentia imperiũ
15 seruat, & à nemine prouocatur, dicente D. Luca c. 11. † *Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt omnia quæ*
16 *possidet* † Quia nemo prouocare, aut offendere audet quem intelligit promptum, & expeditum esse ad vindictam, Veget. in prologo lib. 3. de re militari, Lipsius lib. 5. ciuil. doctrinæ, cap. 6.
17 Reusner. lib. 1. artis stratagemmaticæ, c. 21. † Et si hæc deficiant Respublica debilitatur, & cadit, vt visum fuit in Alcibiade, & Coriolano cum prospera, aut aduersa fortuna Romanorum, & Atheniensium. Seneca lib. 5. de benefic. cap. 16. Patritius de regno lib. 9. cap. 2. Nam hi Duces insignes intra huius Babylonis tumultus velut alter Daniel respexere, quæ via pacis fuerit, vt dicitur Danielis c. 6. Alij sibi persuadent consilijs vanis, quod facillimè ingressum parabit V. R. Maiestas in quietam, & pacificam Ierusalem, & in fine conceptuum suorũ,
18 reperietur in turbata Babylone. † Nam cum vnusquisque desideret esse Dedalus, cuius artificij ingenio sè inuenta Plinius commemorat lib. 7. cap. 56. multiplices addit labores inextricabilis Labyrinthi ad cõseruationem, & custodiam furentis Minotauri tyrannidis istius, quæ sensim absorbuit sanguinem fidelis Hispaniæ, consumendo generosiores iuuenes illustrium harum Athenarum, donec aliquis alius fortis, & animosus Theseus, (vt Plutarch. in vita illius primi scribit) Ingrediatur, ductus filo patientiæ, prudentiæ, & vigilantiæ, in secretiora, & intima istius Labyrinthi, illique cõcedatur triumphus
19 istius Minotauri †, cuius effigies inter militaria Romanorum si-

gna, teste Fabio, id protendebat, quod non minus occulta debeant esse consilia Principum ac Ducum, quàm olim fuerit abyrinthus Minotauri domiciliū, vt notat Andr. Alciat. emem. 12. & Claud. Minois ad eum.

Viam pacis, omnes quidem homines in bello experti, facilè repererunt, iuxta regulas Rerumpub. quæ benè ordinafunt, & veræ militiæ lege naturali, diuina, & positiua præ:tas, nostrisque sæpè proprijs oculis, miserando cum rerum itu, experti sumus. Illa autem causa subest, quod bellum od contra subditos rebelles mouetur, potentioribus, ac vaioribus exercitibus ducitur, eò vsque donec omninò, totaerque subiugati fuerint. † Nam vt Cassiodorus ait, libr. 2. riar. epist. 16. *Nutriunt præmiorum exempla virtutes, nec isquam est, qui non ad morum summam nitatur ascendere ındo irremuneratum non relinquitur, quod conscientia teste ıdatur.* † Ista enim est vera, & securior via reducendi hos us, & secura reddendi cum reuerentia, & timore reliqua na Sac. Reg. Maiestatis vestræ. Denique in lege Deuteom. cap. 19. scriptum est. *Non misereberis illius.* Nam aliquando iniusta misericordia. c. est iniusta 23. q. 4 vbi ex legum cap. 15 dicitur, † quod Saul Dei contraxit offen-; quia miseratus est Agag hostium Regem, quem prohi-at diuina sententia seruari, P. Greg lib. 13 de Repub. c. 10. 3. & Psalm. 17. dicitur, *Persequar inimicos meos, & comendam illos, & non conuertar donec deficiant.* D. August. onifacium Comitem epist. 50. & habetur in cap. si Eccle-3. quæst. 4. † Etenim multo tempore non sinere peccaius ex sententia agere; sed statim vltionem adhibere, maıeneficij iudicium est, vt dicitur Machab. cap. 6. & concemoras nihil aliud est, quàm vires tribuere Antæoni huic, isi violenter à terra eleuetur, & spiritus eius in aere opatur, nouas semper vires acquiret, quibus renouare possit m. Vti autem clementia cum subdito, qui de errori-ommissis nondum pænituit, debitaque sese humilitate in Sac. Reg. Maiest. vestræ manus nequaquam tradidit, au-

daciorem reddet, præsertim si lenitas fuerit causa concluden-
24 di pacem præteritis similem † Ex quibus oriri solent magnæ quandoque difficultates, & pericula, & vt inquit Seneca lib. 1. de clem. cap. 4. *Tamdiù ab isto periculo hic populus aberit, quamdiù sciet ferre frenum, quem si quando abruperit, vel aliquo casu discussum reponi sibi passus non erit, hæc vnitas, & hic maximi Imperij contextus, in partes multas dissiliet, dominandique finis erit, qui parendi fuit*; Et qui tale consilium amplecti voluerit, plures circumstantias animaduertere debet.

QVID DEBEAT ANIMADVERTI in contractibus pacis.

SVMMARIVM.

1 *Clementia Regis Catholici ergà status belgicos extollitur.*

2 *Sententia benignior, & clementior amplectenda.*

3 *Indecens est cum subditis rebellibus pacta inire.*

4 *Ioannis* II. *Lusitanorum Regis pietas commemoratur.*

5 *Patientia, & admonitio debent vindictam praecedere.*

6 *Delinquens admonitus veniam non meretur.*

7 *Improbitas nullo flectitur officio.*

8 *Parentum correctio in liberos qualis?*

9 *Morbi inueterati per dura, & aspera coercentur.*

10 *Punitio quantò plus differtur, amplius culpa crescunt.*

11 *Impunitatis spes peccandi illecebra sunt.*

12 *Medicorum consilium est, vbi leuia non prosunt, asperiora adhibere remedia.*

Imperator in medela Reipublicæ ferrum vltimo loco adhibere debet.

Morbis extremis remedia extrema adhiberi conuenit.

Bellum est ex atrocioribus remedijs.

Hominum ingenia interdum asperis remedijs experiẽda.

Scelera multiplicantur, impijs multiplicatis.

Pax regni etiam morte filij quærenda, & ibi exemplum Dauidis, & Absalonis.

Scelera dum non resecantur, crescunt.

Turpi facto quilibet commoueri debet.

Honestum factum factorem beneuolum reddit.

Virtus amari facit etiam ignotos.

Vulgus sequitur vtentem liberalitate, iustitia, & fide.

Inhumanum est facere, quod gratiam non generat; sed victum ostendit.

Subditi debent pugnare pro legitimo Principe, & non pro seditioso.

Rebelles, & seditiosos fouentes, vituperio dignissimi.

27 *Libertatem præ se ferunt, vt ipsam occupent postea qui alicuius imperium conantur euertere.*

28 *Regiminis recti non est; Rebelles alterius Principis fouere.*

29 *Iustitia diuina tarditatem supplicij, grauitate pœnæ compensare solet.*

30 *Praui bonitate Principum abuti solent.*

31 *Iosue vicit Reges pugnantes contra Israel.*

32 *Peccatores in luce veluti cæci progrediuntur.*

33 *Adamantis durities animalis sanguine mollescit.*

34 *Homines ad peccandũ assueti absque grauibus pœnis non remouentur ab eis,*

35 *Belli assiduitate* Rebellium *Vires minuendæ.*

36 *Nocitura quæ sunt, debilitari conuenit.*

37 *Pacta inhonesta pulchrum pacis nomen demerentur.*

38 *Libertatem affectant qui seruiunt inuiti.*

39 *Princeps fidẽ* Rebellibus *prę-stare non debet; sed arma au-*

auferre, & presidia superponere.

40 *Fortuna leues mutationes habet.*

41 *Pacis tractatus qualiter securiores sint.*

42 *Euenire quae possunt praecaueri debent.*

43 *Vituperio dignum est, lugere casum in quē proprio defectu incidimus.*

44 *Turpe est dicere non putabā hoc ita euenturum.*

45 *Prudentia est cauere, quae non putantur emergere posse.*

46 *Consilium serum capere, miserum est.*

47 *Senator prudens, quid prospicere debet in Republicae periculo.*

48 *Hostis improuisus faciliùs opprimitur.*

49 *Munitio tractanda est in pace, & otio.*

50 *Nauclerus qui non credidit signis tempestatis, misericordia indignus censetur in illa.*

51 *Terentij Varronis temeritas damnum irreparabile attulit Romanis.*

52 *Athenae serò luxere tyrannidem eò quod Alcibiadi nō crediderant.*

53 *Trasybulus optimus Ciuis tyrannide liberauit Athenas.*

54 *Hannibal risit in luctu Carthaginis victae, & quare.*

55 *Perseus Rex victus à Paulo Aemilio vilipendio affectus.*

56 *Roderici Gothorum Regis lachrimae Hispanijs parū profuere.*

57 *Hostes subacti frenandi sunt ne recalcitrare queant.*

58 *Seruus quis illius est, à quo fuit superatus.*

59 *Morbi accidentia post chrysin, periculosiora sunt.*

60 *Seruus verberibus potiùs, quàm verbis eruditur.*

61 *Seruus inobediens Domino, quando, & qualiter puniendus.*

62 *Hominum aliquot ingenia, melius duro, quam facili fraeno reguntur.*

63 *Pius impium expellere debet.*

64 *Inimico fides in perpetuum adhibendā non est.*

65 *Veniae facilitas incentiuum delinquendi tribuit.*

66 *Seueritate sunt coercendi Rebelles.*

AR-

ARGVMENTVM.

Quando sit vtendum clementia, & de impunitatis dã... & bello quando sit decernendum pro imperij conseruatione, & contra Rebelles, & eorum fautores, & libertatem ...antes, & de pacis tracta... Prouidentia futurorum, ...terq; agendum cum seruis, ...vasallis rebellibus.

ONSIDERATIO I.

D...Ia † clementia, & mansuetudo, qua S. R. V. Maiestas, tanquam Ca...icus Rex, cum subditis semper vsa est; (vt ex ...is exemplorum experi...tis perspicuum est) alijs, ...stianis præsertim Princi...s, pietatem, ac pruden...cum eximia potentia ...unctam, quibus à Deo Max. liberaliter insigni...,ostentauit. Nam cum ...m istam iustificare ac di...ere secum statuisset, ab 2

omni seueritatis genere abstinuit, & cum omnium admiratione ingratis suis subditis, leges benignitatis, pacis, quietis, & concordiæ nedum condidit; sed habenas etiam quibus coerceri debebãt clementer remisit, pacta desiderata inijt, extrahendo præsidia, suspendendo arma iamdudum capta, alijsque quibus potuit modis, ad veram pœnitentiam eosdem inuitãdo, cæcitatem illorum, mansuetudine sua conuincendo, multosque demum cum promissis, & oblationibus ad seruitium suũ asciscendo. In quo † sententiam benigniorem, & clementiorem profectò sequutus est, de qua Diodatus apud Thucididem lib. 3. histor. n. 32 & Giomontis apud Guicciard. lib. 9. histor nu. 2. Hieron. Frachetta in seminario status, & belli cap. 48. nu. 3. *Ostendens*, vt Seneca inquit lib. 1. de clemen. cap. 13. *quam inuitus aspero remedio manus admoueat, in cuius animo nihil hostile, nihil efferum est*. Nam licet illorum scelera seuerissimè corrigi debuissent, omnem tamen indignationem seposuit, vt ansam

sam, & occasionem exasperandi, quietemque publicam
3 perturbandi auferret † Et quamuis certò sciret Sacr.R. Maiestas indecens quidem esse, ac legibus diuinis, & humanis, nec non naturali rationi, & antiquioribus, & recentioribus exemplis obstrepere, vt Princeps cum subditis rebellibus pacem tractare quæreret; nihilominus tamen S.R.M. vestra instar Pellicani filiolos suos piè miserantis, sanguinem, & thesauros propriorum viscerum Hispaniæ suæ, profundere, nequaquam dedecuit, vt insolentiam illorum mitigaret, & eos ad suauius iugum ferendum cohortaretur, & veluti adoptiuos suos filios, à virulentis Aspidum morsibus, ingratitudinis, & inobedientiæ scilicet immunes redderet, paratumque se ostenderet pro salute ipsorum sanguinem in posterum quoque profun-
4 dere; ad imitationem † Ioannis I I. Lusitanorum Regis de quo hoc memorat Osorius libro 1. de rebus Emanuelis. Petrus Gregorius lib.8. de
5 Repub.cap.1.nu.19.† Cum ipsi cordi semper fuerit post primam culpam, non statim desiderare vindictam; sed iussa potiùs in admonitioné conuertere, *ne saltim nimia districtio sequatur, quam lenis patientia non præcedat*, vt dicebat Theodorus Rex apud Cassiodorum lib.4. epist. 29.
6 rationem subijciens † *Quia non habet veniæ locum qui delinquit admonitus*. & comprobat Teren. in Adelph. actu 1. scena 1. à versibus,

Pudore, & liberalitate liberos
Retinere satius esse credo quam metu.

Verũ ipsi ingrati, ac stultò corde tã eximia S.R.V. Maiestatis misericordia abutentes, in noua, grauioraq; postmodum crimina inciderunt, ostenden-
7 tes quàm verum sit, † quod improbitas nullo flectitur officio, vt obseruat Bartholom. Philipp. de consilio, & consiliarijs discur.13.nu.7. ex quo clarè perspicitur, quod hoc non sit conueniens antidotũ quo curari debent, vt inquit Seneca lib.j. de clement.c.14.

Vbi

bi bonorum parentum offi·
um narrans,ait, † Quod ob-
rgare liberos nonnunquam
andè, nonnunquam mina-
ter solent; aliquando etiam
monere verberibus. *Nun-*
id (ait) *aliquis sanus filiũ*
prima offensa exhæredat?ni-
nagna, & multæ iniuria pa
ntiam euicerint: nisi plus
, quod timet, quàm quod
mnat,non accedit ad decre-
·ium stylum. Multa ante
itat, quibus dubiam indolẽ,
peiori loco iam positam, re-
:et, simul deplorata est, vl-
na experitur; nemo ad sup·
:ia exigenda peruenit, nisi
i remedia consumpsit, hoc
od parenti etiam Principi
·iendum est, quem appella·
nus Patriæ Patrem non a-
latione vana adducti & Ci-
·o in oratio.pro Sexto Ro-
o Amerino dicens. *Veri-*
iile non est odio fuiße paren·
·lium sine causis multis, &
gnis, & necessarijs. Annę.
ber.lib.2. rer.iudic.cap.9.
intilia. declam. 374. vbi
Nunquam leuiter excan-
escunt patres, † vt *Corporis*
dam morbi veteres, & diu
:ti, non nisi per dura, &
:ra coercentur. Sic corru-
ptus simùl, & corruptor, ager,
& flagrans animus haud le-
uioribus remedijs restinguen-
dus est, quum libidinibus ar-
descit. ait Tacit. 3. Annal.
Lipsius lib.4. ciuil. doctr.c.9.
facit illa extrauagans consti-
tutio qui sint rebelles titul.
quomodo in læsæ maiestatis
10 crimine procedatur, † quod
quantò plus differtur puni-
tio, tantò ampliùs culpa cre-
scit, & gentibus perniciosiùs
exemplum transit. Demo-
sthenes in orat.aduersus My-
11 diam, probans, † maximas
peccandi illecebras esse, im-
punitatis spem, & ideo con-
uenire, vt quicunque fuerit
deprehensus deliquisse, meri-
tum supplicium luat, M. Tull.
in orat.pro Milone, Iustus Li-
psius lib.4.ciuil. doctr.cap.9.
Cicero in Lælio. *Improbis pę·*
na statuẽda est, vt quos natu-
ra retinere in officio non potest,
ij magnitudine pænæ maleficio
submoueantur. Idem M.Tul-
lius in orat. pro Roscio Ame-
rino, & ad Brutum libro 10.
epist.15. Mastix Fallitorum
Danielis Sauterij cap.22.

Vnde Tertul.lib.4 aduer-
sus Marcionem. ait *Discipli-*
næ interest iniuriam vindica-
ri.

ri. Metu enim vltionis omnis iniquitas refrenatur. Ann.Robert.libr.1.rer.iudic. cap.13. Nam hæc est medicina securior circa illos, quibus leni-
12 tas, & benignitas obfuit † Nam, vt ait Petrus Magnus in lib.de consilio cap.7. *In corporibus curandis prudentiores Medici ea vtuntur ratione, vt si quid infectum, parũque syncerum sit, id tamdiù tollerent, & quasi dissimulent, quod ad illud quiete, atque inedia sanari posse confidunt vbi vim morbi sensim gliscere animaduertunt, latiusque in dies serpere, tum verò aperto Marte obsistunt, venenisque, ac potentioribus remedijs labẽ omnem expellere, morbique causas radicitùs euellere conãtur; nec turbare paululum dubitant caducam illam, breuique duraturam quietem, vt firmam, ac diuturnam corpori*
13 *pariant sanitatem* † Scipioq; vt Plutarch. in Apopht. refert, dicere solebat, Imperatorem, vt Medicum vltimo loco ad malum curandum, ferrum adhibere debere, vt tradit Lelius Zæchius lib.2. de Princi
14 pe cap.4.num. 1. † Extremis enim morbis, extrema remedia conueniunt. Hippocrates in 1.Aporism. 6. Christophor.Chericus in coronide qq.polit.circa finem.
15 † Bellum namque ex atrocissimis, & sæuissimis est remedijs, quæ adhibenda sunt, quoties extrema id necessitas postulat, quemadmodum, & Medicos videmus, tunc vrere, aut secare membrum aliquod, vbi totum corpus periclitari videtur. Reusner. lib. 1: artis stratagem. capit. 16. Hippo.d li.1. Aphoris.6. Barthol.Philip.de consilio, & cõ-
16 siliarijs num.8.† Hominum enim ingenia interdum remedijs asperis experienda, & more Medicorũ, vt ait Baud. in lib. de fœnore, *Venena venenis procuranda*. Qui enim aliter fiat in corpore tàm ægro, tàm exulcerato, ac pęnè depositæ salutis. Mastix Fallit. Danielis Sauterij cap.25.
17 † Et comprobatur Sapientis sententia Prouerb cap.29. dicentis, *In multiplicatione impiorum, multiplicabuntur scelera*, exemplumq; præstat sacra pagina 2. Reg. cap. 18.
18 † Nam cum aliter non meruerit pacem habere domus

Da-

Dauid, nisi Absalon filius eius, in bello, quod contra Patrem gerebat fuisset extinctus, occumberetque quamuis magna cura suis mandasset, vt eum quantùm possent, viuum saluumq; seruarent, vt esset, cui paternus affectus ignosceret, id ei restitit perditum flere, & sui regni pace acquisita suam mæstitiam consolari, D August. Epistol. 50. ad Bonifacium de coercendis Hæreticis, cap. quis
19 enim 23. q. 5. † Vnde D. Chrysostomus sermo. de Absalone dixit, *Semper scelera dum non resecantur increscũt, & in augmenta facinorum prosilitur quoties secura impunitate peccatur.* D. August. serm. 15. de Verbis Domini, vbi ait, *Si seueritas disciplinæ dormiat, repressa disciplina sæuit impunita nequitia.* D. Bernar. libr. 3. de considera[t]ione ad Eugenium, vbi ait, *[I]mpunitas incuriæ soboles, in[so]lentiæ mater, radix impu[de]ntiæ, transgressionum nu[tr]ix,* optimè Simancas libr. de Repub. cap. 22. num. 14. [&s]eqq. *Sicut enim disciplina [cau]telam, sic insolentem pro[...] indulgentia creat auda*ciam: inquit Arnulph. in epist. ad Alexand. Papam fol. 47. *Nam pietatis genus est in illos distringere, qui se sceleratis docentur actionibus miscuisse,* vt Cassiodo. ait lib. 2. epist. 14. Annæ. Robert. lib. 1 rerum iudic. c. 10.

20 † Quis ergo erit, qui non offendatur, commoueaturque huius rebellionis turpitudinem audiendo: Nam vt M. Tullius inquit libr. 5. de fin. *Quis tam inhumanus erit, qui non commoueatur videndo rẽ, aliquam turpiter factam? Et quis non probabit bonum, &*
21 *honestum?* † Nam secundum Ciceronem ipsum in orat. pro M. Marcello, Proprium est hominis qui audit, legit uè factum aliquod clementiæ non solùm si verum sit; imò si fictum, accendi affectu, & amore illius qui tale fuit operatus, quamuis nunquam illũ
22 viderit, & agnouerit † Virtus enim est huiusmodi, vt & quos nunquam vidimus, amare nos faciat; Virtus namque sui natura amabilis est, sicut vitium odibile. Aeneas Syluius epist. 84. & epist. 101.

Quem non commouebit igitur S.R.M. vestræ clementia

tia ex omnibus suis actionibus resplendens, exceptis barbaris, proteruisque hiscè populis, ac ipsimet humanæ na-
23 turæ repugnantibus † Nam vt ipse Cic. inquit, lib. 2. de offi. Vulgus vehemẽter amat, & propria natura impellitur, & cogitur sequi illũ, qui vtitur liberalitate, iustitia, & fide, & actus mansuetudinis operatur, & efficit: Quod benignitatis exemplum in medium poterit adferri, quod non reperiatur in pace cum ipsis facta? Qualis ingratitudo magis poterit protendi, quam ipsorũ, quæ eo lapsa est, vt nõ solum recognoscere desinant istam magnificentiam; sed sibimet etiã nefariè persuadeãt
24 sese victores esse †, nã vt ait Cicero in Orat. pro Plancio. Non est res tam inhumana, crudelis, & fera, vt efficere aliquid quod non solũ gratiã sibi non generet; sed quod victus appareas ex eo, O immensa ingratitudo, digna vtique vt viuis furentis belli flãmis opprimatur, vel igne diuinitùs impetrato, vt Helias fecit. 4. Reg. c. 1. & memoratur in c. ea vindicta 23. q. 4. dicẽdo cum Isaia cap. 50. *Ecce vos omnes accendentes ignem accincti flammis ambulate in lumine ignis vestri, & in flãmis, quas succendistis de manu mea factum est hoc vobis in doloribus dormietis*, l. fin. C. de sum. Trin. & fide catholica. Iacob. de Bellou. lib. 2. prax. crim. c. 13. n. 10. Christophorus Chericus in coronide cẽturiæ quæst. Polit. q. 23. cum re uera S. R. vestra Maiestas possit, iusteque dicere cum Isaia c. 1. *Filios enutriui, & exaltaui; ipsi autem spreuerũt me. Cognouit bos possessorem suũ, & asinus præsepe Domini sui; Israel autem me non cognouit, & populus meus non intellexit. Væ genti peccatrici populo graui iniquitate, semini nequam, filijs sceleratis, dereliquerũt Dominũ, blasphemarũt Sanctum Israel, abalienati sũt retrorsũ*, & cap. 30. *Propterea hæc dicit Sãctus Israel. Pro eo, quod reprobastis verbum hoc, & sperastis in calũnia, & in tumultu, & innixi estis super eo; propterea erit vobis iniquitas hæc, sicut interruptio cadẽs & requisita in muro excelso. Quoniam subitò dum non speratur, veniet contritio eius, & comminuetur sicut conteritur*

la-

ȝena Figuli contritione vali-, & non inuenietur de frag-ntis eius testa, in qua por-ur igniculus de incendio, t hauriatur parum aquæ de ea. De quibus Diuina riptura eiusdem Prophetæ p. 28. ait. *Dixistis, per-simus fœdus cum morte, & n inferno fecimus pactum*: :um præstet, Deoq; sit gra-s, vt subditi pro legitimo ncipe pugnent; quàm cũ litioso, ac ciuilis belli au-ore, se coniungant. Nicæta oniat. in Annal. Isaac An-li lib. 1. † Vituperio enim nissimi sunt, qui pecunia, quoquo alio modo sedi-orum peruicaciam fouẽt; c bonam conscientiam tur externus Princeps, Tyrannũ agit, quicunq; ditos perduelles laudat, & mijs in pessimo illo propo alit, vt tradit Nicæta 7. Annal. Manuelis Com-i, ex cuius sententia, nulla ita honestatis notione vt subditi legitimo Prin-: repudiato ad ambitio-Monarchiæ cupidissimũ, ureis machinis omnia iu-abefactantem, deficiant Multi enim, vt imperium euertant, libertatem præ se ferunt, vt postquam euerte-rint illam aggrediantur, vt notat Tacitus lib. 16. Anna-lium, docente experientia, quod nullus vnquam princi-patum sibi concupiuit, quin hæc eadem speciosa vocabu-la vsurparit. Idem Tacit. lib. 4 Georg. Paglia. obser. 295. ad eum lib. 2.

28 † Nec recti regiminis ratio-ni conuenit, vt Princeps reci-piat, & foueat rebelles alte-rius, vt insinuat Arist. Polit. 2. cap. 13. huic normæ attribu-ens quietem Cretẽsium; quia vicinæ ciuitates, quãuis bella inuicem gerant; nulla tamen earum rebelles recipit. Geor. Pagliar. obseru. 184. ad lib. 2. Taciti, qui plura in compro-bationem adducit. Vanno-zius in animaduers. polit. vol. 2. num. 1042. dicens, ac pro-bans quod rebellis ab aliquo Principe non deberet assecu-rari ab alio.

29 † Quis dubitat quod iustitia diuina tarditatem supplicij, maiori cum grauitate, & atro citate pænæ compensatura tandem sit; licet diuini numi-nis ira, lento quodammodo gradu ad vindictã procedere

daciorem reddet, præsertim si lenitas fuerit causa concluden-
24 di pacem præteritis similem † Ex quibus oriri solent magnæ quandoque difficultates, & pericula, & vt inquit Seneca lib. 1. de clem. cap. 4. *Tamdiù ab isto periculo hic populus aberit, quamdiù sciet ferre frenum, quem si quando abruperit, vel aliquo casu discussum reponi sibi passus non erit, hæc vnitas, & hic maximi Imperij contextus, in partes multas dissiliet, dominandique finis erit, qui parendi fuit*; Et qui tale consilium amplecti voluerit, plures circumstantias animaduertere debet.

QVID DEBEAT ANIMADVERTI in contractibus pacis.

SVMMARIVM.

1 *Clementia Regis Catholici ergà status belgicos extollitur.*

2 *Sententia benignior, & clementior amplectenda.*

3 *Indecens est cum subditis rebellibus pacta inire.*

4 *Ioannis 11. Lusitanorum Regis pietas commemoratur.*

5 *Patientia, & admonitio debent vindictam præcedere.*

6 *Delinquens admonitus veniam non meretur.*

7 *Improbitas nullo flectitur officio.*

8 *Parentum correctio in liberos qualis?*

9 *Morbi inueterati per dura, & aspera coercentur.*

10 *Punitio quantò plus differtur, amplius culpæ crescunt.*

11 *Impunitatis spes peccandi illecebræ sunt.*

12 *Medicorum consilium est, vbi leuia non prosunt, asperiora adhibere remedia.*

13

13 *Imperator in medela Reipublica ferrum vltimo loco adhibere debet.*
14 *Morbis extremis remedia extrema adhiberi conuenit.*
15 *Bellum est ex atrocioribus remedijs.*
16 *Hominum ingenia interdum asperis remedijs experiēda.*
17 *Scelera multiplicantur, impijs multiplicatis.*
18 *Pax regni etiam morte filij quarenda, & ibi exemplum Dauidis, & Absalonis.*
19 *Scelera dum non resecantur, crescunt.*
20 *Turpi facto quilibet commoueri debet.*
21 *Honestum factum factorem beneuolum reddit.*
22 *Virtus amari facit etiam ignotos.*
13 *Vulgus sequitur vtentem liberalitate, iustitia, & fide.*
4 *Inhumanum est facere, quod gratiam non generat; sed victum ostendit.*
Subditi debent pugnare pro legitimo Principe, & non pro seditioso.
Rebelles, & seditiosos fouentes, vituperio dignissimi.
27 *Libertatem præ se ferunt, vt ipsam occupent postea qui alicuius imperium conantur euertere.*
28 *Regiminis recti non est; Rebelles alterius Principis fouere.*
29 *Iustitia diuina tarditatem supplicij, grauitate pœna compensare solet.*
30 *Praui bonitate Principum abuti solent.*
31 *Iosue vicit Reges pugnantes contra Israel.*
32 *Peccatores in luce veluti cæci progrediuntur.*
33 *Adamantis durities animalis sanguine mollescit.*
34 *Homines ad peccandū assueti absque grauibus pœnis non remouentur ab eis,*
35 *Belli assiduitate Rebellium Vires minuendæ.*
36 *Nocitura quæ sunt, debilitari conuenit.*
37 *Pacta inhonesta pulchrum pacis nomen demerentur.*
38 *Libertatem affectant qui seruiunt inuiti.*
39 *Princeps fidē Rebellibus præstare non debet; sed arma au-*

auferre, & præsidia superponere.

40 *Fortuna leues mutationes habet.*

41 *Pacis tractatus qualiter securiores sint.*

42 *Euenire quæ possunt præcaueri debent.*

43 *Vituperio dignum est, lugere casum in quē proprio defectu incidimus.*

44 *Turpe est dicere non putabā hoc ita euenturum.*

45 *Prudentia est cauere, quæ non putantur emergere posse.*

46 *Consilium serum capere, miserum est.*

47 *Senator prudens, quid prospicere debet in Republicæ periculo.*

48 *Hostis improuisus faciliùs opprimitur.*

49 *Munitio tractanda est in pace, & otio.*

50 *Nauclerus qui non credidit signis tempestatis, misericordia indignus censetur in illa.*

51 *Terentij Varronis temeritas damnum irreparabile attulit Romanis.*

52 *Athenæ serò luxere tyrannidem eò quod Alcibiadi nō crediderant.*

53 *Trasybulus optimus Ciuis tyrannide liberauit Athenas.*

54 *Hannibal risit in luctu Carthaginis victæ, & quare?*

55 *Perseus Rex victus à Paulo Aemilio vilipendio affectus.*

56 *Roderici Gothorum Regis lachrimæ Hispanijs parū profuere.*

57 *Hostes subacti frenandi sunt ne recalcitrare queant.*

58 *Seruus quis illius est, à quo fuit superatus.*

59 *Morbi accidentia post chrysin, periculosiora sunt.*

60 *Seruus verberibus potiùs, quàm verbis eruditur.*

61 *Seruus inobediens Domino, quando, & qualiter puniendus.*

62 *Hominum aliquot ingenia, melius duro, quam facili frœno reguntur.*

63 *Pius impium expellere debet.*

64 *Inimico fides in perpetuum adhibenda non est.*

65 *Veniæ facilitas incentiuum delinquendi tribuit.*

66 *Seueritate sunt coercendi Rebelles.*

ARGVMENTVM.

Quando sit vtendum cle-tia, & de impunitatis dā- & bello quando sit decer-um pro imperij conserua-, & contra Rebelles, & eo-fautores, & libertatem tantes, & de pacis tracta-. Prouidentia futurorum, terq; agendum cum seruis, vasallis rebellibus.

CONSIDERATIO I.

D Ia † clementia, & mansuetudo, qua S. R. V. Maiestas, tanquam Ca-licus Rex, cum subditis semper vsa est; (vt ex tis exemplorum experi-tis perspicuum est) alijs, istianis præsertim Princi-is, pietatem, ac pruden-i cum eximia potentia iunctam, quibus à Deo .Max. liberaliter insigni t, ostentauit. Nam cum am istam iustificare ac di iere secum statuisset, ab omni seueritatis genere abstinuit, & cum omnium admiratione ingratis suis subditis, leges benignitatis, pacis, quietis, & concordiæ nedum condidit; sed habenas etiam quibus coerceri debebāt clementer remisit, pacta desiderata inijt, extrahendo præsidia, suspendendo arma iamdudum capta, alijsque quibus potuit modis, ad veram pœnitentiam eosdem inuitādo, cæcitatem illorum, mansuetudine sua conuincendo, multosque demum cum promissis, & oblationibus ad seruitium suū ascifcendo. In quo 2 † sententiam benigniorem, & clementiorem profectò sequutus est, de qua Diodatus apud Thucididem libr. 3. histor. n. 32 & Giomontis apud Guicciard. lib. 9. histor nu. 2. Hieron. Frachetta in seminario status, & belli cap. 48. nu. 3. *Ostendens*, vt Seneca inquit lib. 1. de clemen. cap. 13. *quam inuitus aspero remedio manus admoueat, in cuius animo nihil hostile, nihil efferum est.* Nam licet illorum scelera seuerissimè corrigi debuissent, omnem tamen indignationem seposuit, vt ansam

sum, & occasionem exasperandi, quietemque publicam perturbandi auferret † Et quamuis certò sciret Sacr. R. Maiestas indecens quidem esse, ac legibus diuinis, & humanis, nec non naturali rationi, & antiquioribus, & recentioribus exemplis obstrepere, vt Princeps cum subditis rebellibus pacem tractare quæreret; nihilominus tamen S. R. M. vestra instar Pellicani filiolos suos piè miserantis, sanguinem, & thesauros propriorum viscerum Hispaniæ suæ, profundere, nequaquam dedecuit, vt insolentiam illorum mitigaret, & eos ad suauius iugum ferendum cohortaretur, & veluti adoptiuos suos filios, à virulentis Aspidum morsibus, ingratitudinis, & inobedientiæ scilicet immunes redderet, paratumque se ostenderet pro salute ipsorum sanguinem in posterum quoque profundere; ad imitationem † Ioannis I I. Lusitanorum Regis de quo hoc memorat Osorius libro 1. de rebus Emanuelis. Petrus Gregorius lib. 8. de Repub. cap. 1. nu. 19. † Cum ipsi cordi semper fuerit post primam culpam, non statim desiderare vindictam; sed iussa potiùs in admonitioné conuertere, *ne saltim nimia districtio sequatur, quam lenis patientia non præcedat*, vt dicebat Theodorus Rex apud Cassiodorum lib. 4. epist. 29. rationem subijciens † *Quia non habet veniæ locum qui delinquit admonitus*. & comprobat Teren. in Adelph. actu 1. scena 1. à versibus,

Pudore, & liberalitate liberos
Retinere satius esse credo quam metu.

Verũ ipsi ingrati, ac stultò corde tã eximia S. R. V. Maiestatis misericordia abutentes, in noua, grauioraq; postmodum crimina inciderunt, ostendentes quàm verum sit, † quod improbitas nullo flectitur officio, vt obseruat Bartholom. Philipp. de consilio, & consiliarijs discur. 13. nu. 7. ex quo clarè perspicitur, quod hoc non sit conueniens antidotũ quo curari debent, vt inquit Seneca lib. j. de clement. c. 14.

Vbi

Vbi bonorum parentum offi-
8 cium narrans, ait, † Quod ob-
iurgare liberos nonnunquam
blandè, nonnunquam mina-
citer solent; aliquando etiam
admonere verberibus. *Nun-
quid* (ait) *aliquis sanus filiū
à prima offensa exhæredat? ni-
si magna, & multæ iniuriæ pa
tientiam euicerint: nisi plus
est, quod timet, quàm quod
damnat, non accedit ad decre-
torium stylum. Multa ante
tentat, quibus dubiam indolē,
& peiori loco iam positam, re-
uocet, simul deplorata est, vl-
tima experitur; nemo ad sup-
plicia exigenda peruenit, nisi
qui remedia consumpsit, hoc
quod parenti etiam Principi
faciendum est, quem appella-
uimus Patriæ Patrem non a-
dulatione vana adducti* & Ci-
cero in oratio. pro Sexto Ro-
scio Amerino dicens. *Veri-
simile non est odio fuisse paren-
ti filium sine causis multis, &
magnis, & necessarijs*. Annę.
Rober. lib. 2. rer. iudic. cap. 9.
Quintilia. declam. 374. vbi
it *Nunquam leuiter excan-
escunt patres*, † vt *Corporis
uidam morbi veteres, & diu
cti, non nisi per dura, &
era coercentur. Sic corru-
ptus simul, & corruptor, ager,
& flagrans animus haud le-
uioribus remedijs restinguen-
dus est, quum libidinibus ar-
descit*. ait Tacit. 3. Annal.
Lipsius lib. 4. ciuil. doctr. c. 9.
facit illa extrauagans consti-
tutio qui sint rebelles titul.
quomodo in læsæ maiestatis
10 crimine procedatur, † quod
quantò plus differtur puni-
tio, tantò ampliùs culpa cre-
scit, & gentibus perniciosiùs
exemplum transit. Demo-
sthenes in orat. aduersus My-
11 diam, probans, † maximas
peccandi illecebras esse, im-
punitatis spem, & ideo con-
uenire, vt quicunque fuerit
deprehensus deliquisse, meri-
tum supplicium luat, M. Tull.
in orat. pro Milone, Iustus Li-
psius lib. 4. ciuil. doctr. cap. 9.
Cicero in Lælio. *Improbis pœ-
na statuēda est, vt quos natu-
ra retinere in officio non potest,
ij magnitudine pænæ maleficio
submoueantur*. Idem M. Tul-
lius in orat. pro Roscio Ame-
rino, & ad Brutum libro 10.
epist. 15. Mastix Fallitorum
Danielis Sauterij cap. 22.

Vnde Tertul. lib. 4 aduer-
sus Marcionem. ait *Discipli-
næ interest iniuriam vindica-
ri.*

ri. Metu enim vltionis omnis iniquitas refrenatur. Ann.Robert.libr.1.rer.iudic. cap.13. Nam hæc est medicina securior circa illos, quibus leni-
12 tas, & benignitas obfuit † Nam, vt ait Petrus Magnus in lib.de consilio cap.7. *In corporibus curandis prudentiores Medici ea vtuntur ratione, vt si quid infectum, parũque syncerum sit, id tamdiù tollerent, & quasi dissimulent, quod ad illud quiete, atque inedia sanari posse confidunt vbi vim morbi sensim gliscere animaduertunt, latiusque, indies serpere, tum verò aperto Marte obsistunt, venenisque, ac potentioribus remedijs labẽ omnem expellere, morbique causas radicitùs euellere conãtur; nec turbare paululum dubitant caducam illam, breuique duraturam quietem, vt firmam, ac diuturnam corpori*
13 *pariant sanitatem* † Scipioq; vt Plutarch. in Apopht. refert, dicere solebat, Imperatorem, vt Medicum vltimo loco ad malum curandum, ferrum adhibere debere, vt tradit Lelius Zæchius lib.2. de Princi
14 pe cap.4.num. 1. † Extremis enim morbis, extrema remedia conueniunt. Hippocrates in 1.Aporism. 6. Christophor.Chericus in coronide qq.polit.circa finem.
15 † Bellum namque ex atrocissimis, & sæuissimis est remedijs, quæ adhibenda sunt, quoties extrema id necessitas postulat, quemadmodum, & Medicos videmus, tunc vrere, aut secare membrum aliquod, vbi totum corpus periclitari videtur. Reusner. lib. 1: artis stratagem. capit. 16. Hippo.d li.1. Aphoris.6. Barthol.Philip.de consilio, & cõ-
16 siliarijs num.8.† Hominum enim ingenia interdum remedijs asperis experienda, & more Medicorũ, vt ait Baud. in lib. de fœnore, *Venena venenis procuranda.* Qui enim aliter fiat in corpore tàm ægro, tàm exulcerato, ac pęnè depositæ salutis. Mastix Fallit. Danielis Sauterij cap.25.
17 † Et comprobatur Sapientis sententia Prouerb cap.29. dicentis, ***In multiplicatione impiorum, multiplicabuntur scelerà,*** exemplumq; præstat sacra pagina 2. Reg. cap. 18.
18 † Nam cum aliter non meruerit pacem habere domus

Da-

Dauid, nisi Absalon filius eius, in bello, quod contra Patrem gerebat fuisset extinctus, occumberetque quamuis magna cura suis mandasset, vt eum quantùm possent, viuum, saluumq; seruarent, vt esset, cui paternus affectus ignosceret, id ei restitit perditum flere, & sui regni pace acquisita suam mæstitiam consolari, D August. Epistol. 50. ad Bonifacium de coercendis Hæreticis, cap. quis
19 enim 23. q. 5. † Vnde D. Chrysostomus sermo. de Absalone dixit, *Semper scelera dum non resecantur increscūt, & in augmenta facinorum prosilitur quoties secura impunitate peccatur.* D. August. serm. 15. de Verbis Domini, vbi ait, *Si securitas disciplina dormiat, repressa disciplina sæuit impunita nequitia.* D. Bernar. libr. 3. de consideratione ad Eugenium, vbi ait, *Impunitas incuriæ soboles, insolentiæ mater, radix impudentiæ, transgressionum nutrix*, optimè Simancas libr. 9. de Repub. cap. 22. num. 14. & seqq. *Sicut enim disciplina cautelam, sic insolentem pronior indulgentia creat audaciam:* inquit Arnulph. in epist. ad Alexand. Papam fol. 47. *Nam pietatis genus est in illos distringere, qui se sceleratis docentur actionibus miscuisse*, vt Cassiodo. ait lib. 2. epist. 14. Annæ. Robert. lib. 1. rerum iudic. c. 10.

20 † Quis ergo erit, qui non offendatur, commoueaturque huius rebellionis turpitudinem audiendo: Nam vt M. Tullius inquit libr. 5. de fin. *Quis tam inhumanus erit, qui non commoueatur videndo rē aliquam turpiter factam? Et quis non probabit bonum, &*
21 *honestum?* † Nam secundum Ciceronem ipsum in orat. pro M. Marcello, Proprium est hominis qui audit, legit uè factum aliquod clementiæ non solùm si verum sit; imò si fictum, accendi affectu, & amore illius qui tale fuit operatus, quamuis nunquam illū
22 viderit, & agnouerit † Virtus enim est huiusmodi, vt & quos nunquam vidimus, amare nos faciat; Virtus namque sui natura amabilis est, sicut vitium odibile. Aeneas Syluius epist. 84. & epist. 101.

Quem non commouebit igitur S.R.M. vestræ clementia

'agena Figuli contritione valida, & non inuenietur de fragmentis eius testa, in qua portetur igniculus de incendio, aut hauriatur parum aqua de fouea. De quibus Diuina Scriptura eiusdem Prophetæ cap. 28. ait. *Dixistis, percussimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactum*:
5 † cum præstet, Deoq; sit gratius, vt subditi pro legitimo Principe pugnent; quàm cũ seditioso, ac ciuilis belli authore, se coniungant. Nicæta Choniat. in Annal. Isaac An-
6 geli lib. 1. † Vituperio enim dignissimi sunt, qui pecunia, vel quoquo alio modo seditiosorum peruicaciam fouēt; Nec bonam conscientiam tuetur externus Princeps, imò Tyrannũ agit, quicunq; subditos perduelles laudat, & præmijs in pessimo illo proposito alit, vt tradit Nicæta lib. 7. Annal. Manuelis Comneni, ex cuius sententia, nulla innata honestatis notione fit, vt subditi legitimo Principe repudiato ad ambitiosum Monarchiæ cupidissimũ, & aureis machinis omnia iura labefactantem, deficiant
27 † Multi enim, vt imperium euertant, libertatem præ se ferunt, vt postquam euerterint illam aggrediantur, vt notat Tacitus lib. 16. Annalium, docente experientia, quod nullus vnquam principatum sibi concupiuit, quin hæc eadem spetiosa vocabula vsurparit. Idem Tacit. lib. 4 Georg. Paglia. obser. 295. ad eum lib. 2.
28 † Nec recti regiminis rationi conuenit, vt Princeps recipiat, & foueat rebelles alterius, vt insinuat Arist. Polit. 2. cap. 13. huic normæ attribuens quietem Cretēsium; quia vicinæ ciuitates, quãuis bella inuicem gerant; nulla tamen earum rebelles recipit. Geor. Pagliar. obseru. 184. ad lib. 2. Taciti, qui plura in comprobationem adducit. Vannozius in animaduers. polit. vol. 2. num. 1042. dicens, ac probans quod rebellis ab aliquo Principe non deberet assecurari ab alio.
29 † Quis dubitat quod iustitia diuina tarditatem supplicij, maiori cum grauitate, & atrocitate pœnæ compensatura tandem sit; licet diuini numinis ira, lento quodammodo gradu ad vindictã procedere

videatur, vt Valer. Max. dicebat, lib. 1. c. 1. §. 3. & Seneca lib. 10. Declamat: Lipsius lib. 2. Polit. cap. 14. Stragem faciet huius insolentis serpētis, qui eleuata, erectaque ceruice vult se opponere dulcedini, & innatæ mansuetudini Catholici istius Principis; &

30 quod implebitur † illud diuini textus Esther cap. 16. *Multi bonitate Principum, & honore qui in eos collatus est, abusi sunt in superbiam; & nō solum subiectos Regibus nituntur opprimere; sed datam sibi gloriam non ferentes, in ipsos qui dederunt, moliuntur insidias, nec contenti sunt gratias non agere beneficijs, & humanitatis in se iura violare; sed Dei quoque cuncta cernentis arbitrantur se se posse fugere sententiam.*

31 † Putabat magnus ille Regum numerus de quo Iosue cap. 10. & seq. qui pugnabat contra Israel, & Ducem eius Iosue, quod perseuerantia ipsorum interitum erat causatura populo Dei; sed textus ipse sacer ait, quod erat diuina sententia quod corda corū indurarentur, & pugnarent contra Israel, & caderent, & non mererentur vllā clementiam, ac perirent sicut Dominus præceperat Moysi

32 Deuteron. cap. 7. † & dicerent cum Isaia cap. 59. *Spectauimus lucem, palpauimus sicut caci parietem, & quasi absque oculis attrectauimus, impegimus meridie, quasi in tenebris, in caliginosis quasi mortui, rugiemus quasi Vrsi omnes, & quasi columba meditantes gememus, expectauimus iudicium, & non est; salutem, & elongata est à nobis*, quibus Ieremias cap. 30. ait; *Plaga enim inimici percussi te castigatione crudeli, propter multitudinem iniquitatis tua, & propter dura peccata tua. feci hac tibi* Isaiæ cap. 41. *Ecce confundentur, & erubescent omnes, qui pugnant aduersum te, erunt quasi non sint, & peribunt viri qui contradicunt tibi, quares eos, & non inuenies viros rebelles tuos, erunt quasi nō sint, & velut consumptio homines bellantes aduersum te.* Nahum cap. 3. *Reuelabo pudenda tua in faciē tuam, & proijciam super te abominationem, & contumelijs te afficiam, & ponam te in exemplum.* Vuara-

ramund.de fœderib.c.2.n.53.
Hiscè ijsdem gressibus, insolentes illi Pharaones Adamante induratiores tàm multifarijs, infandisque peccatorum generibus inquinati in-
33 cesserunt;† Nam Adamas vnius animalis sanguine mollescit, vt tradit Marbodæus de lapidibus prætiosis, cap. de Adamante, etiam si ineffabilis sit duritiei; ipsi verò sanguine humano, mansuetudinis exhibitione, & prædicanda pacis lenitate indurantur, ac proteruiores fiũt, vt inquit D. Thomas 1. secundæ, quæst.
39 105. art. 2. ad 9. † Non facilè homines remouentur à peccatis, in quibus assuefacti sũt,
35 absq; grauibus pœnis† Quarè conuenientius est, assiduitate belli vires ipsorum consumere. Nam vt inquit D. Hierony. super Sophoniam cap. 1. relatus in cap. si quis 23. q. 3. Qui fortitudinem latronis, & pyratæ, & furis eneruat, infirmosque eos reddit, prodest illis sua infirmitas. Debilitata enim membra, quibus priùs non benè vtebantur, à malo opere cessabunt, cuius authoritate Anchar. consil. 177. num. 10.
36 ait † Quod mala voluntas cohibenda est, laudabile, & pium debilitare ea, quæ nocitura sunt. Nã et si melius sit sanare vitiosas partes, quam exsecare, vt ex Ciceron. epist. 1. ad Atticum lib. 2. tradit Lipsius lib. 4. Ciuil. doctr. c. 11. Secus autem cum fomenta medicinæ non sentiunt, cap. resecandæ 24. q. 3.

Nã licet ipsi re uera agnoscant, quod si S.R.V. Maiestas vim, neruosque interponere vellet, eosdem opprimeret; id vnicum illis sufficere arbitrãtur ad superbiam, animositatemque delictorum suorum pœnas haudquaquã timere, & experientia quodammodò multoties cautos, vt quotiescumque ipsorum cogitationes, & instituta ex sententia minùs successerint, delictorũ nedum suorum remissionem à S.R. V. Maiestate Principe tàm pio, atque clementi consequuturi sint; sed pacis etiã perpetuitatem, priuilegiorũ suorum restitutionem, & diuersorum honorum collationem impetraturi. Desuper iniquè sibi persuadent, etiam si longo, continuouè bello se defendere, suosque ab imi-

nentibus periculis immunes reddere, nec id denique quod ex animo suspirant, integrè consequi posse dubitant; tum quod tam iniquæ rebellionis suæ protectoribus fidem non tribuunt integram; tum etiam quod ad minimum, negotium ad talem finem protracturi sint, vt quod vi non potuerint, pactionibus tandem assequantur; vt non ponantur Exterorum præsidia, cum summa licet Regiæ Maiestatis nota, & reputationis iactura, ac si clariùs dicerent. Posteaquam nos videmus etiamnum oppressos, necesse est nobis arma suspendere eò vsque Princeps aliquis Tyrannus nobis assistere, nosque fouere polliceatur, vt sic maius robur nanciscentes, præsidiorumque impedimentum non habentes iterum contra Regem exurgere possimus ne sibi, Pontificijsque statutis collum sub-
37 dere cogamur † Quo circa talia pacis pacta pulchrum demerentur nomen. Dicebat enim Zonaras in Arcadio, & Honorio. *Quæ nimio pretio emitur, & vt potentior hostis reddatur, non est pax; sed pactio seruitutis.* Reusner. libr. 3. artis stratagemm. cap. 2. pag. 487. Sæpè enim ob interna mala, dilatata magis prælia, quàm datam pacem intelliges, vt ex Salustio in Epist. Mithridat. tradit Lipsius lib. 5. ciuil. doctr. cap. 19. Nam, vt Demosthenes in orat. de fœdere Alexandreo, ait. Qui semetipsos in patriæ perniciem vendiderunt, hi, fieri nequit, vt leges, & ius iurandum curent; sed solis nominibus abutentes, fucum faciunt his; qui non vt Iudices; sed tanquam fallendi temporis gratia, concionibus intersunt, neque putant præsentem hanc tranquillitatem aliquando fore causam subitæ, & magnæ tem-
38 pestatis † Dicebat enim Gregorius Cedrenus in historiarum compendio, quod natura comparatum est, vt qui seruiunt inuiti, ij libertatem affectent, & quod cupiunt, ad id obtinendum capta
39 oportunitate erumpant, † & ita Xenephon lib. 3. de Pœdia Cyri nu. secundo memorat, Tygranem Cyro dixisse, quod

quod Princeps non debet fidem præstare rebellibus, quos nouiter ad obedientiam reduxit, siue per vim, aut timorem illius; sed illis auferre arma, & superponere fortia præsidia, vt Papyrium Consulem fecisse cum Satricanis, memorat Titus Liuius decad. 1. lib. 9. num. 6. Frachetta lib. 1. de Principe cap. 19. Et in Seminario de ratione status & belli c. 48. n. 9. & 26. Idem Titus Liuius decad. 3. lib. 8. cap. 14. Et Corbulonem fecisse Frisijs, tradit Corn. Tac. libr. 11. Annal. num. 26. Frachetta d. c. 48 n. 50.

Qualis influxus, aut infęlix, & crudele astrum est hoc Hispaniæ? quæ frequentiùs ex nimia confidentia prius exaudit fortunæ ictum, eiusq; ruinæ timorem, quàm in animi sui magnitudine conceperit, sibi id euenire potuisse, sciens quod fortuna, aut melius dicendo sagacitas viua, malorum vim non habet, nisi
40 contra nimium fidentes † ait Demosthen. in orat. Olynthi: prima, quod *Fortuna leues mutationes habet, aliquando prosperis, quandoque aduersis successibus*. & ex Bald. in l. 2. n. 29. C. de rescind. vend. Ioan. Franc. de Ponte cons. 53. nu. 30. vol. 1. sed in negotijs in quibus desidia regnat, non habet locum fortuna, cum sit certa illorum perditio. *Habet enim has vices conditio mortalium, vt aduersa ex secũdis, secunda ex aduersis noscantur. Occultat vtrumque semina Deus, & plerunque bonorum, malorumq; causæ sub diuersa specie latent*. Plinius in Pane-
41 gyrico dicto Traiano † Quare præ oculis debet haberi pręceptum illud Polybij li. 3. histor. dicentis. *Oportet eos qui rebus præsunt, nihil magis curare, quàm vt ne eos lateat, quo animo sint, qui aut bella finiunt, aut amicitias constituunt, quando temporibus cedentes, & quando re vera animis fracti paces ineunt, vt illos quidem tanquam subsessores, & insidiatores temporum obseruent, atque caueant, istis autem fidem habentes, tanquã vere subditis, aut amicis, quid quid euenerit, imperent, atque præcipiant*. Elias Reusner. li. 3. artis stratagématicæ c. 2.
42 pag. 483. † Et non solum ea quæ euenerunt debent rebus secundis animaduerti,

sed ea quæ possunt euenire præcaueri, vt Hannibal dicebat P. Cornelio Scipioni apud Titum Liuium li. 10. decad. 3. quem refert Reusner. dicto cap. 2. pag. 480. cum melius, & tutius sit in tempore occurrere, quàm post vulneratam rem remedium quærere, l. fina. C. in quibus caus. in integ. restit. non est necess. l. 1. C. quando lice. vnicui. sine iudi. se vindicare.

Bene, satisq. notum est qđ hic pactorum modus (quem ego iuste reformido) intelligi faciet quod Vestra Regia Maiestas non remanebit verus Dominus, vt est, dictorum statuum, & quod non vicit, cũ non sit verus Victor, qui non imponit habenas iræ illius, qui pridem victus fuit. Non opus mihi est spectare, quod sagittas in me iaciat, qui laqueos struit, vt me occidat, Cato apud Salustium de cõiurat. Catilinæ dicebat. *Catera maleficia tum persequare vbi facta sunt. Hoc nisi prouideris ne accidat, vbi euenerit frustra iudicia implores, capta vrbe nihil reliqui sit victis*; Annæ. Rober. lib. 2. rerum iu-
43 dicat. cap. 11. † Quinimò ex procedendi modo (vt Demosthen. in orat. 3. in Philipp. ait) ipsum, vt inimicum agnoscere debeo, cum sit vituperio dignum, lugere casum in quem incidi proprio defectu, & desidia, subditque stultitiæ, & ignauiæ esse talia sperare, atque interim malè consulere, & nusquam officio fungi velle. Sed ijs qui hostium causam agunt, audiendis, vrbem tantæ magnitudinis se incolere existimare, vt extra omne periculum posita sit
44 † Atqui turpe illud est, si quid post acciderit dicere: Quis verò putasset hæc futura? Aeneas Syluius libr. 1.
45 epist. 131. † Cum prudentia sit cauere etiam ea, quæ non putantur emergere. Cassiodorus libr. 3. var. epistol. 48.
46 † Miserum est enim, serum consilium capere, ac tum dãni sensu affici, cum nulla ratione potest sarciri. D. Gregorius Nazianz. orat. in sancta lumina. Siman. lib. 7. de Repub. c. 5. nu. 14. Laurentius Grimalius lib. 2. de Opti-
47 mo Senatore ait, † Prudens Senator pericula Reipub. inclinationes, casus, mutationes prospicere debet. Est enim eius

eius officium, non solū videre præsentia; verum etiā prouide re futura, quæ virtus, à ꝓuidē do prouidentia est appellata. Simancas de Repub. li. 7. c. 6. num. 30. Inquit enim S. Ambrosius lib. 1. offic. c. 38. Fortis esse viri, non dissimulare, cum aliquid imineat; sed protendere, & tanquam explorare de specula quadam mentis, & obuiare cogitatione prouida rebus futuris; ne fortè dicat posteà; ideò in ista incidi, quia non arbitrabar posse euenire.

48 † Denique nisi explorentur aduersa citò occupant, vt in bello improuisus hostis vix sustinetur, & si imparatos inueniat facilè opprimit, ita animum mala inexplorata plùs frangunt. Valer. Max. libr. 7. cap. 2. Seneca lib. vnico de diuina prouidentia cap. de *prosperitate*, dicens, *Magis vrgent sæua inexpertos, graue est, non assuetis ferre ceruicibus iugum; Ad suspitionem vulneris Tyro pallescit, audacter Veteranus cruorem suum spectat, qui scit, se sæpè vicisse post sanguinem.* Et de consolatione ad Albinam c. 5. ait, *Hostium aduentus eos prosternit, quos inopinatè occupauit; At qui futuro se bello ante bellum parauerunt compositi, & adaptati primùm, qui tumultuosissimus est, ictum facilè excipiunt. Illis grauis ipsa fortuna est quibus est repentina facilè eam sustinere*

49 *potest, qui semper expectat*, † Hinc dicebat Theodoric. Rex apud Cassiod. li. 1. var. ep. 17. & li. 3. ep. 48. Munitio semper tractanda est in otio: Quia tunc malè quæritur, quando necessaria iudicatur. Omnia enim subita probātur incauta, nec animus potest esse in audaciam pronus qui diuersa fuerit cura sollicitus. Vannozius lib. 1. animad. politic. nu. 281. Quantò enim magis inopina sunt; tātò maiora habentur: Et fortes etiam viri, subitis terrentur, vt ait Tacit. lib. 15 Annal. Et ita res præliorum benè disponitur, quoties in pace tractatur.

50 † Nec misericordia dignus est Magister nauis, qui in medio Maris procellis exagitati, de calamitate fortunæ conqueritur, cum non crediderit signis euidentibus, quæ tempestatem illam minabantur, dum ad portum voluntatis

suæ securum confugere sollicitus est. Nec exaudiendus est Gubernator Ciuitatis in calamitate, & desolatione eius, dum propter incuriam, & negligentiam illius, & consilij inopiam illã destrui per-
51 misit; Quemadmodum modica prudentia Terentij Varronis, irreparabili ferè ruina, nobilitatem Romanam, in bello Cannensi extinxit, vt testatur Plutarchus in vita Hannibalis: & Ioan. Zonaras tom. 2. Annal. pag. 78. dicens Terentij temeritas, & Pauli moderatio, causæ cladis extiterunt. Tit. Liuius libr. 22. Histor. ab Vrbe condita: Cæcitas Calicratidis Capitanei Generalis, siuè Imperatoris militum Lacædemoniorum in causa fuit, quod florentem classem amitterent, absque eo, quod iuuarent eius vltima consilia, quæ si fuisset in oportuno tempore exequutus, non cecidisset, vt memorat Xenophon. lib. 1.
52 † Serò lugere Athenæ seruitutem qua se viderunt oppressæ à triginta Tyrannis, eò quod Alcibiadi Duci illorum magnanimo in tempore fidem tribuere renuerunt, cuius primùm consilijs factum erat, vt illarum imperium longè vltra suos limites protenderetur, vt memorat Andreas Eborensis li. 2. Exempl. tit. de infantia, & pueritia,
53 † Nisi Trasibulus ciuis optimus patriam dicta liberasset tyrannide, vt per Aemilium Probum in eius vita, Iustin. in Trogum lib. 5. Valer. Maxim. lib. 4. cap. 1. Marullus in Epigram: quod refert ad Alciat. Emblem. 134. Claudius Mi-
54 nois ibi † iustus fuit risus Hãnibalis, quando vidit lugere Carthaginem Romanis deditam, eò quod noluerunt occasione vti, eo præsertim tempore cum in prospera securitate viuerent illi assistendo, pecunijs etiam eundem iuuando.
55 † Optimè quin etiam meruit Perseus à Paulo Aemilio vilipendi, & miserabiliter in triumphum duci, quod propria sua culpa à magnitudine sua defecisset, & Monarchiã suam ad Romanos transtulisset, maximè cum à viginti Regibus ortum traxisse gloriaretur, crebroq; Philippum, crebriusque Alexandrũ in ore haberet; vt tradit Zona-

na-

naras tom. 2. Annal. pag. 110 Plutarchus in vita Pauli Aemilij. Lipsius in monitis, & exemplis politicis cap. 14. §. 13.

56 † Lachrimæ præterea infœlicis Regis Roderici non suffecere ad liberandum vastatam, ac miserè deperditam Hispaniam, à continuo illo luctu, diuturnis septingentorū annorum gemitibus, qui vanæ cuiusdā persuasionis fructus fuit acerbissimus, & fons perennis effusi sanguinis, ex tàm fragili, debilique vena ortus quod solo tantum aspectu in ipsam coniecto restingui valuisset, vt prosequitur Michael Carbonel in Histor. Hispan. fol. 22. Historia Valeriana 3. p. c. 37. Iustus ille timor animi constantiam formare solet, ad hoc, vt non sinamur tot vanis, multorumque hominum persuasionibus vinci; imò si rebelles forsitan subditi ad reconciliationem admissi fuerint, tali modo, ac termino dirigenda sit, vt tractatio illius tantam vim adipiscatur cum viuis, eminentibusque demonstrationibus talibusq; vt arma ipsa iā intercessa, ruptumq; bellum, & vt subditi ex imis eorundē cordis penetralibus intelligant, illam non habituram vires, aut robur aduersus Sac. Reg. M vestram, quàm sola hæc via eandem de dictis statibus securam reddere

57 queat † Nam, & subacti hostes, ita refrænandi sunt, vt denuò recalcitrare nequeant. Sententia est Nicætæ Choniates in Annal. Ioannis Comneni. Nam si semel intellexerint, quod vis, & artificium suum nequaquam fuerit sufficiens, & quod neque occultæ machinationes, & insidiæ multifariam structæ aduersus S. R. V. Maiestatem præualuerint, suometipsis motu cadent alæ, agnoscentes, eosdē non arte, vel fortuna victos fuisse, sed armorum vi, ac probatis militiæ regulis; adeò, vt eiusmodi timore ipsis incusso, vlterius rebellare pertimescent, nouumque sumendi bellum, cum eo, qui prius illos

58 prostrauit, abhorrebunt †, vt ait D. Petrus 2. epist. Canonica cap. 2. *A quo quis superatus est, huius, & seruus est.* Bellarmin libr. 1. de Principe Christiano cap. 3. Sed è contrà, si dicti status vires suas pas-

passim ostentauerint metuendum est, si pactis postmodum benignitatis,& modica timoris incussione in gratiam recipiantur sub ficta, dissimulataque quiete, ad vomitum tandem redeant. Haud quaquam enim dubium est, quin dolor aliquis internis laceraturus eos sit, quod intentam illorum virulentiam ad finem exoptatum non deduxerint, sibi persuadentes, quod Sac. R.V.Maiestas eosdem, non furore belli,aut potentia subiugasset; sed linitis promissionibus, & arte cum illis vsa fuerit; vt experientia patet. Quotiescunque etiam Sac. R. V. Maiestas ex benignitate, paternisque cohortationibus
59 pacem illis impertiuit † Est enim axioma Medicorum apud Hyppocrat. lib.6. Epidem.cap.2. Quod ea quæ in morbis,post Crisim relinquũtur, subuersionem facere solent, & quod humores à putrefactis tacti, & cineres putrefactorum relicti facilè accenduntur.Elias Reusner.lib. 3.artis stratagemm.cap.3. in
60 principio † Nam, vt inquit diuina illa sententia Prouer. cap.29.*Seruus verbis non potest erudiri,quia,quod dicis intelligit, & respondere contemnit.* Ac si diceret, quod durus,superbus, & pertinax seruus,Vasalli rebelles,& Hæretici non facilè corriguntur, aut emolliuntur verbis; nam licet omnia intelligant,intelligere tamen dissimulabunt, & non nisi virgis, aut verbe-
61 ribus lacessiti,obedient † Dicit Dominus apud D. Lucam cap. 12. *Seruus qui nescit voluntatem Domini sui,& facit digna plagis,vapulabit paucis; Seruus autem qui scit voluntatem Domini sui,& facit digna plagis, vapulabit multis.* c.ea vindicta 23.q.4. & Ecclesiastici cap.33.dicitur, *Iugum,& lorum curuant collum durum, & seruum inclinant operationes assiduæ.Seruo maleuolo tortura, & compedes,*
62 † Nam, vt ait Seneca, libr. 1.de Clementia: Hi quorum ingenia sunt velut equi, parum nobiles,& generosi, meliùs duro; quàm facili freno regũtur.Daniel Sauter.in Ma-
63 stic. Fallitorum cap.25.† Dixit enim D.Augustinus lib.2. contra literas Pitiliani c. 79. *Cur non etiam hoc fieri potest, vt per ordinarias, & legiti-*

mas

mas potestates, de sedibus quæ illicitè vsurpantur, vel ad in iuriam Dei *retinentur, pius expellat inpium, & iustus iniustũ.* & Idem D. Augustinus tom.2. epist 48. ad Vincentium declarans, dictum cap. 29. Prouerb.& non fuere ver ba; sed viuæ flammæ, quæ accenduntur in cordibus eorũ ad efficiendum ipsos audaciores, & paruipendendum subsidia, quæ mittuntur, considerantes ex verbis, & termino quibus tractãtur, ꝙ Hispania ob quietem seruandam relin quet negotium hoc indecisũ, & concordiam ponet in manibus ipsorũ, quæ, quotiescũquè his fuerit prætẽsa medijs, resultabit in bellum nouum, & discordiam asperiorem, vt ex præteritis perspicuum est

64 † Quare Ecclesiast. cap. 12. dicitur. *Non credas inimico tuo in æternum: sicut en mæramentum æruginat nequitia illius: & si humiliatus vadat curuus, adijce animum tuum, & custodi te ab illo, non statuas illum penes te, nec sedeat ad dexteram tuam, ne forte conuersus in locum tuum, inquirat Cathedram tuã, & in nouissimo agnoscas verba mea & in sermonibus meis stimuleris.*

65 † Compertum est enĩ, quod facilitas veniæ incẽtiuũ tribuit delinquendi cap. est iniusta, in fine 23. q. 4. c. vt clericorum de vita, & honest. cleric. Ioan. Neuizan. libr. 1. Syluæ Nuptial. n. 101. Paulus Grillandus lib. 5. de relaxati. carceratorum cap. de pęnarũ

66 composit. num. 10. † ex quo infertur, quod magnopere laudabile mediũ esset, maiorẽ in posterum ostendere seueritatem, & vigorem, maioriquè cũ ardore, & assistẽtia, viriũq; ostentatione ꝓcedere quibus eorumdem animis talem incuteret metum, vt resipiscentes tandem, considerarent altiùs secum, quod S. R. V. Maiestas nõ opus habeat arte vel blanditijs cum illis vti; sed sola armorum vi; ac proindè secum perpẽderent, quod sẽper, ac in perpetuũ, victi, subiugatiquè remansuri sint, ac propterea posthac tanta suorum iactura, & dispendio tot, tamque friuolis imaginationibus distineri subterfugient.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Deus qualia præcepta dederit populo Israelitico ad bellũ exeunti.*

2 *Rebelles non vtuntur iure belli tanquam alij hostes.*

3 *Vasalli rebelles inferioris Germaniæ, non solum rebellionis; sed etiam proditionis notam incurrunt, ac crimen.*

4 *Rebelles non debent in iudicium citari; sed celeri vindicta puniri.*

Rebellionis factum sufficit absque sententia declaratoria. Ibid.

5 *Rebellis incurrit ipso iure pœnam mortis, & confiscationis bonorum.*

6 *Rebellis potest à quolibet impunè occidi.*

7 *Rebelles capti possunt tanquam serui retineri.*

8 *Plato Rebellibus pœnam, vt Sacrilegis statuit.*

9 *Rebelles non fruuntur iure Gentium.*

10 *Legati Rebellium non sunt immunes, sed possunt occidi.*

11 *Rebelles non habent ius Reipublicæ.*

12 *Carolus V. quid responderit Legatis Protestantium, & rebelles non habere ius legationis, nec frui priuilegijs iuris Ciuilis.*

13 *Rebelles perdunt priuilegia, & consuetudines, & pro mortuis habentur.*

Rebelles non habent ciuitatis beneficium. nec ius asyli, nec eis est seruanda fides. Ibid.

14 *Rebelles quantum fuerint exosi Sacræ Scripturæ.*

15 *Rebelles admitti non debent ad pacta, & conuentiones.*

16 *Impio non est auxilium præbendum, nec amicitia cum eo contrahenda.*

17 *Deus quantum irascatur Idolatris, & Rebellibus.*

18 *Idolatria, & rebellio in Sacra Scriptura morte puniebãtur.*

19 *Infœlix Rebellium casus ex Phylostrato recensetur.*

20 *Scissio Populi Israelitici, & eius causa refertur.*

21 *Propheta Dei à Leone occisus, quia non custodiuit præceptum Dei cum mitteretur ad exprobandum peccata Ieroboam.*

22 *Christus iniunxit discipulis nec*

nes irent per vias Gentiũ, nec intrarent Ciuitates Samariæ.

23 *Core, Dathan, & Abyron viui absorpti fuere à terra, quod Schisma mouerant contra Moysen Principem populi.*

24 *Rebelles ita exosi sunt, vt pro eis intercedi non liceat.*

25 *Intercedere non licet pro cõiuratis aduersus Rempublicam.*

26 *Rex non potest minuere ius dignitatis suæ, nec alij concedere etiam cum iuramento.*

27 Rex *est velut filius Maiestatis suæ.*

28 *Filiusfamilias si immoderatè donet, qualiter ei succurratur.*

29 *Rex est tanquam Pater* Regni *sui.*

30 Rex *Reipub. damna remoueve, & bonum regni augere debet.*

31 *Rex si Rẽpublic. minuat, non meretur Rex dici.*

32 *Successor in regno reuocat malè alienata nomine Maiestatis regiæ.*

33 *Rex non potest efficere quicquam in damnum authoritatis, & gloriæ regiæ.*

34 *Loca limitropha non possunt in alium transferri.*

35 *Obedientia maximè debita Principi supremo non præscribitur.*

36 *Subditi rebelles dicuntur furtum sui facere.*

37 *Vasalli non possunt se subijcere alteri inuito Domino.*

38 *Superior non potest pacta cum subditis inire quibus reuerentia minuatur.*

39 *Concessibilia ea sola sunt, quæ possunt præscribi, & è contra.*

40 *Vasalli respectu Domini sunt sicut filij respectu Parentis.*

41 *Regi concessa est procuratio regni non dissipatio.*

42 *Imperator non concedit imperij iura.*

43 Maie*statis iura diuidi, aut alienari non possunt.*

44 *Franci restiterunt Carolo Magno volenti regnum Franciæ subijcere imperio.*

45 *Potestatis suæ limites nullus potest excedere.*

46 *Pater, aut Dominus non quærunt ex contractu filio, aut seruo, sed è contrario.*

47

71

71 *Lege naturæ inferiores, superioribus debent obedire.*

72 *Valere non potest, quod peruenit ad causam à qua non licuit incipere.*

73 *Fides Romanis seruata à Saguntinis, qualis, & quanta fuerit?*

74 *Honorem, & gloriam propriam non debet quis alteri tribuere.*

75 *Deus reprobat gloriam, & regnum suum alij tradentes.*

76 *Regis gloria in multitudine gentium consistit.*

77 *Rex si gloriam suam alteri tribuat, est, ac si libertatē traderet.*

78 *Honorem suum, & suæ dignitatis potest quis armata manu defendere.*

79 *Crudelis est qui famam suam negligit, & dignitatem status sui non defendit.*

80 *Mathathias laudatur, quia defendit decus Israelis.*

81 *Principum actiones ad famā sunt dirigendæ.*

82 *Tolerari non debet, quod indignitatem, aut turpitudinem continet.*

83 *Princeps debet iustitia vti, vt fortitudo locum habeat.*

84 *Principes debent rationem Deo reddere, propter Ecclesiam, quam defendendā susceperunt.*

85 *Magistratus omnes Vires authoritatis, & potentiæ adhibere debet, vt Deus colatur, & adoretur.*

86 *Reges Christiani curare debent, vt temporibus suis Ecclesia pacata sit.*

87 *Imperialis, & Regia potestas ad quid instituta?*

88 *Imperia sacris seruiebant apud* Romanos.

89 *Firmamenta Imperij in religione Principis sunt posita.*

90 *Homerus quarè dixerit Ciuitatem in qua erat Palladium nulla hostium vi expugnari potuisse.*

91 *Principes in maxima reuerentia habiti fuere propter opinionem religionis.*

92 *Vita nostra religione constat.*

93 *Romani pietate, & religione potius, quam robore, & calliditate alias nationes, & Gentes superarunt.*

120 *Deus reprehendit* Pastores, *qui oues errantes ad mandram seu ouile non reducunt.*

121 *Belli furor per quem inobedientes reprimuntur acceptus est Deo.*

122 *Potestates Christianæ iustè commouentur aduersus dissipatores Ecclesiæ.*

123 *Nabuchodonosor Rex prohibuit grauibus pœnis ne quis blasphemaret Deum Israel.*

124 *T. Manlius Torquatus filium securi percussit, licet Victorem, quod absq; eius licentia cum hoste dimicauerat.*

125 *Posthumius Tiburtus Dictator Aulum Posthumium quia absque eius iussu cũ hoste dimicauerat securi percuti iussit.*

126 *Belgici status qui aliter obedientiam Regi præstare noluerint, iusto belli furore compelli debent.*

127 Rebellis *notorius impunè spoliatur.*

128 *Rebellis perdit ipso iure dominium bonorum.*

129 Rebellis *potest impunè offendi.*

130 Rebellis *occultus potest impunè occidi.*

131 *Prospicere conuenit priusquam iniuria accipiatur.*

132 *Præuenire armis quis potest qui timet præueniri.*

133 *Ferocitas, & seueritas debent contra* Rebelles *exerceri.*

134 *Rebellis, Ciuitas, aut priuatus amittunt Castra, & feuda.*

135 *Punire quando permittatur, & postea iudicium agere.*

ARGVMENTVM.

Rebelles quæ amittant, & in quas pœnas incurrant Diuinos & humano iure. Regemq. iura regia minuere non debere, nec Vasallos, alijs se subijcere, nec contra religionem Catholicam pacisci cum subditis Principem debere. & de munere illius erga ecclesiam, & fide seruanda, conseruando decore, & malis coercendis, & disciplina militaris obseruantia.

CONSIDERATIO II.

1
Eus † Israelitis duo inter alia præcepta tradidit, Deuteronomij ca. 20. Primum dicens; *Si exieris ad bellũ contra hostes tuos, & videris equitatus, & currus; & maiorem, quam tu habeas aduersarij exercitus multitudinem, non timebis eos: Quia Dominus Deus tuus tecum est*: Aliud: *Quando accesseris ad expugnandam ciuitatem, offeres ei primum pacem; si receperit, & aperuerit tibi portas, cunctus populus qui in ea est, saluabitur, & seruiet tibi sub tributo; sin autem fœdus inire noluerit, & cœperit contra te bellum, oppugnabis eam. Cumque tradiderit Dominus Deus tuus illam in manu tua, percuties omne quod in ea generis masculini est in ore gladij, absque mulieribus,*

2 *& infantibus*: † Quem rigorem iubet cum inimicis obseruari, qui hoc casu priuilegiati sunt magis; quàm subditi rebelles, qui in iure æquiparantur Pyratis, Latronibus, & viarum prædatoribus. Et secundum Ciceronem lib. 3. offic. Illi sunt iusti hostes hi iniusti: illi fruuntur, & gaudent iure belli, Hi secùs, vt probatur in leg. postliminium, §. à Pyratis ff. de captiu. & postlim. reuers. lege hostes §. cœteri lege latrones, ff. eodem lege à latronibus, ff. de testament.

3 † Non solùm enim notantur rebellionis nota; sed etiam proditionis dicti vasalli inferioris Germaniæ, vt tradit Frachetta libro primo de Principe c. 19. Idque comprobat Farinac. de crimin. læsæ Maiestat. quæstio. 113.
4 inspect. 8. numer. 248. † Et Dionys. lib. 2. ait; Quod nec in iudicium debent tales vocari; sed celeri vindicta, armata manu, & absque monitione, velut hostes puniri, leg. proditores ff. de re militari. Berous in cap. Quoniam con-

contra num. 95. de prob. Tiber. Decian. respon. 19. à num.87. volumin.3.Thomas Grammat. voto 10. numer. 36. leg. 1. & 2. C. quando liceat vnicuique sine iud. se vindicare. Rebellionis enim factum sufficit, absque alia declaratione sententiæ Extrau: Quoniam nuper tit: Qui sint rebelles,Corn. consil.96. volum. 4. Decian.tractat. crimin: part. 2. libr. 2. titul. de crimine læsæ maiestat:cap.3. in fine. Rim: consil.25 numer. 6. libr. quinto, Ioan Francisc. de Ponte decis. Collateral. 22. num. 8. Ronchegal. lib. primo, num. 36. ff de duobus reis: Et in rebellione facti permanentis hoc probat Mascard. tomo 3. conclus. 1257. numer 16. Farinac. de crimine læsæ maiesta. quæstio.113 inspectio. quinta,num. 92. ex Decian. libr.7.cap.40. num.secundo; Nam, vt dicitur in c. primo; Qui sint Rebelles,non dicuntur fideles; sed Rebelles illi qui contra honorem, & fidelitatem Principis opera rebellionis faciunt,leg.prima, cum seqq. ff. ad leg. Iul. Maiestat. dicta extrauagan. qui sint rebelles vbi Barto. Bertachin. in dictio.verbo *rebellis*; Minadois decis. 37. Neapol: numer. decimo, Ioannes Francis. de Ponte consil. 90. num. 15. & 16.tomo primo, optimè Guido Pap.quæstion. 589. numer. 3. Carpensis ad constitut. Aegydianas libro secundo, cap. 44. & libr. 3. cap. 26. Farinac. cons: crim. 101.num. 12. & de crimin. læsæ Maiesta. quæstion. 112. nu. decimotertio, Inspect:1. & inspectio.7. num. primo,& quæstio:113. inspect. 2.

5 † Et quia rebelli ipso iure imponitur pœna mortis Bartol. in dicto tractat. qui sint Rebelles,verbo *rebellando* num. decimotertio, versic. *tertia pœna*. Boss: de crimin. læsæ maiestat.num.131. Bald.in leg. legis virtus num. secundo, ff.de legibus,Ioann: Vincent. Hond. cons.89. numer. 37.volum.secundo; Igne.in l. necessarios §.non alias,n. 15. ff.ad Syllan.& confiscationis bonorum,l.quisquis l.fina. C. ad leg. iul. Maiesta. vbi DD. l.final.ff. eodem, latè Afflict. lib.secundo, ad constitut.Re-

gni Neap. rub. vigesimaprima de accusat. coram iustitia in const. contingit nu. quarto & 5. Thom Gramm. cons. 47. numer. tertio, Laur. Calcan. cons. 65. num. primo, Marc. de Maur. allegat. 76. Petrus Caball. resolut. crim. casu 66. num. 2 Afflict dec. 6. num 4. Gaill libr. 2. de pace pub. obseru. 3. num. 16. refertque Liu. libr. secundo, quod Valer. Publicola legem tulit de sacrãdo cum bonis capite eius, qui regni occupandi consilia inijsset, & expulsis Regibus, ager Tarquiniorum quondã Marti dicatus fuit, & Campus Martius nuncupatus, sic eiecta Decemuirum tyrannide bona eorum publicata sunt, Liu. lib. 3. qui lib. 4 memorat Spurio Melio tyrannidis affectatæ dãnato bona eius Quæstores vendidisse, & in publicum redegisse, Postq; Seiani cædem bona eius in fiscũ fuisse redacta, testatur Tacitus lib. 5. Annal. Auidij Cassij aduersus M. Antonium rebellãtis. Ideoque à Senatu hostis iudicati bona ærario publico addicta, & proscripta fuere. Capitolin: in M. Aur: Antonino, Annæ. Rober. libr. 1. rerũ

6 iudic. cap. 12. & quilibet † habet licentiam à lege, eos impunè occidendi, vt ex l. 3. §. fin: ff. ad l. Cornel. de sicar. tradit Paulus Cast. cons. 212. num 2. par 2. Ioannes à Terra rubea in tract contra rebelles par. 3. art. 9. subiungẽs

7 † Quod si capiantur, possunt vti serui, & mancipia retineri l. transfugæ ff. de acquir. rer.

8 dom. † & ipsorum pœnam assignat Plato lib: 9. de legibus dicens, quod sit eadem quæ sacrilegis imponitur, & Iudices ijdem his verbis: *Iudices istis dantur, qui sacrilegis solent.* Iustus Lipsius lib 4. ciuil. doctr. cap. 10. l. 1. ff ad l. Iuli: Maiest: Farinac. in praxi Crim. part. 4. tit. de crimine læsæ maiest. quæst. 112. inspectio. 1. nu 2. Et Cicero 4. in Catilin. ait, Nil esse crudele in punitione tam crudelis ma

9 leficij † Nam in effectu Rebelles non fruuntur iure Gẽtiũ, Petrin: Bellin: de re milit.

10 p. 1. tit. 2. num. 13. † idque iustificauit Legati Belgicorũ fœderatorum occisionem Regis mandato factam, vt memorant Eman. Metran.

in principio lib. 3. histor. belgicæ. Thuan. in principio lib. 21. histor. dicens.

11 † Quod Rebelles ius Reipublicæ non habent, ponderāsque rationem] text. in l. pretia rerum 63. ff. ad leg. falcid. Quod delinquendo non fit

12 quis præciosior † eaque de causa Carolum V. Imperatorem Legatis Protestantium ad se deinceps missis loco muneris, & aurei torquis, minatū fuisse laqueum. Schleidan. lib. 17. histor. Quia Rebelles non habent ius legationis P. Aerod. li. 10. rerum iud. tit. 15 cap. 23. dicens; *At si ij sunt subditi, vt nondum, vel hostes, vel Partium Duces possint appellari; sed dumtaxat, aut latrones, aut* Rebelles: *neq; ad eos legati mittendi sunt, neq; missi ab ijs iure Gentium vtuntur. Subditi* (inquit Cicero ad Plancum), *aut positis armis pacem petere debent; aut si pugnantes eam postulent, victoria pax, non pactione parienda est. Cum Latini sollicitarentur à Volscis, vt ambo à* Romanis *descisceren*t; *Latini Legatos Volscorum Romam vinctos deduxere, quod factū Romani laudarunt. Phileas Legatus Tarentinorum, quia eius facto obsides è custodia aufugerant, & à Romanis ad Hannibalem desciuissent, virgis casus de saxo deiectus est.* Namque *neq; hostium Legatus, neq; sociorum erat; sed subditorum. Opimius* Consul *missum Legatū à Fuluio Flacco, & C. Graccho cum Capitolium obsiderent, ex sententia Senatus, iussit in carcerem deduci. De Tachfarinate sub Tiberio,* sic Tacitus *li. 3: Huc arrogātia venerat, vt Legatos ad Tiberium mitteret, sedemque vltrò sibi atque exercitui suo postularet, aut bellum inexpiabile minitaretur. Non alias magis sua, Populique Romani contumelia Cæsarem indoluisse ferunt; quàm quod desertor, & prædo hostium more ageret.* Ne *Spartaco quidem, post tot consularium exercituum clades, inultam Italiam vrenti* (Quanquam Sertorij, atque Mithridatis ingentibus bellis labaret Respublica) *datū, vt pacto in fidē acciperetur. Sed, & Theodosius Imperator, cum Ioannes post mortem Honorij Imperatoris expulsis* Placidia, *& Valentiniano paruulo filio, ex Scriba, & Amanuensi inuasisset Imperium, & postea misisset Legatos in Orientem*

ad Theodosium, vt de eo impetraret, quam sibi arrogauerat, imperatoriam dignitatem. Theodosius qui à subdito, & Rebelle, & Tyranno mittebantur, pro legatis non habuit; itaque in carcerem conijci iussit, & hoc amplius, cognita causa in Propontidem relegauit. Et similiter iuris ciuilis priuilegiis non fruuntur. Terrarub. dicta parte 3. super verbo *sufficiant* l. amissione §. qui deficiunt, ff. de capitis diminut Petrus Caball. resolutio. crimin. casu 66. num. 1. Afflictis decis. Neap. 6. nu. 4. Anchar. in clem. Pastoralis n. 4.
13 de re iudic. † imò perdi priuilegia. Idem Afflict decis. 14. num. 6. Ias. cons. 227. lib. 2. & consuetudines ex Bal. in dict. titul. de pace constantiæ verb. *priuilegio* num. 14. tradit Petrus Rauenna in Alphab. aureo, fol. 124. colu. 4. verbo *rebellio*, & singul. 610. Sed pro mortuis habentur l. 1. §. fin. ff. de bonorum possess. contra tab. Afflict. dicta deci. 6. num. 4. & in Constitut. Regni Comitibus q. 4. Petr. Caball. dicto casu 66. nu. 3. Paulus Castrensis dicto consil. 212. num. 3. par. 1. Nec habent beneficiũ Ciuitatis Bal. consil. 96. part. 3. Bart. Socin. cons. 69. num. 10. lib. 1. Ang. in l. Imperator Adrianus nu. 1. ff. de statu hom. dicens, ex eo quod Rebellium filij nati, & concepti post rebellionem, non gaudent priuilegio ciuiũ suæ ciuitatis. Nec fides eis seruari debet, cum nec ius Asyli eis competat, vt probat Petrus Aerod. libr. 7. rer. iud. tit. 9. cap. 9.

14 † De his Rebellibus loquitur apertè cap. 15. Num: dicens, *Anima quæ per superbiam aliquid commiserit, siue ciuis ille sit, siue peregrinus, Quoniam aduersus Dominũ rebellis fuit, peribit de populo suo, Verba enim Domini contempsit, & præceptum illius fecit irritum, idcircò delebitur, & portabit iniquitatem suam.* Et Deuteronom. c. 13. *Si audieris in vna vrbium tuarũ, quas Dominus Deus tuus dabit tibi ad habitandum dicentes aliquos: Egressi sunt filij Belial de medio tui, & auerterunt habitatores Vrbis suæ, atque dixerunt; Eamus, & seruiamus Dijs alienis, quos ignoratis, quare sollicitè, & diligenter rei veritate perspecta*

si

si inueneris certum esse, quod dicitur, & abominationem hanc opere perpetratam, statim percuties habitatores illius, in ore gladij, & delebis eam, atque omnia quæ in illa sunt, vsque ad pecora. Quicquid enim supellectilis fuerit congregabis in medio platearum eius, & cum ipsa ciuitate succendes; ita, vt vniuersa consumas Domino Deo tuo, & sit tumulus sempiternus, non ædificabitur ampliùs, & non adhærebit de illo anathemate quicquam in manu tua, vt auertatur Dominus ab ira furoris sui, & misereatur tui, multiplicetque te, sicut iurauit patribus tuis. P. Gregor. lib. 35. Syntag. Iur. cap. 1. nu. 16. & S. Cyprianus ait super isto loco; & libr. de exhortat. Martyrij cap. 5. relatus in cap. si audieris 23. quæst. 5 quod Reges maiori cura hoc debent obseruare, quam in lege scripturæ; cùm Christus id non solum verbis; sed operibus etiam iusserit. Idcircò iusta cum ratione contra rebelles debent indignari, qui à legitimorum suorum Regũ obedientia recedentes à summo Deo recedunt, & sacras eius leges irritas reddunt,
15 † cum quibus nequaquam conueniendum est illicitorum pactorum consensu, & admissione. Nam vt inquit Isaias Propheta cap. 52. *Recedite, exite inde, & immundum ne tetigeritis*. Super cuius loci enarratione D. August. serm. 10. de Verbis Domini relatus in c. Ecce 23. q. 4. quærit. *Quomodo ergo malos pro pace tolerabimus à quibus exire, & recedere iubemur, ne tangamus immundum? Quid enim est tangere immundum, nisi consentire peccatis? Quid autem est exire inde, nisi facere quod pertinet ad correctionem malorum?* quò tendit illud Apocalips. Diui Ioannis cap. 18. vbi de Babilone tractans, ait. *Et audiui aliam vocem de cœlo dicentem. Exite de illa populus meus: vt ne participes sitis delictorum eius, & de plagis eius non accipiatis: Quoniam peruenerunt peccata eius, vsque ad cœlum, & recordatus est Dominus iniquitatum eius.* Reddite illi *sicut, & ipsa reddidit vobis, & duplicate duplicia secundum opera eius, in poculo quo miscuit, miscete illi duplum*: Impio

enim pietas seruanda non est vt pluribus probat P. Aerod. lib.3.rerum iudic.tit.1.cap.9.
16 † Sic Paralip.2.c.19.prohibetur auxilium præbere impio,& amicitia iungi his qui oderunt Deum, Bellarm.libr. 2.de offic.Princ Christiani in vita Iosaphat. Et Esdræ 4. cap.15.dicitur. *Discedite filij à potestate, nolite contaminare sanctificationem meam quoniam nouit Dominus omnes qui delinquunt in illum, propterea tradidit eos in mortem, & occisionem.* Et Numeri cap. 16. dicitur, *Recedite à tabernaculis impiorum hominum, & nolite tangere quæ ad eos pertinent* c.recedite c. nimiũ in fine 23 q.1 præsertĩ hoc militat in S.R.V.Maiestate ad quẽ spectat Catholicæ Ecclesiæ Romanæ protectio, ac defensio,pro cuius obediẽtia Deus Opt Max. tàm singularia & præclara præmia sibi in his terris concessit, †
17 cum in tota scriptura nullum vllibi reperiatur attributum Deo (iuxta nostrum loquendi modum) ira illum esse affectum propter peccata hominum; nisi propter idolatriam; Nec etiam homo vocatur inimicus Dei,& Angelorum,aut odiosus Deo, tam propriè sicut Idolatra,vt pluribus exemplis Sacra Scriptura referta est, quorum longa inseri posset connumeratio, & constat Exodi cap.20. 28. & 34.Leuit.19.& 26. Deuteron.cap.4.& seqq.& cap. 27. & 29.Regum 3.cap.3.& 14. Ierem.cap.6.7.& 11. Ezech. cap.18.Daniel. cap. 3. Oseæ cap.2. Act.Apost.cap.14.& 15. Nam, vt dicitur Deuteronom. cap. 27. *Maledictus homo qui fecit sculptile, & conflatile, abominationem Domini,opus manuum artificum, ponetque illud in abscondito.*
18 † Et sicut in scriptura diuina puniebatur Idololatria morte,vt apparet Exodi cap. 32. Numer 25.Iudicum cap.2.& 1.Reg.cap.14.2.Reg.cap.17 & 18.& 22.Paralip.1.cap.5. & 26. & 2. Paralip. cap. 34. Isaiæ cap.2.& 65. Ierem.cap. 9.& 16.22.& 44.& 50.Ezechiel.cap.20.& 36. Oseæ 13. Amos cap.14. cap. 5.Iudith. 1.Machab.cap.2.& in capit. si audieris 23.q.5. & in alijs locis plurimis. Sic etiam non reperietur in tota Scriptura Sacra, quod aliquis rebellis fue-

fuerit punitus minori pœna, quam mortis; Et non communi genere mortis, ac vindictæ; sed destructione Ciuitatum, & Regnorum, summa cum laude Principum illorū, qui tàm viriliter oppresserūt rebelliones.

19 † Et quàm infœlix fuerit rebellium exitus, nobilis quidā Aethyopum casus nobis planissimum facit, quem ex Phylostrato in vita Apollonij tradit Albanus Spina lib. 1. Polit. cap. 14. Nam cum partem quandam Indiæ incolerent, & sub imperio Gangis Regis degerent, fœlicissimâq; vitam, & lætissimam fortunā ducerent; postquam verò ex arrogantia Regem suum occidere præsumpserunt, adeò superis, inferisque exosi, infensiq; fuere, vt ne ipsis quidem locis, ac sedibus, tellus eos ferre potuerit; Nam sata immatura, sitique enecta fuere, & mulieres vitijs partus perdidere, & pecudes sanie expirarunt, & vbicumque illi, hinc inde migrando Ciuitatem constituere tentarunt, subterraneo fragore deterrebantur, domiciliaque corrue-

20 bant † Quin etiam ex sacra pagina comprobatur 3. Reg. cap. 12. & 13. & 4. Reg. c. 17. versic. 20. & 21. Vbi postquā à tribu Iuda, & Beniamin decem tribus scissæ sunt, & relicto Rege suo, alium sibi foris constituerunt sic scribitur: *Et indignatus est Dominus in omne semen Israel, proiecitque & afflixit eos in manus diripientium, donec proijceret eos à facie sua; & eo iam tempore quo scissus est Israel à domo Dauid, & constituerunt sibi Regem Ieroboam in filium Nabath. Separabat enim Ieroboam Israel à Domino, & peccare eos fecit peccatum magnum, & ambulauerunt filij Israel in peccatis Ieroboam quæ fecerat, & non recesserūt ab eis, vsquequò Dominus auferret Israel à facie sua, sicut locutus fuerat in manu omnium seruorum suorum Prophetarum, translatusque est Israel in Assyriam, vsque in diem hanc.* Quæ explicans D. Cyprianus lib. 1. Episto. 6. ad Magnum relatus à Gratiano in cap. denique 7. q. 1. inquit, Indignatum fuisse Dominum, & eos in perditionem dedisse, eò, quod ab vnitate dissipati essent, & alterū sibi

21 sibi Regem constituissent † Tantaq; fuit indignatio Domini aduersus illos, qui schisma fecerant; vt etiam, cum homo Dei ad Ieroboam missus esset, qui ei peccata exprobraret, atque vltionem prædiceret, panem quoque apud illos edere, & aquam bibere vetaretur, & cum non custodisset, & contra præceptum Dei prandisset, statim diuinæ censuræ maiestate percussus est, vt regrediens indè impetu, & morsu Leonis in itinere necaretur 3. Regum c.13. cap. si quis 1. q. 1. c. denique 7. q. 1. §. soror 13. q 2. Rursusque tanta in eos apparuit Dei ira, vt perpetuò, qui se tunc separarunt Iudæa, & in Samariam secesserunt inter prophanos, & Gentiles
22 connumerati sunt † Et cum primùm Christus discipulos ad prædicandum misit, mandauit illis dicens Matth. cap. 10. *In viam Gentium, ne abieritis, & in ciuitatem Samaritanorum ne intraueritis*
23 † Quam horrēda fuerit mors Coré, Dathani, & Abyronis, & Asseclarū, quos viuos terra deuorauit; quia schisma mouerunt contra Moysen Principem, & Sacerdotem summum Aaron, constat Numer. cap. 16. cap. si quis 1. quæstio. 1. §. his ita 1. quæst. 4 Petrus Gregorius libr. 23. de Repub. cap. 3 num 11. cap. denique 7. q. 1. cap. non offeramus 23. q. 1. & cap. didicimus q. 3. cap. 1. cap. Deus 24. q. 3. cap. in sancta de conserat. distinct. 1. cap. licet de elect. Anton. Cont. in Indice diuersarum rebellionum pag. mihi 418. vers. *memorabile:*

Cōsideret qui consulit, absq; moderatione maxima paces cum subditis rebellibus; †
24 quod ita exosi sint in Iure, vt Imperatores Arcadius, & Honorius in l. quisquis C. ad l. Iuliam Maiestatis infamia notent eos qui pro talibus interuenire tentauerint, quò tendit illud Cornelij Taciti libr. 3. Annal. vbi de Syllano tractans subiungit post alia. *Et ne quis necessariorum iuuaret periclitatem, Maiestatis crimina subdebantur, vinculū, & necessitas silendi*, de quo P. Aerod. libr. 9. rerum iudic. tit. 3. cap. 17. Nec mirum quia vt ex Cyno in l. 1. C. de natu. liber. & Bal. in Authent. habita col. 3. C. ne filius pro

pa-

patre tradit Additio ad Iaco.
Rebuf. in l. vnica C. de desertor. lib. 12. nec ius reddi de-
25 bet rebelli. † Nam, & Cæsar in orat. de qua apud Salustium, quamuis lenissimam in coniuratos sententiam diceret; tamen hoc addebat, neu quis de his postea ad Senatum referret, neuè cum populo ageret, qui aliter faceret contra Rempub. & salutẽ omnium facturum. Ciceroq; in orat. pro Sylla loquens de Vargunteio Lecca, & alijs coniuratis ait, in hoc crimine, non solum leuitatis esse culpam; verumetiam quandam contagionem sceleris, si defendas eum, quem obstrictum patriæ suspicere: & mox de Antrouio disputans dicit; eũ non solúm veteres amicos nõ defendisse; sed etiam contra eos testimonium frequenter dixisse. Idemque Cicero in orat. pro Caio Rabirio per duellionis reo, refert, Decianum quendam damnatum, quod in concione ausus esset conqueri de cæde Saturnini, itemq; Sextum Titum damnatum, quod Saturnini imaginem domi haberet, vt refert Anton. Cont. ad d. l. quisquis S. deniq;

Ex quibus significatur, qđ tanta ignominiæ sit nota, quæ incurritur ineundo pacta cũ rebellibus, vt infamia afficiendus ducatur is, qui ea tractauerit, vt præcludatur aditus superiori, ne quicquã illorum committat, nec signũ etiam minimum, aut consiliũ in dedecus Regum, aut Principum edere præsumat; qui, si eiusmodi Rebelles ad reconciliationem admiserint, & interim de eo quicquam pertractatum fuerit super aliquibus capitibus faciendæ declarationis, vt quietiores inposterùm viuant, hoc pacto habita temporis ratione, ac dispositionis prouinciæ, concedi debet, eaque cum grauitate superioris, vt tanquàm leges statuendo id fiat; vt benignitas illa, ac largitio Maiestatem regiam nequaquam diminuat, vel ius dignitatis suæ omninò ad nihilum
26 redigat† quod Rex ipse alijs concedere nequit, argu. cap. tua nobis de decimis. Marc. Anton. Peregrin. cons. 1. nu. 7. lib. 1. Parlador. lib. 2. rerum quotid. cap. 1. num. 16 Auiles cap. 1. Prætor glos. 1. num. 3.

Regens de Ponte decis. Collat.26.à num.10.Azeuedo in l.1.tit.1.lib.4.recopil.à nu. 5. etiam cum iuramento,cap.intellecto de iureiurando l. 28. vbi Gregor.Lopez glos.2.tit. 11.par.3.Rebuff.respons.146. & in concordata rubrica de collationibus in præfat. vers. item dicit. Alex.cons. 1. nu. 18.& 28.& 30.volum.3.Rojas de successiõn.c.34 à n.32 Ioa. Berta.in tractatu de Episcop.4.p.num.128.& ex cap. grandi de supplen. neglig. prælat.in 6.Cardin. Zabarella cons.137.num. 5. Guttier. de iuram.confirm. 1.p.c. 52.
27 num.7.† Nam Rex est tanquam filius Maiestatis Suæ quam non potest minuere ex donatione immensa, vt ista foret, Arnulphus Ruzæus de iure Regalior. priuileg.42.
28 num. 4.† ac sicut filius aliquis familias immoderata quadam liberalitate suum profunderet patrimonium, posset parens aduersus donationem, non solum querela;sed etiam per in integrum restitutionem, tali donationi cõtrauenire,l.si filius C.de inoffic. donation.l.non solum ff. de in integr.restitut. l.si patri pro filio, ff.de minor.l.2. C.si aduers.donat. Gregor. Lopez
29 in l.17.tit.1.p.6.glo.6.† Rex autẽ est veluti parens quoad gubernationem,& dilectionẽ Regni l.1.in fine C.de caduc. tollen.auth: vt nul.Iudic.sine quoquo suffragio §.cogitatio. Paris de Puteo tract.de synd. vers. post num. 77. & seq. di-
30 cens, † Quod debet damna Reipub.remouere,bonum, & statum regni suo ingenio augere l.obseruandum ff.de offic.Præsid. Auth.de rest.fideicomm. §. ob quam collat. 9. Guilielmus Rouill. de iust. & iniust.li.3.in proem:n.2. Põte de potest Proreg.Neap tit.5. de tract: seu extrac.pag.234.
31 n.38. † Nã si Rẽpublicã minuat,non dicitur Rex. Auth. quom.opor. Episc.in prin. gl.
32 in l.sciẽdũ ff. de legibus † Et successor valebit recuperare, vt ait Concilium Carthaginense,relatum in cap.2. de Præcarijs. Molina de primogen.lib. 1.cap.12.nu.33. Anton. Corset. de potest. & excell.regia q.1.num.14. Petrus Gregor.libr.7.de Repub.cap. 5.num.14. nomine eiusdem supremæ potestatis regię,quę facultatem, & iurisdictionem habet interdicendi, & impedien-

diendi ea, quæ tendunt in iuris sui præiudicium, aut diminutionem, vt tradit Couar. in practicis quæst. cap. 36. num.
33 4. vers. *Ex quo infertur* † Nã in damnum authoritatis regiæ, nil quicquam fieri potest, vt authoritate Iurisconsultorum in l. Paulus respondit, & in l. Imperatores, ff. ad S.C. Trebell. Couar. in practicis qq. c. 4. nu. Martin. Laud. tractat. de primogenit. ad finem.
34 † Si enim fundi Limitrophi in alium transferri non possunt, & si fuerint translati reuocantur, l. omnes C. de fundis patrimon. lib. 11. l. 1. & fin. C. de fund. Limotroph: eod. lib. iuncto c. inter 16. quæst. 3. Brunus consil. 87. nu. 18. Petrus Gregorius de Republ. li. 11. cap. 5. nu. 15. Franc. Marc. quæst. Delphinatus 87. num. 4 & 12 parte 1. Quantò magis ea, quæ maiestatem, & superaniam concernunt. Quia Rex non potest minuere gloriam dignitatis suæ, Paris de Puteo de re milit. verbo *duo*, num. 9.
35 † Et quemadmodum obedientia non præscribitur, capi. cum non liceat, vbi Abbas, & Henricus Boic. nu. 1. de præscrip. Bouerius singular. verbo *præscriptio*, num. 17. Henricus de Bott. tract. de Synodo Episcopi part. 2. num. 40: Franc. Balb. tract. de præscriptio: 2. part: 5. partis q. 2. nu. 2. maximè si debeatur Principi supremo. Franc. Zoan. tract. de Rom: Imperio num. 121. & seqq, Bellem. cons. 10. num. 6. Vannozius volum. 1.
36 Animad. polit. num. 1199. † Quia subditi subtrahendo se ab illa, rebellionem admittũt, & sui quodammodo furtum faciunt; & vindicantur ab iniustis possessoribus, vt ex Bal. consil. 135. incip. *inter castrum Rotarium* p. 5. tradit Laur. Syluan. cons. 25. nu. 39.
37 † cum non possint se alteri subijcere, inuito domino, nec illius ius, in alium transferre præstando ei obedientiam, secundum Innocent. in cap. olim 3. de restitu. spoliat. & in cap. 2. de in integ. restitutione, Abbas in cap. cum dilectus, de relig. demib. Natta consil. 167. num. 2. Ias. in leg. 1. num. 52. ff. de acquir. pos-
38 sess. † ita nec potest Superior in materia obedientiæ cum subditis tractatus inire, nec pa-

pacta, ex quibus remittatur obedientia, aut reuerentia sibi debita, vt ait Bald. in leg. liberti, C de oper. libertor.
39 † Quia ea sola sunt concessibilia, quæ sunt præscriptibilia; & è contra: l. competit, C. de præsc. 30. anno, Bellem.
40 cõs. 27. n. 2. † sicut Pater, aut Dominus, cum filio, aut seruo nõ paciscuntur ex Caij Iuriscõsulti sententia, in l. lis nulla, ff. de iudicijs, & sicut Tutor cum minore secundum Imperatorem Seuerum à Vlpiano relatum in l. 1. §. fuit quæsitum, ff. ad S. Cons. Trebellia: & veluti minor, qui pacta init in suum commodum; non autem in damnum, l. contra
41 ff. de pactis † Regi enim Regni procuratio; non autem potestas alteri concedendi est data, l. prohibere, §. planè ff. Quod vi, aut clam, vndè debet suo ingenio dignitatem augere, l. obseruandum in fine, ff. de offic: præsid: & sic non scindere partem alijs tribuendo, c. maioribus de præbend: maximè, si grauiter læderetur dignitas regalis, d. cap. intellecto de iureiurand: vbi hoc notat Innocent: Bart:
42 in d. §. planè † Nam etiam Imperator cuius est summum imperiũ, §: sed & quod Principi, instit: de iure naturali, &c. nõ donat, aut remittit ea, quæ ad Imperium spectant, notat Gloss: in Auth: quomodo oport. Episcop. in princip. Card. Zabarella consil 137.
43 num. 5. † Nam iura Maiestatis indiuisibilia sunt, vt nec spontè, nec volens Imperator, aut Rex abdicare ea, à se, possit; cuius exemplum suppeditat nobis Carolus IX. Rex Galliæ, qui omnibus modis efficere tentauit, vt Carolum Lotharingiæ Ducem, iure maiestatis in Ducatu Barensi gratiosissimo donaret diplomate, frustrà tamen, vt ex aliorum sententia, tradit Author Discursuũ. Academ: de iure publico, discursu 1. pag. 8. ea ratione. Quia iura maiestatis Rex à se abalienare nullo modo possit. Latè Petrus Gregorius, lib. 3 de Repub. cap. 8. num. 2 & seqq: Iunius, in libr. de Principis in populũ potestate q. 3. pag. 117. vbi ait; Regem Maiestatem, quam à populo accepit, priuata authoritate minuere non posse, & neminem suo imperio eximere

re, neque vlla in regni parte summi Imperij iuri cedere,
44 † Et memorat, quod cum Carolus Magnus Francicum Regnum Germanico Imperio subijcere conatus fuisset, Fráci verba faciente quodam Principe Vascone, acriter restiterunt, ac res ad arma prolapsa fuisset, si Carolus perrexisset vlterius. Et ratio est, quod Rex est tanquàm filius familias dictæ Maiestatis Regiæ. Et licet illi concessa fuerit administratio bonorum suorum, inter quæ est dicta obedientia non potest ab ipso
45 alienari; † quia nullus potest excedere potestatis suæ limites, l. mandato, ff. de Pro-
46 curat: † Et quemadmodum ex contractu, non potest Pater, aut Dominus acquirere filio, aut seruo, l. & hæredi §. nos, ff. de pactis; ita, & Princeps non potest subditos suos liberare ab obedientia debita, ex pactis cum eis initis,
47 † contra publicam vtilitaté, cui nullus potest contradicere, vt ait S. Leo Papa in c. quę ad perpetuam 25. q. 1: quauis stipulatione, aut iuramento, l. iurisgentium, §. si paciscar. vbi Iacobin. 2 lect: nu, 3. ff. de pactis; cum subditi sint obli-
48 gati Gentium iure † Nam generale pactum est societatis humanæ, Regibus obtemperare, cap: quæ contra distinct. 8. Admonet, & Sapiens cap: 24 versic. 21. & seq. dicens, *Time Dominum fili mi, & Regem, & cum detrectatoribus non commiscearis, quoniam repentè perditio eorum;*
49 † & Rex qui est, & reputatur ius positiuum non potest eos liberare, vt Vlpianus insinuat in d. l: iuris Gentiũ, §. si paciscar, ff. de Pactis, & determinat Bald: in d. l. liberti. Et etiam quia obedientia subditi pendet à Maiestate, & su-
50 premitate † Et quia est ius concessum præfatæ dignitati, cui subditi sese obligarunt l. 1. ff de constitut: Principum qui ex beneficio tertiæ personæ, vt est Princeps se eximere ab obligatione facta dignita-
51 ti † nec ipsam stringere in fraudem regiæ coronæ, & successorum in illa, vt significat Gaius I.C. in l. contra Iuris, ff. de pactis, & Paulus in l. si vnus §. pacta, ff: eodem ibi: *si pactum conuentum à re priuata remotum sit, non est ser-*
52 *uandum*: † Quia pactum

quo

quo læditur tertia personæ, non valet, vt in §. ante omnia eiusdē legis, præsertim si à debitore fiat in præiudicium creditoris, l. debitorem 15. C. de pignoribus, l debitorum, C. de pactis; vbi Alciatus n. 1. & seqq: Barnabas Cornazan: decis. Lucensi. 150. num. 4. Soccin: Senior consil. 16. num. 12. lib 3. l filiusfamilias 117. §. Diui 2. ibi; *sed hoc neque creditoribus, neque Fisco fraudi esse*; ff. de leg. 1. Varemūd. in meditam. pro fœderib.
53 c. 2: num. 223. vbi ait, † quod Principes fœdera, & pacta non possunt inire in præiudicium vasallorum subditorum ex DD in cap. 1. § præterea de prohibita feudi alien: per Frider. Schraderus de feudis par. 10. sect. 7 n. 30. pag. 233:
54 † Quemadmodum subditos alienare, & alterius imperio subijcere nequeunt; Ias: & alij in dicta lege debitorum pactionibus 25. C. de pactis; Vasquius libr. 1. controuers. illustr. cap. 5. Afflict decisione 265 num. 31. Boss tract. de Princ. num. 291. Brun. consil: 196. nu. 1. vol. 1. Borchol. de feudis c. 5 nu. 41. Hottom: illust. qq. q. r:.

55 † Et sicut hæreditas est ficta persona, l. verum 58. ff. de Manumis. testam: l. cœptā 40. ff de vsucap. l. legatum 116. ff. de legat. 1. quæ vitam recipit in hærede adeunte, l. nouatio: 24. ff. de nouat. leg. si seruus 18. ff. de stipulat: seruo
56 rum; † ita maiestas, siue magnitudinis dignitas, vt ait Hiero. Gigas de crimine læsæ maiestatis, rubrica, quotuplex sit maiestas, num. 22. in Rege viuit, quia secundum D. Augustin. epist: 50. ad Bonifaciū Comitem. Reges Domino seruiunt in timore, ea, quæ contra iussa Domini fiunt, religiosa seueritate prohibendo, atq; plectendo.
57 † Aliter enim seruit Rex Deo, quia homo est; aliter etiam, quia, & Rex est. *Quia* homo est seruit ei, viuendo fideliter; Quia verò etiam Rex est, seruit leges iusta præcipientes & contraria prohibentes, conuenienti vigore sanciendo, vt habetur in cap. si ecclesia 23. q. 4. Anton. Corset de potest. reg numer. 17. Conradus Brun. tract de Hæret. cap. 13. num 3. Restaur. Castal. tract: de Imperatore; q. 40. n. 3.

58 Et quamuis propria Maiestas potestatem tribuat personæ Regis, non potest in tantum extendi, vt grauetur, aut periculo exponatur verbum regium, aut fides à Principe præstita regno. Cassiodor. lib. 10. variar. epist. 16. & sequēt. Anastas. Germon. lib. 1. de sacror. immun. cap. 21. num. 32. Nam, & in Concilio Toletano 8. iuxta collectionem D. Garsiæ à Loaysa pag. 427. fit mentio iuramenti, de conseruatione potestatis regiæ, alias
59 pactum esset iniustum † Et vt dicunt Imperatores Diocletianus, & Maximinianus in lege si vxor Codic. ad Senatusconsult. Velleianum. Si vxor pro marito contra Senatusconsultum intercessura, aliquem rogauit mandatorio nomine, vt pro ea fidem suam obstringeret, licet se obligauerit, nec fidem violat, nec compelli valet; sed per auxiliū S.C. Velleiani securè potest defendi.

Et in cōtractu similis qualitatis, quem si Rex iniret, nō solum veniret contra humanum Senatusconsultum, quod dictam Maiestatem damnificari prohibet; sed etiam contra aliam maiorem, vt est diuina Maiestas, & contra aliud Senatuscōsultum Consistorij cœlestis, vt sunt diuina eius præcepta, quæ pactionibus talibus corrumperentur, cum non relinquatur ingressus, nec manus libera Principi huic ad opprimendum Hære-
60 ticos † Mandatum enim Dei dicitur super omne pactum, nec contra illud potest pacisci, cap. quæ contra, distinct. 8. cap. puellæ. 20. q. 1. † Et omni tempore memoria recenti haberi debet, quod an-
61 no 1579. D. Rex Philippus II. gloriosæ memoriæ, Carolo Archiduci Austriæ in responsum dedit *Legato D. Maximiliani optimi, pacificique Imperatoris, regia Catholicaque Maiestas in hoc fidei, ac religionis negotio nihil admisit, nec admissura vnquam dixit, vlla arbitria, leges, pacta, vel alias conditiones, vel aliud quicquā, præter id, quod Sacrosancta Ecclesia Romana instituit, sanciuit, & ordinauit, ad cuius verum, & vnicū iudicium id pertinet, & cuius solius est decernere, & statuere id, quod amplectendum, tetendumque sit*, quæ verba re-

H cen-

censet Vuarem in meditam:
62 pro fœderibus,nu.145.†Non ita tamen valet pacisci,vt futuris iniurijs aperiatur via,& punitio præcludatur,dicta l.si vnus § pacta ff de pactis,glo. 1.in cap.nemo de consecrat. dist 4. Ideò meritò ait Tex. in cap.si is, qui 23. quæst.4.
63 † *Quod si is, qui prælatus est debitori Dominico, culpas impunè dimittit,non mediocriter profectò offendit, qui debita cœlestis Regis,ac Domini præsumptione sua resoluit. Ea namque quæ contra nos committuntur, facilè dimittere possumus; ea verò, quæ in Deum commissa sunt, non nisi cum magno timore, ac discretione, nec absque pœnitentia iniuncta relaxare debemus*;& in cap.si ea 50.eadem causa, & quæstione ait D.Augustin. *Quod si ea, de quibus vehementer Deus offenditur, insequi,vel vlcisci differimus, ad iram diuinæ maiestatis patientiam prouocamus, quemadmodum* (vt dicitur Iosue cap. 22.) *Achor filius Zare mandatum Domini præteriẽs, effecit, vt super omnem populũ Israel ira eius incubuerit* †
64 Ea enim quæ ipsi non corrigunt,censentur committere; cap.consentire 83.dist. c. vlt. 23.q.3.cap præterea 23. q.8 Iulius Cæsar Romanus in libello de Regim.Prin.c.7.pag. 61.Cassiodor.lib.5.var.epist. 39 præsertim,quia in præsenti casu necessariũ non est, vt inita pacta rescindantur,iuuari Imperatorũ constitutionibus,aut rescriptis,nec senatus consultorum beneficio,cum præfati subditi toties verba præstita,& obstrictam fidem
65 violauerint,† vt Pharao Rex Aegypti Moysi, & populo Dei Exod:c.7.& seqq.late D. Ambros.li.3.offic.c.14. Saul Rex Dauidi j.Reg c.24.& 26
66 † & veluti dicitur Machab j. c.1.Quod Antiochus Rex misit Principem tributorum in Ciuitates Iuda, & venit in Hierusalem,& cum fuisset ad eos loquutus verba pacifica in dolo,& credidissent ei, irruit super ciuitatem repentè, & percussit eã plaga magna, & perdidit populum multum ex Israel,& accepit spolia ciuitatis,& succendit eã igni,& destruxit domos eius, & muros eius in circuitu,c.7.*Nõ est veritas,& iudiciũ in eis:trãsgressi sunt enim constitutũ, &*

ius

ius iurandū, quod iurauerunt
67 † Et exemplū perfidiæ Tryphonis cū Machabeis, habetur d.li.1.c.11.& 13.Fuerunt & alij,qui amicitiæ prætextu, inimicos parū sibi metuētes, aut prospicientes dolo obtrūcarūt:vt Ioab,Abner, & Amasam:2.Reg.c.3. & 20. Petrus Gregor.de Repub.lib.13.c.1
68 nu.5. † Et sicut Principes,& populi qui remanserunt post desolationē Ciuitatis Hierosolymæ fecere cū Ieremia Propheta,vt cōquæritur Prophetiæ c.42.& seq. & libertatem præstarunt considerationi cuiusdā, sub specie decoris,quē S.R.V.Maiestas propter excelsam suam māsuetudinem habitura erat, quo solo, magis cōtineri poterat,quā eiusmodi pactorum obligatione,quę proprijs etiam subditis noci-
69 tura essent † Quia vt inquit Cicero li.3.offic. Licet ex sui natura videantur honesta,successu tēporis non sunt:Adimplere promissa, & obligationi respondere, depositum restituere, non esset honestum si contra publicam vtilitatem fieret,l.bona fides, ff.depositi.Vnde depositum, aut commodatū denegare,æquum est aliquando,vt furibundo gladium,quem sana mente deposuerat. Vel,si Harpalus spolia mihi abstulerit, deposueritq; apud te inscium de malitia. Albanus Spina Sati.li.2.poli. c.6.dicitque Marc.Tul.d.li.3 *Ergò, & promissa non facienda nonnunquam,neque semper deposita reddenda sunt.Si gladiū apud te quis sanæ mentis deposuerit, repetat insaniens reddere peccatum sit, non reddere officium; Quod si is, qui apud te pecuniam deposuerit bellum inferat patriæ, reddasne depositum? non credo;facias contra Rempub: quæ debet es-*
70 *se charissima* † Et verba generalia accessoriè posita restringi, & coarctari debent,iuxta qualitatem negotij principalis de quo tractatur,l.qua ratione 9.ff.de acquir.rer.domin.l.si quis 10 ff.de euictio. l.prædijs,ff.de leg.3.

Principale negotiū & norma istorum contractuum est, vt in omnibus,& per omnia, Ecclesiæ Catholicæ Romanę obedientiam præstent,nec nō Principi illorum naturali, ac
71 legitimo † Nam,vt ait Dionys. Halicarnass.lib.1. Antiquitat:Romanar. lege sempiterna,& vniuersali naturæ re

ceptum est, vt inferiores superioribus obediant, l. potiores cum ibi notatis, C. de officio Rectoris Prouinciæ, c. statuimus in fine, vbi glos. verbo *consueta* cap. cum inferior de maiorita: & obed. c. inferior, distinct. 21. Symancas in lib. discept. cap. 19. glos. verbo, *Qui mendicant*, in extrauaganti execrabilis Ioan. 22. de Præbendis, Cardinal: Turrecrem: in Summa de Ecclesia lib. 2 cap. 1. num. 1. Nec possunt iuuari verbis, quæ videantur eos eximere ab hac obligatione stricta; & cum vel in minimo puncto ab hoc defecerint, irritatur, & filum inciditur omni ei quod est cō-
72 uentum, † cum peruenerit causa ad terminum, à quo nō poterat incipere, vt ait Vlpianus in l. si à me 11. ff. de iudicijs, l. pluribus 140. §. & si placeat, ff. de verborum obligat. Martianus in l. quia in eum, ff. ad l. Aquiliam, l. si in metallum, ff. de his quæ pro non scriptis habentur ibi. *Namque in eam causam peruenerunt, à qua incipere non poterant, pro non scriptis habentur*; & si vellet respectu verbi præstiti, & obnexi, subditis rebellibus contractum seruare, cum diuinæ, & humanæ
73 Maiestatis iactura; † possemus dicere cum Valer. Max. lib. 6. cap. 6. tractante de Saguntinis, & famosa ipsorum Ciuitate, Senatui, Populoque Romano fidem seruante, cum victricibus Hannibalis armis, tàm strictè præmerentur, vt vim illam ampliùs arcere nequirent, sed collatis in forum ijs quæ vnicuique charissima fuerant supellectilibus, & vndiquaque ignibus circumdatis, & accensis, publico, omnibusque communi rogo, semetipsos proiecerunt; subiungit, *Crediderim, tunc ipsam fidem, humana negotia speculantem, mestum gessisse vultum, perseuerantissimum sui cultum, iniqua fortuna indicio tam acerbo exitu damnatum cernentem*. Author Politiæ de regno contra Machiauel. lib. tertio, Theorem. 21.

74 † Et ita conuenit cuilibet Principi seruare præceptum illud Sapientis Prouerb. capite quinto; *Ne des alienis honorem tuum, & annos tuos crudeli, ne fortè impleantur extranei viribus tuis*, &

& labores tui sint in domo aliena; cap. nonne in fine 37. dist. cap. nullus in fine dist. 93 P. Gregor. de Repub. li 8. cap. 4. num. 9. Prophetæ Baruch cap. 4. *Ne tradas alteri gloriam tuam, & dignitatem tuā genti alienæ*. Et Ecclesiastic. cap. 33. *In omnibus operibus tuis præcellens esto, ne dederis maculam in gloria tua*. Nycæta Choniates lib. 7 Annal. Manuelis Comneni, monitū illud referens, *Ne quis gloriam suam alteri det, neuè pa-*
75 *trum limites transferat* † Et Ecclesiastici cap. 49. *Contempserunt timorem Dei; dederunt enim regnum suum alijs, & gloriam suam alienigenæ genti, incenderunt electam sanctitatis* Ciuitatem, *& desertas fecerunt vias ipsius*. Sed dicere cum Isaia cap. 42. *Gloriam meam alte-*
76 *ri non dabo* † Gloria autem Regis in lata gente est, in diminutione plebis contritio Principis, Prouerb. cap. 14. & habetur in c. ecclesia §. si et
77 nauicula 1. q. 4. † Gloriam autem suam alteri tradere, Regibus idem est, ac si libertatem traderent, & vt ait Ci-
78 cero lib. 1. officio. † Magnanimi viri, vsque ad finem debent pro libertate pugnare, & quilibet potest suum, & suæ dignitatis honorem armata manu defendere; vt probat Petrus Gerardus singul. 33. num. 4. & 5. dicente M. Tullio vbi proximè. *Non debere nos minùs promptos esse ad pugnandum pro honore, & glo-*
79 *ria; quàm pro vtilitate,* † cū crudelis reputetur in semetipsum, qui negligit famam suam, & dignitatem status sui defendere, vt ait D. Augustin. in cap. nolo 12. quæst. 1. Nam vt dicebat Cicero Philipp. 3. *Ad decus, & libertatem nati sumus, aut hæc teneamus, aut cum dignitate moriamur*, cui id non absonum est, quod tradit D: Paulus 1. epist. ad Corinth. capit. nono; *Bonum est enim mihi magis mori, quàm vt gloriam meam quis euacuet.* vt habetur in cap. sacerdos 1. quæst. secun-
80 da † Diuina scriptura lib. 1. Machab: cap. 2. laudat Mathathiam, & socios dicens, *Et persecuti sunt filios superbiæ, & prosperatum est opus in manibus eorum, & obtinuerunt legem de manibus gentiū, & de manibus Regum, & non-*

dederunt cornu peccatori; Molin.tom.1.de iust. tract. 2. di-
81 sput. 99. † Principum enim à priuatis diuersa est sors, quibus præcipua rerum ad famam sunt dirigenda, ex Taciti sententia libro 4. Annal. Georg.Pagliar.ibi obser.514 Schualemberg. de regio animo par.1.pag.97. Ideoque iustum non esset, vt gloria S.R. M. V. quæ vnita, & conformis nomini Philippi, resplendetque per omne, quod Sol illuminat Orbis spatium, nancisceretur aliquod obscuritatis velamen, coràm illis præsertim, qui contemplarentur tale pactorum genus, vt præterita pacta percussa fuerunt quæ Magnitudinem suã
82 nequaquam decerem† Nam, vt Arist. ait in lib. de re familiari, ***omnia toleranda, nisi aut indignitas, aut turpitudo in re sit***, vt refert Schualenberg: in libr. de animo re-
83 gio par.2.pag.438. † Nam licet difficile sit (vt Agesilaus Rex dicebat) & tradidit in eius Apophtegmatib. Paulus Manutius vno, & eodem tempore misericordiam habere, & delicta punire, demum debet Princeps iustitia vti, vt locum fortitudo habeat. Aristo. 3.Topic.cap.2. Plutarch. to. 1.Moral.num.335. Auth. vt omnes obed: iudicibus capit. 19.Anton.Roscius lib.1.Memorab.cap.2.num. 7. Ioann. Orosc.in l.1.nu. 7. ff. de iust. & iure.

Nec cor reperietur tam adamantinum quod ex pia commiseratione non condoleat, pigeatquè contemplari negotium illud ad belli furorem magis, quam ad pacẽ sectandam tendere; tum quia, ob benignitatem pactorum, rebellium animi magis, magisquè induruere; tum etiam, quia templa, aliaq; loca sacra destructa iacent. Quibus ex causis, multi, & præclari milites christiani ab hęreticis hic inde oppressi fuerunt, quorũ sanguis innocuus, etiamnum coram omnipotẹnte Deo cœli iustitiam, ac delictorum, acceptarumque iniuriarum vin-
84 dictam clamat, † vt ait D. Isidorus libr.3. sentent. de summo bono cap.53. Cognoscant Principes seculi Deo debere se rationem reddere, propter Ecclesiam, [quam à Christo tuendam suscipiunt: Nam siue augeatur pax, & di-

disciplina Ecclesiæ per fideles Principes, siuè soluatur, ille ab eis rationem exiget, qui eorum potestati Ecclesiã suam credidit. Et habetur in cap. Principes seculi 23. q. 5. Duaren. lib. 1. de sacris Ecclesiæ ministerijs cap. 5. Aegid. Bellemer. cons. 40. nu. 42 Princeps enim secularis, vim, fraudes, turbas, & externa mala ab Ecclesia debet arcere, & quod in ipso est, pacatã, sacrã, & quietã præstare. Nam quia Christianus id velle debet, & quatenus Princeps po-
85 test † Præcipuum enim cuiusq; Magistratus munus esse dicit Stephanus Iunius in lib. de Principis in populum, & populi in Principem legitima potestate, vt quicquid medio rum authoritatis, & potentiæ illi à Deo concessum est, hoc totum omninò conferat, vt inter sibi subditos Deus ipse verè agnoscatur, agnitusque tanquam summus Regũ omnium Rex colatur, & adoretur. Itaque qui talis erit, non solùm omnes iurisdictionis suæ vires, legumque authoritatem aduersus veræ religionis contemptores, perturbatoresuè, qui censuris, Ecclesiasticisque admonitionibus nullum locum relinquunt, exercet; sed armata etiam manu in eos animaduertat, qui aliter ab impietate cohiberi nequeunt. Diuus August. tractat. 11. in Ioannem, cuius, & Lipsius meminit libr: aduersus Dialogistam c. 2. dicens,
86 † *Pertinet hoc ad Reges seculi christianos, vt temporibus suis pacatam velint habere matrem suam Ecclesiam; sic ergò quando vult Deus concitare potestates aduersus dissipatores Ecclesiæ, aduersus exsufflatores Christi, aduersus blasphematores baptismi, non mirentur; quia Deus concitat, vt à Sara verberetur Agar. Mirantur autem quia commouentur potestates Christianæ aduersus detestandos dissipatores Ecclesiæ, non ergò mirentur. Et quomodo reddent rationem de imperio suo Deo?* cap. quando 23. q. 4. cap. si Ecclesia ibidem.
87 † Et imperator Iustinianus in Auth. quomodo oporteat Episcopos in princ. coll. 1. ait, Imperialem, & Regiam potestatem, adhoc inter cœtera instituta, vt Sanctorum Patrum decreta saluberrima, execu-

tioni demandari faciat, & inuiolabiliter obseruari. Azeuedo cons. 37. num. 15. † nec alienum est, quod Valer. Maxim. lib: 4. cap. 1. §. de L. Furio ait, *Non dubitauerunt sacris imperia seruire, ita se rerum humanarum futura regimen existimantia, si diuinæ potentiæ benè, & constăter fuissent famulatæ;* Iustus Lipsius contra Dialogistam fol: 27. cap. 2. † Firmamenta enim Imperij in religione Principis posita sunt † Hinc apud Homerum, ciuitas ea, in qua Palladium erat nulla vi hostiũ expugnari posse traditur. Quia Palladium si benè attendimus, præsidium est religionis, qua cum semper crescit, & decrescit Imperium, à qua Princeps rerum agendarum principia omnia debet capere.

88

89

90

Nam religione magistra, & Deo Duce non potest errare; nec quicquam Principem magis populo commendat, quàm religio, quàm pietas, clementia, & iustitia committantur. Farnesius in Apopht: Cardinalis Petri Aldebrandini de Principe tit. primo, cap. 12: & tit: 3. c. primo, & seqq: Sebast. Foxius Morzill. lib. 2. de regni, Regisque institutione; Hieron. Frachetta lib. primo, de Principe c. 3. pag. 24. † vbi ex Plutarch. in Numa, atque Xenoph: lib: 8. de Cyri pedia ait, ipsos, plu resque Principes alios fuisse à subditis in existimatione, & reuerentia habitos, propter opinionem quam habebant de illorum religione, ac zelo. Tiberius Gambar. in discursibus politicis cap de religione pag. 39. † Vita enim nostra religione constat Plinius lib. 14. natur. hist. Lipsius lib. 1: ciuil. doctr. cap. 3. † Tulliusque in Orat. de Aruspicum responsis gloriatur; Romanos non calliditate, aut robore, sed pietate, ac religione, omnes gentes, nationesq; superauisse † Nec mirum cum religio, & timor Dei solus sit, qui custodit hominũ inter se societatem. Lactant. Firmian. de ira cap. 12. Lipsius lib. 4. ciuil. doctr. cap. 3. & in monitis, & exemplis Politicis lib. 1. cap. 2. Idem D. August. episto. 48. 50. & 165. & lib. 3. epist. 32. ad Pantaleonẽ Præfectum Aphricæ libro 5. episto. 63. ad Mauritium Impe-

91

92

93

94

pe-

peratorem,& lib.7.epist 5.ad Brunechildem Reginā Francorum,quarum meminit Bellarmin: libro 1. de Principe Christiano capit. 11. Petrus Gregor: lib.2.de Repub. cap.
95 2. num. 3. † concludentes præcipuum piorum Regum munus,& officium esse,ecclesiam,eiusque immunitatem, & libertatem defendere, ac seueris legibus,ac pœnis blasphemos, sacrilegos,& hæreticos ab Ecclesia damnatos, coercere; Abbas in cap. tua num.10. de decimis, vbi ait,
96 † Principes accepisse à Deo potestatem, principaliter, vt Ecclesiam Dei iuuarent & in necessitatibus suis subuenirent. Ioann. EcKius in Enchyridio locorum communium contra Lutherum c.32 Gundisaluus Pontius aduersus Vuaramundum cap.2.ver sic. *verum*. Iustus Lipsius contra Dialogistam in principio. Michael Agia tracta. de exhibend. auxilijs cōfirm, 27.cap.Maximianus cum sequen.23.q.3.Leo Papa Epistol.75. ad Leonem Augustū vbi sic ait; *Debes Imperator incunctanter aduertere, regiā potestatem tibi non solum ad Mundi regimen; sed maximè ad Ecclesiæ præsidium esse collatam*,Anton.August: in epitome Veteris Iuris Pontificij libro 11.titul.13.capi.3. Fab Montel.in praxi arbitrali 4.p. princip. q.2.n.15.& 16.
97 † Iuramentum quod Imperatores præstant Summo Pontifici in Coronatione, inter alia continet, quod fidem, & Sedem Apostolicam defendent: Quod nunquam cum Saraceno, Pagano, Schismatico,seu cū alio prefatę Ecclesię inimico, vel rebelli Catholicæ Fidei non habente vnitatem,vnionēm quamlibet, seu parentelā, aut confæderationem nō inibit, clem: vnica §. porrò de iureiurand: olimq; Imperator Orientis, postquā fuerat electus, consuetudine iurabat, & se propria manu subscribebat,quod fidem Catholicā sequeretur, Oecumenicorumque Conciliorū, nec concitaret tumultum in Ecclesia Dei, qua protestatione facta, Patriarcha Constantinopolitanus, præsente populo capiti eius coronam imponebat,cingebat ei ensem, offerebat ei sceptrum, aureoq; anulo digitū eius vinciebat.

Re-

98 † Recenset Petrus Gregorius libr.8. de Republ.cap.2. num.13. quod Pax Ecclesiæ, religionis vnitas auctorem facti in sublime prouectũ grata sibi tranquillitate custodit dicente Petro Aerod.libro 1. rer.iud.tit.6. cap.19. Imperij securitatem Ecclesiarum pace consistere.

Nec enim parua eius vicissitudo, ac potentia diuinitùs data tribuitur, per quos nullis rugis Ecclesia diuisa secernitur, nullis insertis maculis variatur; Scriptum est
99 enim Iob: cap 5. † Prouerb. cap.20. *Quia cum Rex iustus sederit supra sedem, non aduersabitur sibi quicquam malignum.* Epist.inter claras C.de summa Trinit. & fide
100 Catholica † Aenas Syluius lib.1.de dictis,& factis memorabilibus Alphonsi I. memorat, illum dixisse, Iusti Principis esse, non solum neminem iniuria afficere, sed eos, qui damna hominibus, sine iusta causa inferunt, si possit, cohibere, & impedire, D.Gregor. Nazianzen.orat.31.super capit.19.Matthæi dicit: *Hæc, & laicis præscribo, hæc, & Præsbyteris mando, opem ferre, qui Dei beneficio opem ferre*
101 *potestis* †. Vt enim dicitur Prouerb.cap.20. *Rex qui sedet in solio iudicij, dissipat omne malum intuitu suo*. Albanus lib.1.polit.cap.7.& D. August.in epist.ad Bonifaciũ, ait: *Quomodò Reges seruient Domino in timore; nisi ea, quæ contra iussum Domini fiunt, religiosa seueritate puniendo, atque plectendo*: Refertur in cap.si ecclesia, cap.duo ista 23.q.4.ca.quod sicut de electione. Et inde Abb. in cap. per venerabilem num.9.eodẽ
102 tit. ait † Principem, qui negat auxilium Ecclesiæ depressæ, posse deponi. Lelius Zechius lib. 1. de Principe cap.6.n.12. & ait Papa Pelagius. II. in c. omnis 7. q. 1.
103 † Quod qui negant misericordiam, & oppressis fauorem debitum, videntur negare Christum. Azeuedo cõs.
104 37.num.13.† Hinc D.Hieron.super Hyeremiam ad cap 2, relatus in c. Regum officiũ 23.q.5.ait Regum proprium officium esse facere iudicium & iustitiam, & liberare de manu calumniatorum vi oppressos, & peregrino, pupilloque,

que, & viduæ, qui faciliùs opprimuntur à potentibus præbere auxilium, l illicitas, ff. de offic. Præsid: & de Christo Hieremias ait cap. 23. *Regnabit Rex, & sapiens erit, & faciet iudicium, & iustitiam*; Et Cicero 2. offic. fruendæ iustitiæ causa olim benè moratos Reges constitutos ait, referente Lipsio lib. 2. ciuil. doctrin. cap. 11. Petrus Gregorius lib. 4. de Repub. cap. 6. n.
105 17. † Idem D. Hierony. super Ezechi. lib. 3. ad cap. 9. inquit, Quod percutiens malos, in eo, quod mali sunt, & habens vasa interfectionis, vt occidat pessimos, minister est Domini: Habetur in cap. qui malos 23. q. 5. Roland. à Valle consil. 20. num. 2. volum. 2. Io inn. Neuizan. lib. 1. Syluæ nupt. num. 97. & seqq. & Iustinus Historicus libro 8. asse-
106 ruit † Deo proximum haberi, eum qui eius Maiestatē vindicauerit, vt optimè Pelagius Papa scribit Narsæ Patritio, & Duci in Italia, & habetur in cap. de Liguribus 23 q. 5.
107 † Conformiter his ait Diu. Augustin. ad Macedonium episto. 54. Quod non frustrà sunt instituta potestas Regis, & Cognitoris ius, vngulę carnificis, arma militis, disciplina dominantis, seueritas etiam boni patris: Habent omnia ista modos suos, causas, rationes, vtilitates; hæc cùm timentur, & mali coercētur, & quietiùs inter malos viuunt boni, cap. non frustrà ead. causa, & quæstione.
108 † Et idem D. Augustinus super Psalm. 32. vt habetur in cap. duo ista 23. q. 4. inquiens, quod *disciplina inuigilare debet in paupere regente domum suam; diuite regente familiam suam, marito regente coniugē; Patre regente prolem suam; Rege regente Gentem suam*, cap. qui peccat, § de persecutione eadem causa, & q. Innocentius Papa epist. 3. ad Exuperium Episcopum Tholosanum cap. 3. & habetur in capit. quæsitum 23. q. 4. D. Hierony. super Ioelem ad cap. 2. D. Cyprianus in libello de duodecim gradibus abusionum in nono genere, vbi ait, quod Rex debet impios de terra perdere, parricidas, & peierantes viuere non sinere:
109 † & Pelagius Papa dixit, quod nō persequitur, nisi qui ad

ad malum cogit: Qui verò malum, vel factum iam punit, vel prohibet ne fiat, non persequitur iste; sed diligit, & transumptiuè habetur in cap. non solum, cap. Rex, cap. non vos 23. q. 5. M. Tullius in epi-
110 stol. 15. ad Brutum † Salust. de coniurat: Catilinæ, vbi dixit, quod qui paucis sceleratis parcunt, bonos omnes perditum eunt. Redin. in libr. de maiestate Principis verbo *ad clementiam pronum.*
111 † Hinc Diu. Augustinus ad Lotharium scribens, vt refertur in cap. qui vitijs 23. q. 5. ait, Quod, qui vitijs nutriendis parcit, & fauet, ne contristet peccantium voluntatem, tàm non est misericors; quàm qui non vult cultrum rapere puero, ne audiat plorantem, & non timet ne vulneratum
112 doleat, vel extinctum † Idē sanctus in eadem allegata epistola 50. Bonifacio, vbi dicit; *Molestus est Medicus furenti phrenetico, & Pater indisciplinato filio, ille ligando; iste cedendo; sed ambo diligendo si autem illos negligāt, & perire permittant, ista potius falsa mansuetudo, & crudelitas est.* & epist. 167. Festo dicit. *Nā, & Phrenetici nolunt ligari, & Lethargici nolunt excitari; sed perseuerat diligentia charitatis phreneticum castigare, Lethargicum stimulare, ambos amare; ambo offenduntur; sed ambo diliguntur, ambo molestati, quamdiù ægri sunt indignantur; sed ambo sani gratulantur.* Et idem D. Augustin. de sermone Domini in monte lib. 1. cap. 37. & seq. ait, quod non est metuendum, ne odisse paruulum filium parentes videantur, cū ab eis vapulat peccans, ne
113 peccet vlterius † Nam dicitur Prouerb. cap. 3. *Quem diligit Dominus corripit, flagellat autem omnem filium*
114 *quem recipit.* † & cap. 13. *Qui parcit virgæ odit filium suum; Qui autem diligit illū instāter erudit* c. solitę de maiorit. & obed. cap. Salomon 45. dist. c. non omnis 5. q. 5. c. nimium, cap. displicet, cap. ea vindicta 23. q. 4. Apocalips. c. 3. *Ego quē amo arguo, & castigo,* Et Ecclesiast. c. 30. dicitur, *Qui diligit filiū suum assiduat ei flagella.* & Prouerb c. 23. *Tu percutis quidem illum virga, sed animam illius liberas à morte.* Petrus Gre-

gor.

gor.lib.33.Syntag. Iuris c.6. num. 4. Latius D. Paul. in epistol. ad Hæbre. cap. 12. *Quem diligit Dominus castigat: flagellat autem omnē filium, quem recipit. Quis enim filius, quem non corripit Pater? quod si extra disciplinā estis, huius participes facti sūt omnes; Ergò adulterini, & non filij estis*, id est, non filij legitimi estis ad quos solos pertinet hæreditas, vt illud interpretatur Doctissimus Cardin. Bellarmin. de officio Princip: Christ: lib. 2. pag. 209. in vita S. Dauid Regis. Nec quęritur nisi vt, & ille vindicet cui rerum ordine potestas data est, & ea voluntate vindicet, qua Pater paruulum filium flagellat, quem per ætatem odisse non dum potest, cum possit peccatum amore potiús vindicari, quam impunitum relinqui, vt illum, in quem vindicat, non pœna miserum; sed correctione beatum velit. Et Salomon Prouerb. c. 23. admonet. *Percute filium tuum virga, & liberabis animam eius à morte* cap. cum beatus Apostolus 45. distinctione, S. Augustinus Epist. 48. Vincentio tolerabiliora sunt enim amici vulnera, quàm adulantium oscula. Prouerb. cap. 27 D. Ambros. lib. 3. officio. cap. 16. cap. non omnis 5. q. 5. & cap. non osculatur. Ibidem

115 c. nimiū 23. q. 4. † Id etiam in inimicis ponderauit dicēs; Si enim quisquam inimicum suū periculosis febribus phreneticum factum, currere viderit in præcipitium; nonnè tunc malum potius pro malo redderet, si eū sic currere permitteret, quàm si corripiendum, ligandumque curaret; & tamen tunc ei molestissimus, & aduersissimus videretur, quando vtilissimus, & misericordissimus extitisset; sed planè salute reparata, tantò ei vberius gratias ageret, quantò sibi eum minùs pepercisse tenuisset. Quæ doctrinæ habentur in cap. ipsa pietas, cap. quid faciet, cap. est iniusta, d. c. nimium 23. quæstio. 4.

116 † Vnde D. Ambrosius sermon. 8. in psal. 118. relatus in d. c. est iniusta 23. q. 4. ait, Quod si quis latronem filijs depræcantibus motus, & lachrimis Coniugis eius inflexus absoluendum putet, cui adhuc latrocinandi aspiret

ceptum est, vt inferiores superioribus obediant, l. potiores cum ibi notatis, C. de officio Rectoris Prouinciæ, c. statuimus in fine, vbi glos. verbo *consueta* cap. cum inferior de maiorita: & obed. c. inferior, distinct. 21. Symancas in lib. discept. cap. 19. glos. verbo, *Qui mendicant*, in extrauaganti execrabilis Ioan. 22. de Præbendis, Cardinal: Turrecrem: in Summa de Ecclesia lib. 2 cap. 1. num. 1. Nec possunt iuuari verbis, quæ videantur eos eximere ab hac obligatione stricta; & cum vel in minimo puncto ab hoc defecerint, irritatur, & filum inciditur omni ei quod est cō-
72 uentum, † cum peruenerit causa ad terminum, à quo nō poterat incipere, vt ait Vlpianus in l. si à me 11. ff. de iudicijs, l. pluribus 140. §. & si placeat, ff. de verborum obligat. Martianus in l. quia in eum, ff. ad l. Aquiliam, l. si in metallum, ff. de his quæ pro non scriptis habentur ibi. *Nam quæ in eam causam peruenerunt, à qua incipere non poterant, pro non scriptis habentur*; & si vellet respectu verbi præstiti, & obnexi, subditis rebellibus contractum seruare, cum diuinæ, & humanæ
73 Maiestatis iactura; † possemus dicere cum Valer. Max. lib. 6. cap. 6. tractante de Saguntinis, & famosa ipsorum Ciuitate, Senatui, Populoque Romano fidem seruante, cum victricibus Hannibalis armis, tàm strictè præmerentur, vt vim illam ampliùs arcere nequirent, sed collatis in forum ijs quæ vnicuique charissima fuerant supellectilibus, & vndiquaque ignibus circumdatis, & accensis, publico, omnibusque communi rogo, semetipsos proiecerunt; subiungit, *Crediderim, tunc ipsam fidem, humana negotia speculantem, mestum gessisse vultum, perseuerantissimum sui cultum, iniquæ fortunæ indicio tam acerbo exitu damnatum cernentem*. Author Politiæ de regno contra Machiauel. lib. tertio, Theorem. 21.

74 † Et ita conuenit cuilibet Principi seruare præceptum illud Sapientis Prouerb. capite quinto; *Ne des alienis honorem tuum, & annos tuos crudeli, ne fortè impleantur extranei viribus tuis, &*

& labores tui sint in domo aliena; cap. nonne in fine 37. dist. cap. nullus in fine dist. 93 P. Gregor. de Repub. li 8. cap. 4. num. 9. Prophetæ Baruch cap. 4. *Ne tradas alteri gloriam tuam, & dignitatem tuã genti alienæ*. Et Ecclesiastic. cap. 33. *In omnibus operibus tuis præcellens esto, ne dederis maculam in gloria tua*. Nycæta Choniates lib. 7 Annal. Manuelis Comneni, monitũ illud referens, *Ne quis gloriam suam alteri det, neuè pa-*
75 *trum limites transferat* † Et Ecclesiastici cap. 49. *Contempserunt timorem Dei; dederunt enim regnum suum alijs, & gloriam suam alienigenæ genti, incenderunt electam sanctitatis* Ciuitatem, *& desertas fecerunt vias ipsius*. Sed dicere cum Isaia cap. 42. *Gloriam meam alte-*
76 *ri non dabo* † Gloria autem Regis in lata gente est, in diminutione plebis contritio Principis, Prouerb. cap. 14. & habetur in c. ecclesia §. si et
77 nauicula 1. q. 4. † Gloriam autem suam alteri tradere, Regibus idem est, ac si libertatem traderent, & vt ait Ci-
78 cero lib. 1. officio. † Magnanimi viri, vsque ad finem debent pro libertate pugnare, & quilibet potest suum, & suæ dignitatis honorem armata manu defendere; vt probat Petrus Gerardus singul. 33. num. 4. & 5. dicente M. Tullio vbi proximè. *Non debere nos minùs promptos esse ad pugnandum pro honore, & glo-*
79 *ria; quàm pro vtilitate*, † cũ crudelis reputetur in semetipsum, qui negligit famam suam, & dignitatem status sui defendere, vt ait D. Augustin. in cap. nolo 12. quæst. 1. Nam vt dicebat Cicero Philipp 3. *Ad decus, & libertatem nati sumus, aut hæc teneamus, aut cum dignitate moriamur*, cui id non absonum est, quod tradit D: Paulus 1. epist. ad Corinth. capit. nono; *Bonum est enim mihi magis mori, quàm vt gloriam meam quis euacuet*. vt habetur in cap. sacerdos 1. quæst. secun-
80 da † Diuina scriptura lib. 1. Machab: cap. 2. laudat Mathathiam, & socios dicens, *Et persecuti sunt filios superbiæ, & prosperatum est opus in manibus eorum, & obtinuerunt legem de manibus gentiũ, & de manibus Regum, & non*

dederunt cornu peccatori; Molin.tom.1.de iust. tract. 2. di-
81 sput. 99. † Principum enim à priuatis diuersa est sors, quibus præcipua rerum ad famam sunt dirigenda, ex Taciti sententia libro 4. Annal. Georg.Pagliar.ibi obser.514 Schualemberg. de regio animo par.1.pag.97. Ideoque iustum non esset, vt gloria S.R.M.V. quæ vnita, & conformis nomini Philippi, resplendetque per omne, quod Sol illuminat Orbis spatium, nancisceretur aliquod obscuritatis velamen, coràm illis præsertim, qui contemplarentur tale pactorum genus, vt præterita pacta percussa fuerunt quæ Magnitudinem suã
82 nequaquam decerent † Nam, vt Arist. ait in lib. de re familiari, ***omnia toleranda, nisi aut indignitas, aut turpitudo in re sit***, vt refert Schualenberg: in libr. de animo re-
83 gio par.2.pag.438. † Nam licet difficile sit (vt Agesilaus Rex dicebat) & tradidit in eius Apophtegmatib. Paulus Manutius vno, & eodem tempore misericordiam habere, & delicta punire, demum debet Princeps iustitia vti, vt locum fortitudo habeat. Aristo. 3.Topic.cap.2. Plutarch. to. 1.Moral.num.335. Auth. vt omnes obed: iudicibus capit. 19.Anton.Roscius lib.1.Memorab.cap.2.num. 7. Ioann. Orosc.in l.1.nu. 7. ff. de iust. & iure.

Nec cor reperietur tam adamantinum quod ex pia commiseratione non condoleat, pigeatquè contemplari negotium illud ad belli furorem magis, quam ad pacẽ sectandam tendere; tum quia, ob benignitatem pactorum, rebellium animi magis, magisquè induruere; tum etiam, quia templa, aliaq; loca sacra destructa iacent. Quibus ex causis, multi, & præclari milites christiani ab hęreticis hic inde oppressi fuerunt, quorũ sanguis innocuus, etiamnum coram omnipotente Deo cœli iustitiam, ac delictorum, acceptarumque iniuriarum vin-
84 dictam clamat, † vt ait D. Isidorus libr.3. sentent. de summo bono cap.53. Cognoscant Principes seculi Deo debere se rationem reddere, propter Ecclesiam, quam à Christo tuendam suscipiunt: Nam siue augeatur pax, & di-

disciplina Ecclesiæ per fideles Principes, siuè soluatur, ille ab eis rationem exiget, qui eorum potestati Ecclesiã suam credidit. Et habetur in cap. Principes seculi 23. q. 5. Duaren. lib. 1. de sacris Ecclesiæ ministerijs cap. 5. Aegid. Bellemer. cons. 40. nu. 42 Princeps enim secularis, vim, fraudes, turbas, & externa mala ab Ecclesia debet arcere, & quod in ipso est, pacatã, sacrã, & quietã præstare. Nam quia Christianus id velle debet, & quatenus Princeps po-
85 test † Præcipuum enim cuiusq; Magistratus munus esse dicit Stephanus Iunius in lib. de Principis in populum, & populi in Principem legitima potestate, vt quicquid medio rum authoritatis, & potentiæ illi à Deo concessum est, hoc totum omninò conferat, vt inter sibi subditos Deus ipse verè agnoscatur, agnitusque tanquam summus Regũ omnium Rex colatur, & adoretur. Itaque qui talis erit, non solùm omnes iurisdictionis suæ vires, legumque authoritatem aduersus veræ religionis contemptores, perturbatoresuè, qui censuris, Ecclesiasticisque admonitionibus nullum locum relinquunt, exercet; sed armata etiam manu in eos animaduertat, qui aliter ab impietate cohiberi nequeunt. Diuus August. tract. 11. in Ioannem, cuius, & Lipsius meminit libr: aduersus Dialogistam c. 2. dicens,
86 † *Pertinet hoc ad Reges seculi christianos, vt temporibus suis pacatam velint habere matrem suam Ecclesiam; sic ergò quando vult Deus concitare potestates aduersus dissipatores Ecclesiæ, aduersus exsufflatores Christi, aduersus blasphematores baptismi, non mirentur; quia Deus concitat, vt à Sara verberetur Agar. Mirantur autem quia commouentur potestates Christianæ aduersus detestandos dissipatores Ecclesiæ, non ergò mirentur. Et quomodo redderent rationem de imperio suo Deo?* cap. quando 23. q. 4. cap. si Ecclesia ibidem.
87 † Et imperator Iustinianus in Auth. quomodo oporteat Episcopos in princ. coll. 1. ait, Imperialem, & Regiam potestatem, adhoc inter cœtera instituta, vt Sanctorum Patrum decreta saluberrima, execu-

 tio-

tioni demandari faciat, & inuiolabiliter obseruari. Azeuedo cons. 37. num. 15.
88 † nec alienum est, quod Valer. Maxim. lib: 4. cap. 1. §. de L. Furio ait, *Non dubitauerunt sacris imperia seruire, ita se rerum humanarum futura regimen existimantia, si diuinæ potentiæ benè, & constãter fuissent famulatæ*; Iustus Lipsius contra Dialogistam fol: 27.
89 cap. 2. † Firmamenta enim Imperij in religione Princi-
90 pis posita sunt † Hinc apud Homerum, ciuitas ea, in qua Palladium erat nulla vi hostiũ expugnari posse traditur. Quia Palladium si benè attendimus, præsidium est religionis, qua cum semper crescit, & decrescit Imperium, à qua Princeps rerum agendarum principia omnia debet capere.

Nam religione magistra, & Deo Duce non potest errare; nec quicquam Principem magis populo commendat, quàm religio, quàm pietas, clementia, & iustitia committantur. Farnesius in Apopht: Cardinalis Petri Aldebrandini de Principe tit. primo, cap. 12: & tit: 3. c. primo, & seqq: Sebast. Foxius Morzill. lib. 2. de regni, Regisque institutione; Hieron. Frachetta lib. primo, de Principe c. 3.
91 pag. 24. † vbi ex Plutarch. in Numa, atque Xenoph: lib: 8. de Cyri pedia ait, ipsos, plu resque Principes alios fuisse à subditis in existimatione, & reuerentia habitos, propter opinionem quam habebant de illorum religione, ac zelo. Tiberius Gambar. in discursibus politicis cap de
92 religione pag. 39. † Vita enim nostra religione constat Plinius lib. 14. natur. hist. Lipsius lib. 1: ciuil. doctr. cap. 3.
93 † Tulliusque in Orat. de Aruspicum responsis gloriatur; Romanos non calliditate, aut robore, sed pietate, ac religione, omnes gentes, natio-
94 nesq; superauisse † Nec mirum cum religio, & timor Dei solus sit, qui custodit hominũ inter se societatem. Lactant. Firmian. de ira cap. 12. Lipsius lib. 4. ciuil. doctr. cap. 3. & in monitis, & exemplis Politicis lib. 1. cap. 2. Idem D. August. episto. 48. 50. & 165. & lib. 3. epist. 32. ad Pantaleonẽ Præfectum Aphricæ libro 5. episto. 63. ad Mauritium Impe-

peratorem,& lib.7.epist 5.ad Brunechildem Reginã Francorum,quarum meminit Bellarmin: libro 1. de Principe Christiano capit. 11. Petrus Gregor: lib.2.de Repub. cap.
95 2. num. 3. † concludentes præcipuum piorum Regum munus,& officium esse,ecclesiam,eiusque immunitatem, & libertatem defendere, ac seueris legibus,ac pœnis blasphemos, sacrilegos,& hæreticos ab Ecclesia damnatos, coercere; Abbas in cap. tua num.10. de decimis, vbi ait,
96 † Principes accepisse à Deo potestatem, principaliter, vt Ecclesiam Dei iuuarent & in necessitatibus suis subuenirent. Ioann. EcKius in Enchyridio locorum communium contra Lutherum c.32 Gundisaluus Pontius aduersus Vuaramundum cap.2 versic. *verum*. Iustus Lipsius contra Dialogistam in principio. Michael Agia tracta. de exhibend. auxilijs cõfirm, 27.cap.Maximianus cum sequen.23.q.3. Leo Papa Epistol.75. ad Leonem Augustũ vbi sic ait; *Debes Imperator incunctanter aduertere, regiã potestatem tibi non solum ad Mundi regimen; sed maximè ad Ecclesiæ præsidium esse collatam*, Anton. August: in epitome Veteris Iuris Pontificij libro 11.titul.13.capi.3. Fab Montel.in praxi arbitrali 4.p. princip. q.2.n.15.& 16.
97 † Iuramentum quod Imperatores præstant Summo Pontifici in Coronatione, inter alia continet, quod fidem, & Sedem Apostolicam defendent: Quod nunquam cum Saraceno, Pagano, Schismatico,seu cũ alio præfatę Ecclesię inimico, vel rebelli Catholicæ Fidei non habente vnitatem,vnionem quamlibet, seu parentelã, aut confœderationem nõ inibit, clem: vnica §. porrò de iureiurand: olimq; Imperator Orientis, postquã fuerat electus, consuetudine iurabat, & se propria manu subscribebat,quod fidem Catholicã sequeretur, Oecumenicorumque Conciliorũ, nec concitaret tumultum in Ecclesia Dei, qua protestatione facta, Patriarcha Constantinopolitanus, præsente populo capiti eius coronam imponebat,cingebat ei ensem, offerebat ei sceptrum, aureoq; anulo digitũ eius vinciebat. Re-

98 † Recenset Petrus Gregorius libr.8. de Republ.cap.2. num.13. quod Pax Ecclesiæ, religionis vnitas auctorem facti in sublime prouectũ grata sibi tranquillitate custodit dicente Petro Aerod.libro 1. rer iud.tit.6. cap.19. Imperij securitatem Ecclesiarum pace consistere.

Nec enim parua eius vicissitudo, ac potentia diuinitùs data tribuitur, per quos nullis rugis Ecclesia diuisa secernitur, nullis insertis maculis variatur; Scriptum est
99 enim Iob: cap 5. † Prouerb. cap.20. *Quia cum Rex iustus sederit supra sedem, non aduersabitur sibi quicquam malignum.* Epist.inter claras C.de summa Trinit. & fide
100 Catholica † Aenas Syluius lib.1.de dictis,& factis memorabilibus Alphonsi I. memorat,illum dixisse, Iusti Principis esse, non solum neminem iniuria afficere, sed eos, qui damna hominibus, sine iusta causa inferunt, si possit,cohibere,& impedire, D.Gregor. Nazianzen.orat.31.super capit.19.Matthæi dicit: *Hæc,& laicis præscribo, hæc, & Præsbyteris mando, opem ferre, qui Dei beneficio opem ferre*
101 *potestis* †. Vt enim dicitur Prouerb.cap.20. R*ex qui sedet in solio iudicij, dissipat omne malum intuitu suo*. Albanus lib.1.polit.cap.7.& D. August.in epist.ad Bonifaciũ, ait: *Quomodò Reges seruient Domino in timore; nisi ea,quæ contra iussum Domini fiunt, religiosa seueritate puniendo, atque plectendo*: Refertur in cap.si ecclesia, cap.duo ista 23.q.4.ca.quod sicut de electione. Et inde Abb. in cap. per venerabilem num.9.eodẽ
102 tit. ait † Principem, qui negat auxilium Ecclesiæ depressæ, posse deponi. Lelius Zechius lib. 1. de Principe cap.6.n.12. & ait Papa Pelagius. II. in c. omnis 7. q. 1.
103 † Quod qui negant misericordiam, & oppressis fauorem debitum, videntur negare Christum. Azeuedo cõs.
104 37.num.13.† Hinc D.Hieron.super Hyeremiam ad cap 2.relatus in c. Regum officiũ 23.q.5.ait. Regum proprium officium esse facere iudicium & iustitiam, & liberare de manu calumniatorum vi oppressos,& peregrino, pupilloque,

que,& viduæ,qui faciliùs opprimuntur à potentibus præbere auxilium,l illicitas, ff.de offic. Præsid: & de Christo Hieremias ait cap.23.*Regnabit Rex,& sapiens erit,& faciet iudicium, & iustitiam*; Et Cicero 2.offic.fruendæ iustitiæ causa olim benè moratos Reges constitutos ait, referente Lipsio lib.2.ciuil.doctrin.cap.11. Petrus Gregorius lib.4.de Repub. cap.6.n.
105 17. † Idem D. Hierony. super Ezechi.lib.3.ad cap.9. inquit, Quod percutiens malos,in eo, quod mali sunt, & habens vasa interfectionis,vt occidat pessimos, minister est Domini: Habetur in cap.qui malos 23.q.5.Roland. à Valle consil.20.num.2.volum.2. Io ann.Neuizan.lib.1.Syluæ nupt.num.97. & seqq. & Iustinus Historicus libro 8.asse-
106 ruit † Deo proximum haberi, eum qui eius Maiestatē vindicauerit,vt optimè Pelagius Papa scribit Narsæ Patritio,& Duci in Italia,& habetur in cap.de Liguribus 23 q. 5.
107 † Conformiter his ait Diu. Augustin. ad Macedonium episto.54. Quod non frustrà sunt instituta potestas Regis, & Cognitoris ius,vngulę carnificis,arma militis,disciplina dominantis,seueritas etiam boni patris: Habent omnia ista modos suos,causas,rationes,vtilitates;hæc cùm timentur,& mali coercētur,& quietiùs inter malos viuunt boni, cap.non frustrà ead.causa, & quæstione.
108 † Et idem D. Augustinus super Psalm.32.vt habetur in cap.duo ista 23.q.4.inquiens, quod *disciplina inuigilare debet in paupere regente domum suam;diuite regente familiam suam,marito regente coniugē; Patre regente prolem suam; Rege regente Gentem suam*, cap.qui peccat,§ de persecutione eadem causa,& q.Innocentius Papa epist.3. ad Exuperium Episcopum Tholosanum cap.3. & habetur in capit.quæsitum 23.q.4. D.Hierony. super Ioelem ad cap.2. D.Cyprianus in libello de duodecim gradibus abusionum in nono genere, vbi ait, quod Rex debet impios de terra perdere, parricidas, & peierantes viuere non sinere:
109 † & Pelagius Papa dixit, quod nō persequitur, nisi qui ad

ad malum cogit: Qui verò malum,vel factum iam punit, vel prohibet ne fiat,non persequitur iste; sed diligit, & transumptiuè habetur in cap. non solum,cap.Rex, cap.non vos 23.q.5.M.Tullius in epi-
110 stol.15.ad Brutum † Salust. de coniurat: Catilinæ,vbi dixit,quod qui paucis sceleratis parcunt,bonos omnes perditum eunt. Redin.in libr. de maiestate Principis verbo *ad clementiam pronum.*
111 † Hinc Diu.Augustinus ad Lotharium scribens,vt refertur in cap.qui vitijs 23. q. 5. ait,Quod, qui vitijs nutriendis parcit,& fauet,ne contristet peccantium voluntatem, tàm non est misericors;quàm qui non vult cultrum rapere puero, ne audiat plorantem, & non timet ne vulneratum
112 doleat,vel extinctum † Idē sanctus in eadem allegata epistola 50.Bonifacio,vbi dicit; *Molestus est Medicus furenti phrenetico, & Pater indisciplinato filio, ille ligando; iste cedendo; sed ambo diligendo si autem illos negligāt, & perire permittant, ista potius falsa mansuetudo,& crudelitas est.*& epist.167. Festo dicit.*Nā,& Phrenetici nolunt ligari, & Lethargici nolunt excitari;sed perseuerat diligentia charitatis phreneticum castigare, Lethargicum stimulare, ambos amare; ambo offenduntur; sed ambo diliguntur, ambo molestati, quamdiù ægri sunt indignantur; sed ambo sani gratulantur.* Et idem D. Augustin. de sermone Domini in monte lib. 1. cap. 37. & seq.ait,quod non est metuendum,ne odisse paruulum, filium parentes videantur, cū ab eis vapulat peccans, ne
113 peccet vlterius † Nam dicitur Prouerb. cap. 3. *Quem diligit Dominus corripit, flagellat autem omnem filium*
114 *quem recipit.* † & cap.13. *Qui parcit virgæ odit filium suum; Qui autem diligit illū instāter erudit.*c.solitę de maiorit.& obed. cap. Salomon 45.dist. c.non omnis 5.q.5.c. nimium,cap.displicet, cap.ea vindicta 23.q.4. Apocalips. c.3.*Ego quē amo arguo,& castigo,*Et Ecclesiast.c.30. dicitur,*Qui diligit filiū suum assiduat ei flagella.*& Prouerb c. 23.*Tu percutis quidem illum virga, sed animam illius liberas à morte.* Petrus Gregor.

gor.lib.33.Syntag. Iuris c.6. num. 4. Latius D. Paul. in epistol. ad Hæbre. cap. 12. *Quem diligit Dominus castigat: flagellat autem omnē filium, quem recipit. Quis enim filius, quem non corripit Pater? quod si extra disciplinā estis, huius participes facti sūt omnes; Ergò adulterini, & non filij estis*, id est, non filij legitimi estis, ad quos solos pertinet hæreditas, vt illud interpretatur Doctissimus Cardin. Bellarmin. de officio Princip: Christ: lib. 2. pag. 209. in vita S. Dauid Regis. Nec quęritur nisi vt, & ille vindicet cui rerum ordine potestas data est, & ea voluntate vindicet, qua Pater paruulum filium flagellat, quem per ætatem odisse non dum potest, cum possit peccatum amore potiús vindicari, quam impunitum relinqui, vt illum, in quem vindicat, non pœna miserum; sed correctione beatum velit. Et Salomon Prouerb. c. 23. admonet. *Percute filium tuum virga, & liberabis animam eius à morte* cap. cum beatus Apostolus 45. distinctione, S. Augustinus Epist. 48. Vincentio tolerabiliora sunt enim amici vulnera, quàm adulantium oscula. Prouerb. cap. 27 D. Ambros. lib. 3. officio. cap. 16. cap. non omnis 5. q. 5. & cap. non osculatur. Ibidem

115 c. nimiū 23. q. 4. † Id etiam in inimicis ponderauit dicēs; Si enim quisquam inimicum suū periculosis febribus phreneticum factum, currere viderit in præcipitium; nonnè tunc malum potius pro malo redderet, si eū sic currere permitteret, quàm si corripiendum, ligandumque curaret; & tamen tunc ei molestissimus, & aduersissimus videretur, quando vtilissimus, & misericordissimus extitisset; sed planè salute reparata, tantò ei vberius gratias ageret; quantò sibi eum minùs pepercisse tenuisset. Quæ doctrinæ habentur in cap. ipsa pietas, cap. quid faciet, cap. est iniusta, d. c. nimium 23. quæstio. 4.

116 † Vnde D. Ambrosius sermon. 8. in psal. 118. relatus in d. c. est iniusta 23. q. 4. ait, Quod si quis latronem filijs deprecantibus motus, & lachrimis Coniugis eius inflexus absoluendum putet, cui adhuc latrocinandi aspiret

affectus, nonnè innocentes tradit exitio, qui liberat multorum exitia cogitantem certè si gladium reprimit, vincula dissoluit, cur laxat exilio, cur latrocinandi, qua potest clementiori via, non eripit facultatem, qui voluntatem extorquere non potuit

117 † Nam cum vni indulget indigno, plurimos facit ad prolapsionis contagium prouocari. Facilitas enim veniȩ incentiuum tribuit delinquēdi.

118 † Inde Seneca libr. 1. de clement. dicebat cap. 2. Vbi discrimen inter bonos, malosque sublatum est confusio sequitur, & vitiorum eruptio, & vbi negligentia, & malignitas Principum malè consultis impunitatem, rectè factis nullum pollicetur præmium, non illos à crimine; sed hos deterret à laude. Georg. Pagliar. obseru. 438. ad Ta

119 citum † & ista est vna ex principalioribus causis in quibus iustum bellum fundatur; & quæ efficit eius furorem oculis Dei acceptum fore, qui, vt ait, Gratianus in cap. hoc tamen 23. q. 5. Sicut nos misereri iubet pœnitentium, sic prohibet esse misericordes cum obstinatis, & impœnitentibus, qui inter flagella duriores fiunt, sicut Pharao, qui flagellatus à Domino durior factus est, c: sunt plures in fine de pœnit. distinct. 3. cap. noli 23. q. 1. cap. non omnis 5. q. 5. c. Nabuchdonosor 23. q. 4.

120 † Deus enim apud Hierem: cap. 23. & cap. 50. Ezechiel: cap. 34. Ioann. cap. 10. reprehendit negligentes Pastores, qui non reducunt ad ouile errantes oues, nec deperditas

121 quærunt. † Et furor belli accentis suauibus resonat in auribus eius, quando per eū inobedientes reprimuntur, c. quid culpatur 23. quæstio. 1. dicitur enim Psalm. 57. *lætabitur iustus cum viderit vindictam, manus suas lauabit in sanguine peccatoris*, habetur in c. 2. 27. q. 1.

122 † Dicit D. Augustinus tractat. 11. ad cap. 3. Ioann. vt refertur in cap. quando 23. q. 4. Mirantur mali, quia commouentur potestates Christianæ aduersus detestandos dissipatores Ecclesiæ; si non ergò mouerentur, quomodo redderent rationem de im-

pe-

perio suo Deo? Intendat charitas vestra quid dicam; quia hoc pertinet ad Reges seculi Christianos, vt temporibus suis, pacatam velint matrem suam Ecclesiam habere, vnde
123 spiritualiter nati sunt †Nabuchodonosor Rex decreuit dicens Daniel. cap. 3. Quicunque dixerint blaspemiam in Deum Sydrach, Misach, & Abdenago in interitum erũt, & domus eorum in perditionem, Ioann. Zonar: tom. 1. Annal. pag 86. Si ergò sçuit Rex alienigena ne blasphemaretur Deus Israel, qui potuit tres pueros de ignis incendio liberare: cur igitur nolunt, vt sæuiant Reges Christiani in eos qui Christum aspernantur, à quo non tres pueri solummodo; sed totus terrarum Orbis, cum ipsismet etiam Regibus à perpetuis gehænnæ ignibus liberatur? præsertim quando vident virulentam illam in Christum, & populum eius impietatem, audiuntque dici Christiano viro; Dic te non esse Christianum: O detestanda hominum iniquitas, qui similia talia facere contendunt, eademq; tamen pati nolunt?

Ex his rationibus omnibus, & multorum præclarissimorum virorum authoritatibus facilè intelligi potest quã iustum, quàm necessarium, quamq; Deo Opt. Max: gratum sit bellum hoc, quo diuina sua gloria, & Catholicæ Fidei exaltatio, & propagatio spectatur, quoque pacta tàm perniciosa, quibus Christiana Respub: subsannatur, luculentoque omnium dolore in intimis fidelium cordium penetralibus sentitur, denique rescindantur. Quis igitur te, ò Inuictissime Rex, ex barbaris etiam Gentibus, summis omnium laudum encomijs nõ extollet? Si S.R.T. Maiestas, rebellium istorum tàm obstinatã cateruam ad pedes suos procumbere, bello, gladio, fame, & quauis alia vi compulerit.

124 † Nullus itaque admiratione ducatur, si T. Manlius Torquatus Generalis Dux Romanorum, vel Imperator in bello illo, quod Romani contra Latinos, & Campanos duxere, quod difficillimũ reyera fuit, quod filium suum securi percuti iusserit, quod inscio Patre, licet à Geminio Metio

Tu

Tusculanorum Duce ad dimicandum prouocatus esset, & reportatis opimis spolijs gloriosam victoriam adeptus esset, eò quod Reip: Romanæ salutē, tanquā disciplinæ militaris ignarus, cū hoste congressus violatus fuisset, gloriosiùs esse censens, vt filius licet animosus, ac fortis à lictore instar hostis mactaretur; quàm patriam militari disciplina carentem hostium insultibus
125 obnoxiam esse † Quemadmodum, & Posthumius Tiburtus Dictator, qui Aulum Posthumium, quem ad generis sui, sacrorumque Penetraliū successionem genuerat, cuius infantiæ blandimenta oculis, atque sinu fouerat, quem puerum literis, quemque iuuenem armis instruxerat, patris, ac patriæ licet amantissimum, eò quod propria sua sponte, absque patris iussu, cū hoste dimicauerat, eundemq; fuderat, securi percuti iussit, referentibus de illo, Liuio lib. 6. cap. 9. & libr. 8. & libr. 9. & Tito Manlio Torquato ibidem; Dio: lib. 10. Valer. Maximo lib. 2. cap 7. de disciplina militari S. 6. Agell. libr. 9. Noct. Attic: cap. 13. in fine. Eutropio li. 2. Valentin: Forster: de Iurisdictio. Romana cap: 6. num. 5. Plinio de viris Illust. de Tito Manlio loquēte Salust. de coniurat. Catilinæ vers. *apud maiores*: Portio Latro. declamat: in Catilinam. M. Tullio libr. 1. de finibus. Polybio lib. 6. histor. pag. 568 Boerio tractat. de seditiosis S. 7. numer. 61. & post Virgil: libr. 6. Aeneid. Claudiano in exhortatione Theodosij ad Honorium. Forcatulo libr. 1. de Gallorum imperio, & philosophia pag. mihi 719. Tiraquel. de pœnis temperandis causa 52. num. 3. & seqq. Menoch. lib. 2. de arbitra. casu 365. num. 8. quò tendit l. desertorem S. in bello, ff. de re militari, quam ponderat Martin. Laudens. tract. de bello nu. 22.

Nonnè iustum est itaque, vt S. R. V. Maiestas, causam suam, regnorumque suorum statum altiùs tandem secum perpendat, & iacturā, quę subinde nascitur in æquilibrio authoritatis, & glorię suæ, pōderet ea, quæ regnorū suorū solidā stabilitatē inducūt ante oculos ponat, & eò tandem omnes suos nutus, ac deside-

ria

ria quouis modo dirigat, vt Rebelles istos nouis militiæ regulis, studijsque prosternere, sibique subiugare, meditetur; non, inquam, vt eos grauioribus aliquibus pœnis afficiat (Multis enim rerum argumentis patet, quod S.V.R. Maiestas eos, omnesque alios suos Vasallos paterna pietate fouere cōsueta sit pro peccato magno paulum suppli cij sumendo quod patris proprium esse obseruauit Teren. in Andria actu 5. scena tertia) sed vt eosdem tanquam filios aberrantes, ouesque ab ouili fugientes, nouis strictioribus pactorum obseruationibus, in obedientia confirmare insudet. Nam secundum Diu. August. in d. cap. nimium 23. quæst. 4. N*on omnes qui parcunt sunt amici, nec qui puniunt inimici; Nam Deus corrigit quos amat*. Quocirca si Latinus ille exercitus, absq; strictiori militari disciplina, vinci nequit, magnanimusq; fortisque illius consulis filius
126 moriatur, † & si status Belgici, oblatam ex gratia, & benignitate pacem amplecti renuant, ceu, Domus Dauid Absalone viuente, demoliantur ædificia magnifica illius, destruanturque muri, & moriatur denique formosus ille Absalon, aut sæua quercu pendeat cum alijs malefactoribus, quantum possibile foret miserabiliter, cum licitū sit, absque homicidij excessu, eosdem morte afficere. Nam tristitia quæ ob mortem illorū per orbem passim reboabit, consolabitur, & lætitia afficiet Sacrosanctam Ecclesiam Catholicam, & ob pacem consequutam exhilarabit, vt ait Gratia: in c. quis enim 23. q. 5.
127 † hæc .n. vera sunt in tm̄ q publicus, ac notorius Rebellis spoliari potest impunè, & remedia spoliatis concessa negantur illi; ita post Alexandr. cons. 103 lib. 3. tradit Alciat. consil. 50. num. primo, quarto, & seqq. lib. 6. & cons. 4. numer. 12. lib. 7. Anton. Gabr. conclus. 1. de restitut. spoliat. limit. 36. num. 166. & in num. 190. nec restituitur in integrum, cap. euidentia, cap manifesta 2. quæst. 1. cap. votum 12. quæstio. prima. Sfort. de in integr. restitution. part. 2.
128 quæst. 93. art. 4. num. 24. † Perdit enim dominium bonorum ipso iure, glos. verbo, *ipso*

iure, in cap. cum secundum de hæret.lib.6 Alciat. consil. 50.num.2.lib.6. & in Regno Neapolis est capitulum Regis Caroli primi *de his, qui prætendunt ius habere in bonis prodit.* pragm.prima, de bonis Proditor:Maxilla in proemio ad consuetud.Bari,n.87.

129 † Et potest impune etiam offendi in persona l.1.§.fin. ff. ad l. Cornel.de sicar Bar.in extrauagan qui sint Rebelles verbo *rebellando*. Alciatus d. consil.50.num.2. & cons. 4. num.12.lib.7.Paul. Castrens. cons.212.num.1. par.2. Farinac cons.crimin:101 num.8.

130 † Inde Petrinus Bellinus tract:de re milita:par.2.num: 84. auctoritate Bartoli, vbi proximè verbo *occultè*, num. primo,& Ioan. Francisc.de Ponte cons.90.num.53. tom. 1. dicunt, Quod Rebellis etiam occultus potest occidi impunè l. proditores, ff de re militar.l.3. §.final. ff. ad leg. Cornel. de sicar.Tho. Grammat.voto 18.num.36. Iacob. Rebuff.in leg. 2. C. de desertor.lib.12,num.2. vbi Additio eam rationem assignat, Quia prouocant iram omniũ in se,& odium ad vindictam, ita notat Bald. in l. prima, vers.quinto oppono, C. de seru.fugitiuis,& ideo quilibet tenetur indicare Rebellem,vt ex cap.regni Neapolis nuper apud Tranum, & alijs Iuris decisionibus tradit Ludouic. Carrer.in praxi crimin tit.de Hæretic.§. nunc de Receptatoribus num. 11. & post homicidium quæretur de eius iustitia, vel iniustitia, & veritate obiectę rebellionis,sequitur Petrus de Anchara. cons. 277.num.12. dicens, Quod vbi quies patriæ infestari timetur omisso Iuris ordine, ad arma recurritur, quibus dilatatis, ruit imperium cum omnibus. Nam non debet quispiam expectare ictum,

131 † Vndè Terent.in Eunuch. Actu 4. Scena 6. dicebat, *Malo ego nos prospicere; quã hunc vlcisci, accepta iniuria*; Et in lege final.C. in quibus causis in integrum restitutio necessaria non est; Dicitur meliùs esse ante tempus occurrere; quàm post vulneratam causam, remedium

132 quærere † Licitum quoque ait Ancharan.cons.439. incip. ex prędicta, numer. 11. præuenire cum armis, cum

probabili iudicio, quis timet præueniri,& quoties verisimi liter ex iuris obseruantia posset turbari status,& quies Prouinciæ, debet seueritas disciplinæ contra pericula prouidere, cap.In nomine Domini 23. distinct. Baldus quoque dixit in cap.primo, versic.Imperialis num. secundo,de pa-
133 ce constantiæ, † Non mirùm si contra Rebelles ferocitas, & seueritas exerceatur, nec quisquam cum illis debeat vti misericordia secundum Boer:in Addition. tract. de autho: magni consilij numer. 155. eò quod peccent, cum contra Dominum suum bella exerceant lege secunda, C.de commer: & mercato.leg.final. C. locati, cap. quo iure, distinctio: octaua, Afflict.decisio.4. nu-
134 mer.quarto, † Et ideò castris, & alijs priuari possunt à Domino, Menoch. consil. 378. num.2: libro quarto, sicut in ciuitate Rebelli, quod amittat castra eidem subdita; nec recuperet illa redeundo ad obedientiam ex Panorm. in cap. inter cetera de maiorit. & obedient: Afflict. in constitutio. dubitationem; Rubric: de contum. vniuers. num. 14. tradit Farinac: in praxi crimin. tomo primo, quæstio.24.num. 125 facit cap. 1. §. Porrò, titul. quæ sit prima causa benefic:amitten. in vsibus feudor. vbi Aluarot. capit: Vnico Quot sint testes necessarij ad probandum ingratit: & Anania consil. septimo, Ioannes Garc: de nobilit glos. secun-
135 da, num. 27. † Hoc per pulchrè docuit Vlpian. in lege si quis filio exhæredato, §.Hi autem, ff. de iniusto, rupto,irritoque facto testamen: ibi, *Nisi fortè latro manifestus sit,vel seditio prærupta, factioque cruenta, vel alia iusta causa, quam mox Præses literis excusauit, moram non recipiant, non pœna festinatione; sed præueniendi periculi causa; tunc enim punire permittitur, deinde scribere*, lege penultim. ff. ad leg. Cornel. de sicarijs, ibi, *Nisi fortè tumultus aliter sedari non possit*, c. de his verò, distinctio. 50. cap. placuit de consecrat. distinct. 1. Bald. in cap. 1. ad finem titul:

I 2 qua-

qualiter iurare debeat Vasallus Domino fidelitatem num. quinto, & in l. 1. vbi Additio ff. de offic. eius cui mand. est iurisdict.

SVMMARIVM.

1 *Rebellio inducitur subtrahendo se ab obedientia superioris.*

2 *Principi, & statui illius bellum inferri curantes, dicuntur rebellionem committere.*

3 *Pax qualis appetenda, & qualis repudianda.*

4 *Bellum quomodo fieri conueniat, vt pax iusta consequatur.*

5 *Romani etiam victi pacem indecoram inire noluerunt.*

6 *Bellum quatenus fugiendum ex Polybij sententia, & pax desideranda.*

7 *Pax colenda est vbi Dei iacturam non facimus; & bellum gerendum vbi religio periclitatur.*

8 *Bellum iustum honestius est pace iniusta.*

9 *Pax tunc est facienda, cum sub ea non latent bellum, & insidiæ.*

10 *Pax iniquis conditionibus facta vix durabilis est.*

11 *Pacis dulcedine ad iniusta deflectere non debemus.*

12 *Romanus Senatus qualiter puniuerit M. Clodium propter turpes paces.*

13 *Pax quæ implicitum dedecus, & seruitutem habet repellenda.*

14 *Bellum tutius est pace suspecta.*

15 *Verba illa non veni mittere pacem, sed gladium quomodo intelligantur.*

16 *Pax est bellum sumere, cum non potes artibus pacis frui.*

16 *Bella suscipi debent, vt sine iniuria viuatur in pace.*

18 *Bella quæ sint iusta.*

19 *Bellum pro religione, & fide iustum est, & laudabile, & num. 36.*

20 *Bellum licitum semper fuit pro aris, focis, patria, parentibus, filijs, & coniugibus.*

21 *Atheniensium puberes pro quibus pugnare iurabant.*

22 *Bellum iustum est pro conseruatione dominij.*

23

23 *Iurisdictionis exercitium dicitur propriè, bellum contra rebelles.*
24 *Belli suscipiendi authoritas ad Principem spectat.*
25 *Rebelles sunt acie vincendi, & bello certandum si detrectatur imperium.*
26 *Bellum quare introductum.*
27 *Bella conseruant Dominia Regum.*
28 *Rebellium bona capi possunt donec ad obedientiam debitam redierint.*
29 *Roma antiquior fuit disciplina militaris charitate liberorum.*
30 *Militaris disciplina commoda recensentur:*
31 *Pacem qui desiderat praeparat bellum.*
32 *Pacis firma via qualis sit.*
33 *Paces ficta aliquot recensentur, & earum incommoda.*
34 *Ierem. threnor. cap. 4. ponderatur.*
35 *Mathathiae exhortatio ad filios adducitur, & nu. seq.*
37 *Euricus Gothorum Rex iniustas paces repulit.*
38 *Summum hominis bonum in religione consistit.*
39 *Religio neglecta, aut collapsa, trahit secum Rempublicā.*
40 *Deo proximus est per quem illius maiestas vindicatur.*
41 *Commissum in diuinam religionem, in omnium iniuriam tendit.*
42 *Religionis perturbatores publicè puniri debent.*
43 *Proditor Regis dicitur proditor Dei.*
44 *Fidelis non erit hominibus, infidelis Deo, & è contrario.*
45 *Constantini Imperatoris pulchrum factum in probanda fidelitate familiarium suorum enarratur.*
46 *Pax, & concordia ab infidis, & rebellibus sperari nequit.*
47 *Cambyses spoliato templo fratrem suum fecit occidi.*

ARGVMENTVM.

Rebellio qualiter contrahatur, & Pax qualis, & qualiter appetenda, vel reijcienda, vel tractandum bellum, maxime contra rebelles, aut pro religione tuenda, & de illius bonis

nis, qualiaque damna sortiatur Respublica labente illa.

CONSIDERATIO III.



Onsideret quilibet Princeps, cuius authoritas, & magnitudo, ad eminentiorem Ecclesiæ Catholicæ Romanæ exaltationem resplendet, quod in Foro conscientiæ teneatur, imò multis rationibus obstrictus sit, nunquam arma deponere, donec ad ynum vsque
1 eradicentur Rebelles, † qui non solũ à iusta Principis sui obedientia se eximunt, ex quo solo crimen rebellionis committitur, vt ex l.amissione, §.qui deficiunt, ff.de capitis diminut: & ibi Bal.n.8.tradit Bart. in Extrauagan. qui sint rebelles, verbo *tenore,* & verbo *rebellando.* Idem Bald. in l.si vero, §.quid ergò nu.2 ff. de testam:milit: Marcus Anton.Natta consil.579.nu.19. Bathol.Soccin. cons.121.nu. 2. volum. 4. Decius in cap. fane num.21, vbi Cardin.Zabarell.num.4. de offic. & pot. iudi.deleg. Petr. de Anchar. in clemen.Pastoralis, num.4. de sent. & re iudica. Afflict. in cap.1. quibus modis feud: amittatur verbo, *item si rebel-*
2 *lis,* num. 28. † maximè cum omnibus curauerint modis, vt Principi, & statui illius dãnum inferatur. Bart. vbi supra Bald.cons.271. incip. *queritur* num.1.par.2. allegans l. 1 ff.ad l.Iuliam Maiest. Decius cons.410.colum. penul. Alex. cons.13.num.7.libro 6. Hieron. Gabriel. cons.179.num.4 lib. 1. Minadois decis. Neap. 37.nu.10. Baiard. ad Iulium Clarum, §.læsæ Maiestatis n. 32.Fab.de Ann.cons. 12. nu. 4.cons.67.à nu.9.Franc.Marcu q.Parlam.dalp.772. nu:1. sed etiam diuina, & humana conturbando, omnes in partes enituntur, omnemque lapidem mouere tentant, vt Catholicam fidem reprobẽt, & misellos illos, qui eandem amplexi sunt, ab eiusdem cultu, & obseruantia auellere queant; ac proindè cum ijsdẽ pax, quæ à diuinis, & humanis legibus interdicta est, nequaquam facienda est; & quod in bellis honestis tãquã

tur-

turpis furum manipulus repu
diandi sint. ex Demosthene
tradit Ioann. Stob. sermo.48:
3 de bello † nã dicebat Francisc.
Guicciard.lib:15. quod cum
suspitionibus liberat, cum pe-
riculum non auget, cum quie
scendi, & sumptuum minuẽ-
dorum facultatẽ adfert, pax
expetenda, sanctaque est:sed
cum omnia pariat contraria,
sub insidioso pacis nomine
bellum latet, & salutaris me-
dicamenti specie pestilens ve
nenum abijcienda. Dicebat
idem Demosthenes orat.3. in
Philippum, *Verum est ne*
(Prob Diuum fidem) quisquã
sanæ mentis, qui vel pacem
seruantem, vel bellum secum
gerentem, ẽ verbis magis, quã
è factis æstimarit? nemo sa-
4 *nè* † sequendumque consiliũ
Manlij, de quo apud Liuium
li.7.decad.1. vbi ait, ostendi-
te modò bellum, pacem habe
bitis: videant paratos, arma
remittent, vt fecerunt Veneti
potiùs, quàm Turcarum Regi
Cyprum tradere: & Romani
quoque postquam à Perseo
victi fuerant, cum eo pacem
inire noluerunt; nisi priùs se
ipsorum imperio subijceret, &
Italia excederet, vt apud Li-
uium libr.4.decad. 5. Georg.
Pagliar. obseru.78. ad lib. 1.
5 Taciti † Polyb libr. 4. histor.
vbi ait, *Equidem ita existi-*
mo, fugiendum quidem esse
bellum; non tamen ita fugien-
dum, vt omnia ne in id inci-
damus sustinere, perpetique
velimus. Quid enim, vel æqui
bilitatem in Republi. vel fidu-
ciam, vel libertatis iucundissi-
mum nomen laudaremus, si ni
bil omninò esset paci anteponẽ-
dum? Sed neque Thebanos
laudamus, quod tempore Me-
dici belli, vt à communi Græ-
ciæ periculo essent immunes, ea
per formidinem elegere, de qui
bus posteà periclitati sunt.
Neque Pyndaro *assentimur,*
qui in poematibus suis, ciues
hortatur, vt cæteris omnibus
postpositis, pacem dũtaxat, &
tranquillitatem amplectan-
tur, ac pacem magnificè scru-
tatus definit esse quietis termi
num, & splendidam lucem.
Verum cum se persuabiliter
dixisse putaret, paulo post re-
pertus est omnium turpissimã;
ac nocentissimam tulisse sen-
6 *tentiam.* † *Pax enim si iusta, &*
honesta sit, res est certè re-
rum omnium pulcherrima,
atq. optima. Nihil tamen est

aut faciendum iniustè, aut patiendum turpiter, vt pace frui valeamus: referunt Petrus Gregor. lib. 11. de Republic. cap. 13. num. 8. Vuaremun. in meditam. pro fœderibus, cap. 2. num. 96. Elias Reusner. lib. 3. artis stratagemmaticæ, capit. 2. pag. 479. Guill. Pachymerus lib. 5. historiar. dicens.

7 † Quod pax colenda est, vbi Dei iacturam non facimus, rursum bellum gerendum vbi religio periclitatur: exemplo sint Machabæi qui oblatam pacem ab Antiocho admisere salua religione. Machab. lib. 1. cap. 6. Pax enim non meretur nominari, ex qua resultat in iustitia, aut detrimẽtum animarum. Paris. consil. 68. num. 211. & seq. volum. 4 dicens ex Diu. Thoma super cap. 10. euangelij. D. Matthei & cap. 14. euange. D. Ioannis quod pax quæ est causa peccati, est simulata, & imperfecta. Dixitque Ioann. Stepha. Duranti, libro 2. de ritib. Ecclesiæ Cathol. cap 52. num. 3 quod non omnis pax est amãda, nam auctore D. Gregor. Nazianz. orat prima de pace. *Vt optima quædam est dissentio, ita perniciosa est quandoque concordia. Pax amanda quæ bona est, bonique causa initur, Nosquè Deo coniungit.* Et postea; *Melior est contentio pietatis causa suscepta, quam turpis, & vitiosa concordia*: Idem in oratio. ad centum quinquaginta Episcopos. ait: *Non est paci studendum, cum veræ, atque orthodoxæ fidei pernicie.* Et Cõstantinus Imperator epist. ad Consilium Romanũ, quæ habetur in 6. synodo ait, bonum est quidem habere ad omnes, qui concordiam erga pietatem habent, melius est autem pugnare, quando actio pacis consensum in malum operatur, nam Dominus inquit, nõ veni mittere pacem in terrã, sed gladium.

8 † Nam bellum iustum honestius est, & fęlicius iniusta pace, vt Demosthenes tradit tomo 2. in oratione de corona. Zoanet. de Romano Imperio, & eius iurisdictione num. 1. tomo 16. tractatuum. Petrus Gregor dict. libr: 11. cap. 11. num. 3, 6. & seqq. Et ex sententia Petri Magni tractatu de consilio, cap. 7. † Vt pax 9 quæ nihil habet insidiarum, semper est expetenda, sic vbi de

de fraude agitur, crebrisque insidijs petimur bello pacem mutare oportet potius quam per desidiam pati nos oscitãtes opprimi,& quasi tabe cõsumi. Lælius Zechius lib.2.de Principe cap.4.num. 1. Vuaremund.de fœderibus cap. 2. num. 96. nam vbi latent insidiæ pax esse non potest,Bal. in cap.1.de pace iuramen.firman.Paris.consi.68.nu. 210. vol.4.Afflict.dec.403.num 8 fuit sententia Marc. Tull.lib. 1. officio. dicentis paci tunc consulendum esse, cùm nihil insidiarum habet. Idem Philippica 7. *Nec ego* (ait) *pacem nolo,sed pacis nomine bellum inuolutum reformido*;& Philippica 12. ait quod pax est repudianda si sub eius no

10 mine latet bellum † Et quia pax quæ sub iniquis initur conditionibus, vix durabilis est, probat Lælius Zechius,libro 2.de Principe,cap.4.n.5 Iustus Lips.lib.5.ciuil. doctri. cap.17.

11 † Vnde meritò Petrus Gregor.dicto lib.11. de Republi. cap.13.num.8.ait. Cum agitur de pace constituenda, & conseruanda,cauendum est, ne eius dulcedinis prætextu ab eo quod iustum est deflectamus,& ne cum torpore,& otio virtutem Reipublicæ extingui,aut in vitijs, aut indigna populo seruitute permittamus sordescere,populorum enim ferocia corda longa pace mollescunt, vt inutiles postea otiosi fiant, & reliquos corrumpant ita obseruauit, & scripsit Theodoricus Rex. Alarico Vuisigothorum Regi apud Cassiod.li.3.var.epist.1

12 † Quare Senatus Romanus M.Clodium Corsis,quia turpem cum his pacem fecerat, dedidit,& ab hostibus nõ acceptũ in publica custodia necari iussit, factũ eius rescidit, libertatẽ ei ademit,spiritũ extinxit, corpus contumelia carceris,& detestanda Gemoniarum scalarum nota fœdauit, referente Valer.Maxim: libr. 6.cap.3. §.3. Petrus Gregor. dicto lib.11.cap.13. nu. 8. dicens quod quamuis pax, vel iniusta vtilior sit iustissimo bello,ex Cic. lib.7 epist.14.

13 ad Atticum, † tamen videtur intolerabilis populo, aut Principi,quæ pactionem, aut labem, aut ignominiam seruitutis habet. Hinc Cicero d.orat. Philipp.13. aduersus

Con-

Consilium M.Lepidi, vt tuta, nec honesta pax possit iniri cum Antonio, laudans in principio pacis causam; sed ea non oportere decipi docet. *Timui enim*, inquit, *ne conditio insidiosa pacis libertatis recuperandæ studia extingueret. Dulce enim nomen est pacis; res verò ipsa cum iucunda, tum salutaris, Nam nec priuatos focos, nec publicas leges, nec libertatis iura, chara habere potest, quem discordia, quem cædes ciuium, quem bellum ciuile delectat: eumque ex numero hominum eijciendum, ex finibus humanæ naturæ exterminandum puto; Tu verò ita vitam, corpusque seruato, ita fortunas, ita rem familiarem, vt hæc posteriora libertate ducas. Itaque his vti velis, si libertate Rempublicam possis, nec pro his libertatem, sed pro libertate hoc proijcias, tanquam pignora iniuriæ*. Vuarem: in meditam. pro fœderibus cap 2. nu. 96. citans M.Tull. Philipp.4. dicentem, *Pacis quæ potest esse cum Antonijs ratio, in quibus est incredibilis crudelitas, fides nulla. Et quod in historijs tantopere vituperatur, qui stultè suadere, & turpem accipere, quàm illi, qui eam conseruare, nec violare solent*. Et Isocrates in orat: 4. panegyrica, pacem turpem, & contumeliosam Lacædemoniorum repræhendit. Optimè Reusner. lib.3. Artis stratagemm. cap:
14 2. pag. 479. † & Tacitus lib. 4. histor. pace suspecta, tutiùs bellum, ait Lipsius libr: 5. ciuil. doctrin: cap. 19. dicens, ex Vegetio li. 3. cap. 3. Frequentius conuentionum, pacisque simulatio credulis; quàm arma nocuerunt. Quando enim pax non est firma, vinci, aut vicisse nil refert.
15 † Quarè D.Chrysostom: Homil. 36 in Matthæum ex cap. 10. illius dicit, *Non veni mittere pacem; sed gladium*, inquit Christus Matthæ. 10. Quia ille gladius est separatio boni, à malo. Tunc enim sequitur pax, quæ decantatur Lucæ cap. 2. ab Angelis, *Et in terra pax hominibus*. futuramq; in diebus Christi prædixerunt Prophetæ: Quia tunc verè pax præstatur, quãdo, quod tabe, & sanie corruptum est abijcitur, & abscinditur, quando factiosa, & improba pax repellitur, aut omni-

ninò destruitur, Molina tomo 1. de iust. tract. 2. disputa. 99. Nicola. Biesius de Repub. lib. 4 c. 7.
16 † Quare dixit Andreas Alciatus Emblem. 177. Pax est tunc sumere bellum, quando aliter non potes arte frui pacis; optimè Claud. Minois ad eum, text. in cap. Quid culpa-
17 tur 23. q. 1. † Imò, & Diu. August. post M. Tull. lib. 1. offic: & Platonem lib. 1. de legibus. infra relatos dicit, Ob eam causam suscipienda esse bella, vt sine iniuria in pace viuatur, text. in cap. noli 23. q. 1. Camill. Borrell. de præstantia Regis Catholici, cap. 31. num 82. memorántque, & obseruant Antonius Corsetus tract: de priuilegijs pacis, num. 22. Donatus Acciayolus lib. 7. Comment. in politica Aristo: fol 218. Sebast. Foxius libr. 2. de Regni, Regisque institut: Andreas Gayll. lib. 2. practicar. obseruat. obseru. 57. num. 4 & 5. Card. Alban. in l. congruit nu. 22. & 25. ff. de officio Præsid. Petrus Gregor. lib. 11. de Republic. cap j. num 7. Petrus Magnus in lib: de consilio, & cōsiliar: cap. 7. Lelius Zechius, lib. 2. de Principe cap. 4. nu. 1. F. Ioann. S. Mariæ de Politia, & Repub. Christiana cap. 13. Iustus Lipsius lib. 5. ciuil. doctr. cap. 4. dicens, post Diu. August lib. de Verbis Domi-
18 ni † Quod apud veros Dei cultores etiam bella peccata non sunt, quæ non cupiditate, aut crudelitate; sed pacis tantummodò studio geruntur, vt mali coerceantur, & boni subleuentur. Salustius in orat: ad Cæsarem dixit: *Sapientes pacis causa, bellum gerunt, & laborem spe otij sustentant*, cap. noli, cap. militare, cap. apud Veteres 23. q. 1. cap. dominus 23. q. 2. Vbi Dei voluntate bellum constat esse institutum, ad pacem tamen, & propulsandas iniurias, vt docet ibi D. Augustinus, facitque quod ait Marc. Tull lib: 1. offic. *Suscipienda quidem bella sunt, vt sine iniuria in pace viuatur*: Vndè, Plato in principio de legibus Minois, & Lycurgi leges tacitè (vt solet) emendat, quod ad bellicam artem potiùs declinauerint; Nam pugna, & victoria, cum laborum, malorumque sit plena, non propter se est expetenda; sed eli-

genda propter pacem, & tutam vitæ tranquillitatem.

Vndè concludit non decere pacis studia ad bellica; sed bellica ad pacis studia referri: idque comprobat Fortun: Garś: in l. manumissiones nu. 7. ff. de iustitia, & iure, Baldus consi. 439. incip. *ad bellum*, num. 6. vol. 5. Maria. Soccin: Iun. cons. 140. num. 23 vol. 2. Rom: in sermone post sua con
19 silia num: 22. † Sanctissimis enim Maioribus nostris bellū pro religione, Fide Catholica, ac pro pace conseruanda meritò geri placuit. *Plena equidē iustitia est*, vt D. Ambrosius ait, *Patriam à Barbaris bello tueri, infirmos defendere, & à latronibus socios protegere*, cap. fortitudo, cap: si quis 23. q. 3. Belluga in Specul. Princ. rub. 46. versic. *sunt, & alia* num 7. vbi Additio, pro Christo verò, & Sãctis quis mortem dubitet oppetere. Quæ enim sanctior mors, quàm pro illo fundere vitam? qui, vt immortalitatem nobis miseris pararet, nō solùm flagellis crudelissimè percuti, clauis perfodi, in faciem conspui, & alijs diris tormentis, absque vlla sua culpa affligi non dubitauit; sed summa etiam cum alacritate, & patientia mortem tam opprobriosam subire non horruit. Vndè Aeneas Syluius, in historia Bohemica ait, Non tàm propter regni gloriam, aut possessionem agrorum; quàm propter religionem, Christi honorem, & animarum salutem, bellum esse gerendum. Lipsius libr. 5. ciuil. doctri. cap. 4. Biesius d. libr. 4. cap. 7.

20 † Prudenter equidem senscre Maiores nostri pro Aris, & Focis, patria, parentibus, filijs, aut Coniugibus bella gerere, licitum esse, vt ait Albanus SpinaSati: lib. 1. Polit: capit. 7. Iodocus Clicthoueus tractat. de Regis officio c. 17:
21 † Quò spectat iusiurandum quod Puberes omnes Athenis in Aglauræ templo præstare solebant, videlicet. *Pugnabo pro sacris, pro legibus, pro Aris, & focis, siuè solus, siuè cum multis, & ne patriam meam deteriorem, quã accepi, Posteris tradam, omnibus enitar viribus*. Moron. de treg. & pace q. 5. num. 4. & 6: D. Ambrosius relatus in cap. fortitudo 23. q. 3. Annæ.

Ro-

Robert:lib.2.rerum iudic. capit. 11.

22 † Et bellũ eſt glorioſum eligere, quod iuſtum ſit, quantumuis ſolummodo fiat pro dominij proprij conſeruatione, quod approbat ius Diuinum, naturale, & gentium, vt probat Paul. Caſtrenſ. conſil. 399. incip. *Priuſquam iura fierent*, num. 1. p. 1. Et glorioſum eſt quod fit pro offenſa Maieſtate. Poteſt enim, debetque Princeps Rebelles ab eius imperio deficientes armis proſequi, cap: authoritatem 15. q. 6. c. ſcire igitur vos 23. q. 8. l. amiſſione, §. qui deficiunt ff. de capit. dimin: Gigas de crim. læſæ Maieſt. tit: de Rebellibus q. 21. n. 5. Molina d. diſput. 99. verſ. 3. And. de Yſer. & Thom. Gramm. in conſt. regni Neapol: *de pacis cultu.* Nicol. Mozius in tit. ex quibus cauſis feud: amittatur n. 90. Menoch. de præſumpt. li. 6. præſ. 96. n. 5.

23 † Nec hoc propriè dicitur bellum; ſed iuriſdictionis exercitium, quam contempſerunt iniquè Innoc. in c. olim de reſtitu. ſpolia. num. 8. l. qui reſtituere, ff. de rei vend. Couarr. in cap. peccatum 2. p. relectionis, §. 9. num. 4. & §. 1. num. 3. Andr. Gaill. lib. 2. de pace publica cap. 17. n. 29. Lel Zech. lib. 1. Polit. cap. 5. num. 4. Petrus Gregor. d. lib. 11. de Repub: cap. 11. num. 7. & tradidi ego Ioannes Baptiſta Valenzuela in lib. pro Pontifice Romano contra Venetos p. 7. num. 65. & ſeqq. Bellum enim inferre non dicitur, qui iuriſdictionem ſuam exercet, vt poſt Fulgoſ. conſ. 235. incip. *Magnificum* col. 3. tradit Purpura. in l. 1. nu. 43. ff. de iuriſd. omn. iud. Et ſi dicatur poſſe bellũ indicere pro exercitio iuriſdictionis illam habenti, Bar. in l. hoſtes num. 11. ff. de captiu: & poſtliminio reuerſ: Bald in §. ſi ab hoſtib. n. 9. inſtit. quib. mod. ius pat. poteſta. ſolu. Alex. in l. omnibus num. 16. ff. ſi quis ius dicen: non obtemp: Fab. de Anna conſ. 7. nu. 23. Vndè Elias Reuſner. li. 1. artis ſtratagem. cap. 13. pag. 59. ait, Licere magiſtratui contra ſeditioſos, & rebelles ſuos ſubditos imperium detrectantes, & à fide qua ipſi ſeſe obligarunt deficientes; bellũ inſtruere, & iuſtitiam, atque iuriſdictionem, quam in eos habet (ſi aliter ne-

nequit) armata manu exercere, nec quenquam à suis subditis iusta ratione puniendi arceri posse, nec debere; siquidem parem in se legem statuat, ne, & ipse puniat subditos rebelles, ac delinquentes. Apud Thucydidem lib. 1. Corinth. prolixa ad Athenienses oratione demonstrat Fridericus SchencK in cap. vnico in princ. tit. Hic finitur lex in vsibus feudorũ, vbi inquit: *Si aduersarius, vel ob contumaciam, vel tyrannidem iuri parere contemnat; nec alioquin iudiciorum vigore in ordinem redigi queat, tunc actionibus prætermissis ad armorũ præsidia rectè confugietur;* dummodò Principis authori-
24 tate fiat † D. August. contra Faustum ait; *Ordo naturalis mortalium paci accommodatus hoc poscit, vt suscipiendi belli authoritas, atque consiliũ penes Principes sit.* Molina dicta disput. 99. & 100. l. hostes, ff. de captiu: & postlim: reuersis, Baldus cons. 439. nu. 8. lib. 5. Maria, Soccin. consil. 77. num. 30. volum. 1. Barbat. consi. 38. num 6. volum. 1. Ioann: de Imola cons. 52. num. 2 Alciat. cons. 132. nu. 20. lib. 5: Et in l. ex hoc iure num. 44. ff. de iust. & iure, Camill. Borell: de præst. Regis Catholici, cap. 67 à num. 1. & ex cap. 1 & 2. 24. q. 3 Guido Pape decisi. delph: 91. num. 4. Ysern: in titulo, hic finitur lex Conradi num 5. Claud. de Seysel in d. l. ex hoc iure, num. 25. & sequent: Nicol: Mozius vbi supra num. 90. Franc. Marcus decis. delph. 456. n. 44 p. 1. & q. 114. n. 4. p. eadem, Lips. lib. 5 ciuil. doctr. c. 4. Plato li. 12 de legibus, & ex Tacito 3. Annal. Idẽ Lips. li. 4. ciu. doctr. c. 3
25 vt Rei agi possint † Acie vincendi sunt Rebelles, & bello certandum si detrectetur imperium. Tacitus lib. 1. Annal: Lipsius lib. 6. cap. 4. ciuil. doctrin. Hieron. Frachetta in seminario de ratione status, & belli, discursu 46. Egregiè Petrin. Bellin. de re militari, par. 2. tit. 1. num. 7. pluribus comprobans exemplis, licere bellum gerere pro imperio, & gloria; Ioan. Baptista Asin. cons. 114. n. 5. to. 2. cons. crim.
26 † Nec ob causam aliam introductum fuit bellum; quàm ad tuendum se ab iniuria quę velit fieri, & vindicandum acceptam, vt ex D. Gregorio ait Gratian. in cap. 1. 23. q. 1.

cu-

cuius est natura conuerti in vtilitatem publicam; Eius enim intentio est, malos opprimere, & bonos exaltare ad pacis studium, cap. apud, cum seq. eadem causa, & quæstione. Aeneas Syluius epist. 131. cuius regulæ, vt ait D. Ambros lib. 1. offic. c. 27. & 36. est ratio qua Regũ Dominia bella seruant, c. fortitudo, c. non inferenda, 23. q. 3. Albanus Spina Sati. lib. 1 Polit. cap. 13 fol 34. & Gail. lib. 1. practic. obser. 7. n. octauo, vbi inquit;

28 † Quod si subditi sint rebelles permittitur Domino eorũ bona capere, illaque tenere donec ad debitam obedientiam reducantur, l. si quis fortè, §. si quis comitum, ff. de pœnis, iuncta l. vnica, C. ne sine iussu Principũ certis iud. liceat confisc. l. congruit, ff. de offic: Præsid. Alexan cons. 13. num. 10. vol. 6. & ita permansit Romanum Imperium

29 dum ipsa viguerunt † Nam, vt Paulus I. Consultus rescripsit Sabino in l postliminium 19. ff. de captiuis, & posthlim: reuers. Romæ antiquior, chariorque fuit disciplina militaris, quàm charitas, & potestas patrum ergà filios. Bald. in l. senium num. 2. C. qui testam. facere possunt, & ostendunt exempla ex Valerio Maxim. lib. 2. cap. 7. superiùs adducta

30 † Disciplina hæc fortè vinculum est in cuius requiescit sinu status tranquillitatis, & pacis, vt idem Valer. ait dicto cap. 7. in principio; Nam, vt ait Biesius libr. 4. de Republ. cap 7. de bello, *Si pace perpetua nobis frui liceret, nemo tam demens esset, qui bellum vllum putaret vnquam esse suscipiendum: Nunc autem, cum ea, vel nulla, vel non diuturna sine malitia potiri possimus; ideò cum rectè bellum ipsum malum sit*. Thucydid. lib. 5. *interdum verò est boni causa*. Aristot. 7 Polit. cap. 1. Hinc dicebat Vegetius in prolog. lib. 8. de re militari. Qui desiderat pacem, præparat bellum. Phylo Iudæus in lib. de charitate, hoc vtilissimum præceptum tradit Ciuitatibus, vt in pace de bello, & in bello de pace cogitent; Symanch. li. 9. de Repub. c. 16 n. 11. & 12.

31 † Hæc est via firmæ, & stabilis pacis, cuius nomen secundum Ciceronem pro lege Agraria est dulce, quo non modo

modo ij, quibus sensum natura dedit; sed etiam tecta, & agri lætari videntur. Idem Philippica 12.& 13. Bartholom. Facius lib.9.histo. diuersum à qualitate præteritæ pacis indigenæ magnitudinis Hispaniæ,& periculosior quidem; quàm iustus belli furor. Hic enim cum apertus sit,per terminos, & regulas suas incedit,& illa clandestinè,& occultè interficiet, cruentoque sanguine resperget,ac propterea vilipendi debebit, cum certum quodãmodo sub eorumdem pactorum nomine lateat bellum.

32 † Quid enim aliud Iugurtha volebat,quando pacem à Populo Romano petebat, nisi quiescere ad immanius postea bellum mouendũ,vt memorat Salustius in Iugurthino? cum qua decipiebat Rex Philippus Pulcher Franciæ Guidonem 24.Comitẽ Flandriæ octo annorum interuallo iniustæ pacis,quorum tempore plus sanguinis effusus fuit, quàm si bellum palàm gestum fuisset. Nam cum illũ benè instructum, potentiorique exercitu comitatum respiceret,falsis quibusdam promissionibus, fallacique pacis prætextu se excusabat, quasi promissis nõ stetisset Comes; sed pacis statuta transgressus esset,vndè plùs honoris,& lucri,quã anteà assequutus est; Verùm cum posteà Robertus eius filius astutia Philippi persuasus, consensum paci anteactæ præstitisset(quæ postea pax iniquitatis appellata fuit) arte se se illorũ, ægerrimè vidit delusum Hunc titulũ,epithetumq; huius nostri temporis. æquè tribuere possemus paci,quo Reipub. Christianæ satiùs, ac gloriosius fuisse censetur,belli nomen habuisse, quàm iniquo fallacis pacis cultu,à bello abstinuisse. Fieri namq; potuisset,vt S.R.V.M. etiamnum statibus Belgicis nequaquam turbatum priua-
34 tumue aliquoties gemeret † Quemadmodum quoque deplorat Propheta Ierem. threnor: cap. 4. dicens, *Non crediderunt Reges terræ,& vniuersi habitatores Orbis,quoniã ingrederetur hostis, & inimicus per portas Hierusalem,propter peccata Prophetarũ eius, & iniquitates Sacerdotum eius, qui effuderunt in medio eius sanguinem iustorum.*

Quid

Quid, quæso, aliud suspirarũt eiusmodi falsi Prophetæ, nisi vt S.R.V. Maiestas, negligeret, infectũq; relinqret, negotiũ, vt interim rapaces illi lupi, alia ex parte, nouas, ardẽtioresque bellorum flammas excitare potuissent, tum vt S.R.M. Vestram à dictis statibus omninò excluderent; tũ etiam, vt se se ab obedientia Sacrosanctæ Catholicæ Ecclesiæ Romanæ prorsus, atq; in perpetuum eximerent. Quapropter omni ex parte necesse est, vt S. R. V. Maiestas, cũctis suis viribus in illos insurgat, eosque sibimet iterum subiugare, pessundare, aut omninò delere sibi pro-
35 ponat, † exemplum sumendo à pia illa exhortatione Mathathiæ ad filios lib. 1. Machabæo: cap. 2. dum ait, *Nunc confortata est superbia, & castigatio, & tempus euersionis, & ira indignationis. Nunc ergò filij æmulatores estote legis, & date animas vestras pro testamento Patrum, quæ fecerũt in generationibus suis, & accipietis gloriam magnã,*
36 *& nomen æternum* † Nam, vt ait Iodocus Chlithouer. in libro de Regis officio cap. 17

Nulla iustior censeri debet causa belli; quàm pro sacra religione tutanda contra hostes fidei, aut amplificanda per ipsorũ ab occupatis Christianorum sedibus expulsionem. Tale siquidem bellum ob diuini nominis geritur honorem, & qui eo animo sumpserunt arma, præclaris laudibus efferuntur. Vt Iosuæ Regum Chananæorum domitor, & ipsis profligatis Populo Israelitico repromissæ terræ distributor. Iosuæ c. 12. Dauid item blasphemi in Deum Gigantis prostrator. 1. Reg. c. 17 Phylistinorum, & Idumæorũ strenuus debellator. 2. Reg. c. 8. Rursus Iudas Machabæus acer pro patrijs legibus contra Antiochum debellator. 1. Machab. c. 3. & sacrilegorum diuinum cultum prophanare volentium exterminator, fratres etiam eius, & inclyta illa Machabeorum soboles egregiam laudem merita est, quod pro iustitia, & lege Mosaica ad mortem vsque certauerit vt id latè prosequitur Aeneas Syluius epist. 131. Idemquè
37 laudatur In Eurico Gothorum Rege, nam cum ei pacẽ obtulissent Careli, & Bod-

nienses noluit eam admittere; sed terra, marique eos afflixit, eo desiderio flagrans, vt eos ad fidem conuerteret, & ad obedientiā debitā reduceret. Quantò verò maior est ratio, vt S.V.R. Maiestas Rebelles istos Belgas, qui sacras, diuinasque leges, naturales, & positiuas quoque, ob innatam ceruicis duritiem spernentes, ac reprobantes ab obedientia debita contumaciter desciuerunt, pro magnitudine, ac potentia sua debellare propendeat, ad imitationem Lactantij Firmiani, qui lib. 3. diuinar. institut. cap. 10.
38 ait, † summum bonum hominis in sola religione esse. Nā cætera etiam quæ putantur homini esse propria, in reliqs quoque animalibus reperiuntur, Epist. inter claras, C. de summ. Trinit. & fide Cathol. Osorius li. 1. & 4. de Regis institutione, Simanc lib. 3. de Repub: c. 8 Lips lib. 1. Politic:
39 c. 3. vbi in notis ait, † Quod seriò debet Princeps cogitare, quod religio neglecta, aut prolapsa traxit semper Repu: secum, & trahet. Nā vt Hierocles dicebat in versus Pythagoræ, vt religio oīum virtutū mater est; ita à religione discessio, omniū vitiorū dux. Symāc. citatus paulò ante n. 48 Alban Spinasa. li. 2. Polit. c. 4 D. Augu li. 19. de Ciui. Dei c. 24. vbi ait, Qđ vbi nō est religio, Virtutes esse nō possunt
40 † Quarè secundùm M. Tulliū in orat: cōtra Verrem actio. 6. debet totis viribus defendi, dicente Iustino superiùs citato li. 8. eum Dijs, proximū iudicari, per quē Deorum Maiestas vindicatur. Iust. Lipsius lib. 4. ciuil. doctri. cap. 2. Elias Reusner. lib. 1. artis stratag. c. 10. pag. 37.
41 † Et quia in omniū vertitur iniuriam, quod in religionem diuinam committitur, l. 4. C. de Hereticis, l. 40. tit. 5. lib. 16 C. Theodosiani; Melchior Iunius qq. Politica. par. 3. q. 94 Iust. Lips. lib. 4. ciuil. doctr. c. 4 Saluian: de gubernat. Dei li. 4 Annæ. Rober lib: 1. rer. iudic. c. 12. Lelius Zech. tract de Principe c. 5. num. 1. dicens, Quod cum Princeps sit brachium, & propugnaculū Ecclesiæ, videre, & curare debet nè Christiana religio hæ-
42 resibus fœdetur; † sed eius per

tur-

turbatores publicè puniantur, vt ait Seneca lib. 3. de benef cap.7.ne Princeps ipse puniatur pro illis, vt inquit D.Cyprian.lib.de vtilit. pœ-
43 nitent.† eò præsertim cum proditores Regis sui, dicātur proditores Dei; vt authoritate And.de Ysern.tit. quæ sint rega.in parte contrahentium incestas nuptias col. fin. & c. si apud 11.q.5.tradit Didac. Per.in l.1.tit.7.li.8. ordinam. gloss. 1.Gregor Lopez in l. 1. titu.2.par.7.gloss.2.Azeuedo in l.1.titu.18.lib.8.recop.nu. 34. sequitur enim defectione ab vno, defectio etiā ab alio. Lucas de Penna in l. prædia, num.76.C. de locat. prædio: ciuil.lib.11.facit cap.non po-
44 test 2.q.7. † Quod non potest ergà homines esse fideles, qui Deo extiterit infidus, Abb in cap. testimonium 53. nu.3.de testibus, F.Vardent. super Ruth.cap.2. vers. sin autem.fol.160.Cassiodor.lib: 1.histor. tripartitæ. Pulchrè D.Hieron.in episto.ad Titum cap.2. versic. *serui Dominis*, relatus in cap. si apud 23. q. 5. Vbi postquam dixit, quod si apud carnales Dominos in minimo fideles fuerint, incipient eis apud Deum maiora committi. Concludit dicendo. *Quomodo enim potest fidelis esse in substantia Dei, qui carnali Domino fidem exhibere non potuit?* Diu. Ambro.lib.3.officior.cap.16. dicens. *Non potest enim homini amicus esse qui Deo fuerit infidus.* Ioann. Botero lib.2. dictorum memor. pag. 136. c. de fidelitate, vbi memorat Persarum Regem nihil non fecisse ad hoc, vt Ormisda Christianam fidem abnegaret, cui ipse respondit, quod illud, nec sibi, nec Regi conueniens erat, eam subiungens rationem, quod de facili suū Regem negaturus erat, qui Deum suum negasset.

45 † Refert Historia tripartita libro primo, capit. septimo, quod cum vellet Imperator Constantinus scire, & experiri, si illi qui eius seruitio, & consilijs assistebant erant fideles, publicari fecit, quod omnes qui vellent relinquere religionem Iesu Christi Redēptoris nostri, & ad Idolorum cultum reuerti, liberè id possent facere, nec ex eo effecturum, quin illorum seruitijs vteretur, & vt amicos

eos haberet; sed cum aliqui ad idololatriam conuersi fidem reliquissent, Imperator futuris eorundem seruitijs ne quaquã ampliùs vsus fuit, dicens, quod non existentes fideles Deo; multò minus ipsi fidem seruaturi essent, vt memorat Bartol. Philippus de consil. & consiliar. discursu 6. num. 10.

46 † Quomodo igitur de pace, concordia, iustitia, & religione tractabunt seditiosi, & impij illi Rebelles? Quæ itidem iustitia potest esse in Ciuitate, Republica, aut Regno, in quo fides, aut humani generis societas, aduersus Deũ, ac religionem exurgit? Qui Deo à quo omnia dependẽt, ac moderantur fidem non præstat, seruatque, quàm homini seruabit? & sic de religione, pactis, & alijs. Quæ cum ita sint, nihil solidum, verum, vel Deo, vel hominibus gratum, & acceptum, ab eiusmodi fidefragis Rebellibus expectandum est, Vt aduertit Laurent. Grimald. libr. primo, de opt. senat. Simanch. libro nono, de Republic. cap. vigesimo secundo, num. 20. Et Sapiens Prouerb. capit. vigesimo quinto, dixit: *Dens putridus, & pes lassus,*
47 *qui sperat super infideli* † Sic etiam Cambyses, postquam templum spoliauerat, non dubitauit, quin fratrem etiam occidi iuberet, vti, qui iam religionis contemptu in Deos grassatus fuerat, referente id Iustino, lib. primo, Pagliar. obseruatio: 410. ad Tacitum.

SVMMARIVM.

1. *Darius Rex prauo consilio Satraparum Danielem coniecit in lacum Leonum.*
2. *Praua consilia sequenti pessimos effectus causantur.*
3. *Alphonsus Aragonius, Neapolis* Rex *aram Ioui positorio quare erigendam censuerit.*
4. *Senatores simulationem, & dissimulationem debent seponere.*
5. *Respublicæ in quibus viguerunt affectus in casum venere.*
6. *Homines de rebus dubijs consilia præstaturi à quibus debeant esse vacui, & liberi.*

7 *Affectibus priuatis omnis humanæ vitæ nascitur pernicies.*

8 *Imperator, & Reges domi clausi faciliter ab Aulicis decipiuntur.*

9 *Romulus finxit inuenisse arã Dei* CONSO.

10 *Consiliarij debent esse secreti, & cauti.*

11 *Consilia meliora ea sunt quæ ignorauerit aduersarius.*

12 *Ducis optimum consilium est hostis naturam intelligere.*

13 *Consilijs quæ sint necessaria.*

14 *Aegyptiorum lege lingua abscindebatur reuelãti arcana Reipublicæ.*

15 *Consiliorum publicorum enũtiatores capitali pœna puniuntur.*

16 *Minotauri signum in Romanorum legionibus Ducis consilia occulta significabat.*

17 *Valerius Soranus tribunus plebis in crucem eleuatus propter non seruatum secretum.*

18 *Taciturnitas* Romanorum, *& eius* Senatus *extollitur.*

19 *Angeronæ simulacbrum ore obligato erat silentij symbolum apud Romanos.*

20 *Lycurgus prohibuit statuas, & picturas in loco habendi Senatus.*

21 *Belgicorum statuum plures seducti imaginibus libertatis, & ambitionis.*

22 *Consiliarij praui taxantur.*

23 *Impius si præualet contra iustum, sequitur iudiciorũ peruersio.*

24 *Consilia absque fundamento solido corruunt.*

25 *Demosthenes Atheniensium consilium qualiter reprahenderit.*

26 *Numa Pompilius qua de causa* Romanorum *regnũ detrectaret.*

27 *Numa Pompilius sacerdotibus creandis, & religioni tractandæ animum applicuit.*

28 *Numa Pompilius propter religionem, & iustitiam creatus Rex, & nemo bellum ei intulit propter easdem virtutes.*

ARGVMENTVM.

Consilia praua, quæ damna operentur, bonique consi-

liarij quid seruare, & abijcere debeant in Consilijs, & de secreto seruando.

CONSIDERATIO IV.

Il aliud esset pacē eiusmodi consulere, quàm in cor S.R.V. Maiestatis scintillā aliquam pietatis, & commiserationis, captiosè, & clanculum velle apponere, vt eiusscè culta executione miseri, Catholicique eius vasalli hac ratione illusi, hæresibus illaqueati, & ad formidandum Leonum lacum damnati tan-
1 dem sese experiantur, † vt euenit Regi Dario Daniel. cap. 3. qui consilio à Satrapis suis accepto, ex incuria iniustum decretum protulit, pro cuius obseruantia, licet inuitus, Sanctum Prophetam illum Danielem ad lacum leonum damnare coactus fuit:
2 † Quare Ecclesiasticus cap. 11. de talibus consilijs cauendū monet Principes, dicens: *Sicut enim eructant præcordia fœtentium, & sicut Perdix inducitur in caueam, & Caprea in laqueum, sic & cor superborum, & sicut prospector videns casum proximi sui, bona enim in mala conuertens insidiatur, & in electis imponet maculam à scintilla vna augetur ignis, & ab vno doloso augetur sanguis. Homo verò Peccator, sanguini insidiatur; attende tibi à pestifero; fabricat enim mala, ne fortè inducat super te subsannationem in perpetuum*; Prouerb. cap. 12. *Verba impiorum insidiantur sanguini*. Ita vt postea cogaris dicere cum Ieremia threnor. cap. 1: *Vocaui amicos meos, & ipsi deceperunt me* † Ex quibus dice- 3
bat Alphonsus Rex Aragonius Neapolitanorum primus vt memorat Antonius Panormita, in eleganti illo libro, dictorum, & factorum memorabilium eius; Quod, si natus fuisset, tempore Reipub. Romanæ florentis, templum ædificasset Ioui positorio contra Senatores, & Consiliarios, vt quando intrassent in Consilium, in templo seponerent, ac relinquerent odium, amorē, & priuatos affectus, quorum passione regulariter causantur effectus inordinati in dānum.

num, & desolationem Ciuitatum, & Regnorum. Ioan. Botero libr. 1. dictor. memor. pag. 4. c. de Consiliario.

4 † Et Aeneas Syluius li. 3. de gestis ipsius Regis Alphonsi dicit: Fridericum Imperatorem tum demum Rempublic: saluam dicere solitum, si Senatores de rebus consultaturi, in vestibulo Curiæ simulationem, ac dissimulationem deponerent. Quasi diceret, Vbi exclusa veritate, simulatio in consilijs Principum reperitur, & recipitur, actum de Republica esse, Author Commentariorum de Regno contra Machiauellum libro tertio, Theorem. 34.

5 † Salustius in orat. ad Cæsarem, ait, *Ita comperi omnia regna, ciuitates, ac nationes, vsque eo prosperum imperium habuisse, cum apud eos vera consilia valuerunt, vbicunque gratia, timor, ac voluptas eos corrupere, paulo post imminutæ etiam opes, inde imperiũ ademptum, postremò seruitus imposita est*; Vuarem: in Meditamentis pro fœderibus pag. 8. num. 107. Bartholom. Philippus tractat. de consilio, & consiliar. discursu. 11. num. 4. Mastix Fallitorum Danielis Sauterij c. 31.

6 † Hinc dicebat Salustius in Coniurat. Catil: quod. *Omnes homines qui de rebus dubijs consultant, ab odio, amicitia, ira, atque misericordia vacuos esse decet. Haud facilè namque animus verum prouidet, vbi illa officiunt*; imò Liui. libro 21. dicebat quod *Priuatæ res semper offecere, officientque publicis consilijs*. Schualemberg in libr: de regio animo part. priori pag. 208. Vnde Sidon. Apollinaris, lib. 7. epist. 9. ad Gracchum, ait; *Parum in commune consulitis, & cum in consilio conuenitis, non tam cura publicis mederi periculis quam priuatis studere fortunis.* Annæ. Robert. lib 2. rerũ iudic. cap. 11. vbi ex Plin. libr. 7. epist. 18. ait. *Oportet priuatis vtilitatibus publicas, mortalibus æternas anteferre, multoque diligentius muneri suo consulere, quam facultatibus*; Cornel. Tacit. in vita Iulij Agricolæ, inquit. *Nihil aliud aduersus validissimas gentes pro nobis vtilius, quam quod in commune non consulunt.* & Galba apud ipsum Tacit. lib. 1. histor. dicebat. *Pessimum*

est veri affectus venenum, sua cuique vtilitas:

7 † Quis enim nescit ex priuatis affectionibus ferè omnē vitæ humanæ perniciem nasci. Liuius testis est lib. 2. Lipsius lib. 3. ciuil. doctr. cap. 6. D. Basilius Magnus in Psalm. 33. Perturbationes omnes, & motus immoderati (ait,) aciē perspicuitatemque animi cōfundunt, & exturbant. Isidorus libr. 3. sent. cap. 59. relatus in cap. quatuor modis 11 q. 3. clem. 1. §. 1. iuncta glos. verbo *amore*, de Hæret. Specul. lib. 4. tit. de elect. §. 1. numer. 17. Menoch. libr. 2. de arbitr. cas. 343. num. 10. Diu: Hiero. in Ioelem c. 1. Simanc: latè lib. 6. de Repub. cap. 5. & seqq & fuit M. Tullij monitū apud Dion. lib. 44. cuius meminit Ioann. à CoKier. libr. 3. thesauri Aphoris: Polit. c. 13.

8 † Hinc Flauius Vopiscus in Aureliano Imperat: ait, *Sed ego à Patre meo audiui, Diocletianum Principem iam priuatum dixisse, Nibil esse difficiliùs quàm benè imperare. Colligunt se quatuor, vel quinque, atque vnum consilium ad decipiendum Imperatorem capiunt, dicunt, quid probandum sit, Imperator qui domi clausus est, vera non nouit, cogitur hoc tantum scire, quod illi loquuntur, facit iudices, quos fieri non oportet; amouet à Republica quos retinere debebat. Quid multa, vt Diocletianus ipse dicebat, bonus, cautus, optimus venditur Imperator.* Et traditur lib. 1. comment. de regno contra Machiauellum theorem. 2. Simancas lib. nono, de Republic. cap. primo, num. 7.

Vix enim est, vt prouidere sibi aliquis diligenter satis possit, quominus fallatur, Et quo sunt potentiores Principes eo maior est insidijs, & improbitati locus, referente Philippo Comin. libro 30. pagin. 116. Idemque Philipp. Cominæ. lib. 2. commetariorum. Optimum esse, asserit, vt Principes multorum audiant sententias. Quia sæpe accidit, vt prudentes etiam viri labantur, & errent in dicendis sententijs, quando, vel gratia, vel odio, vel æmulatione quadam impulsi diuersum ab alijs dicunt, neminemque esse omnium hominum qui non fallatur aliquando, atque ex affectibus aliquid agat.

Ideoq;

Ideoque in magno deliberantium numero hoc boni eſſe: Quod aliqui ſemper exiſtunt, qui quod ab alijs peccatum eſt, emendant, atque ſanant.

9 † Etſi optimè ſciret Rex Dõ Alphonſus quod Romulus finxerat inueniſſe aram quandam Dei CONSO ſub terra, quem vocarunt Deum Conſiliorum, vt ait M. Mantua li. 1. Polymathiæ, cap 11. Petr. Aerod. lib. 2. rer. iud. tit 8. c. 8

10 vt eo ſignificaret, † quod Conſiliarij, tàm cauti, ac ſecreti eſſe deberent, ac ſi terra cooperti eſſent, & cõſiderantes quod eorum inſtar qui ſub terra ſunt, nõ moueantur affectibus, & paſſionibus, aduerſus eos, qui ſupra terram de-

11 gunt † & Veget. de re milit: inquit, Nulla eſſe meliora conſilia; quàm ea, quæ ignorauerit Aduerſarius, antequã facias. Nam ſi ei proditum fuerit, diſpoſitionem te conuenit mutare. Georg. Pagliar: obſeru. 29. ad lib. 1. Cornelij

12 Taciti † Polybius item dicebat lib. 3: Errare eum qui putat aliquod magis proprium optimi Ducis officium eſſe; quàm conſilium, & naturam hoſtis intelligere. Nam quemadmodum Nauis ſublato gubernatore, facilè in poteſtatem hoſtium venit; Eodem modo ſi quis conſilijs, atque rationibus Ducem è medio ſuſtulerit, ſtatim quoq; exercitus eiuſcè compos fiet. Petrus Gregorius lib. 11. de Repub cap. 2. num. 3.

13 † Hinc Petrus Magnus libro de conſil. cap. 13. ait, quod in conſilijs quęrendis vigilantia opus eſt; in cuſtodiendis, atq; occultandis, taciturnitate, quæ conſiliorũ eſt quaſi theſaurus. Fruſtrà enim quæras, niſi inuenta, & cogitata ſilentio tuearis, ne ab inimicis pręripi, aut peruerti poſſint †

14 Lex Aegyptiorum iubebat abſcindi linguam illi, qui arcana Reipublicæ, quæ tecta eſſe debebant, detexiſſet, vt Diodor. Sicul. ait, & Iuris Conſultus in leg. ſi quis 39. §.

15 trãsfugæ, ff. de pęnis; † conſiliorum publicorum enunciatores, vt trãsfugas viuos exuri, & furcis ſuſpendi debere, ſtatuit, facit l. cuius dolo, ff. ad l. Iuliam maieſtatis, quibus adductus Andre. de Yſernia in cap. 1 num. 6 quibus mod. feud. amitta. rub. 2. docet, hoſtibus reuelantes Regum con-

ſi-

modo ij, quibus sensum natura dedit; sed etiam tecta, & agri lætari videntur. Idem Philippica 12.& 13. Bartholom. Facius lib.9.histo. diuersum à qualitate præteritæ pacis indigenæ magnitudinis Hispaniæ,& periculosior quidem;quàm iustus belli furor. Hic enim cum apertus sit,per terminos, & regulas suas incedit,& illa clandestinè,& occultè interficiet, cruentoque sanguine resperget,ac propterea vilipendi debebit, cum certum quodãmodo sub eorumdem pactorum nomine lateat bellum.

32 † Quid enim aliud Iugurtha volebat,quando pacem à Populo Romano petebat, nisi quiescere ad immanius postea bellum mouendũ,vt memorat Salustius in Iugurthino? cum qua decipiebat Rex Philippus Pulcher Franciæ Guidonem 24.Comitẽ Flandriæ octo annorum interuallo iniustæ pacis,quorum tempore plus sanguinis effusus fuit, quàm si bellum palàm gestum fuisset. Nam cum illũ benè instructum, potentiorique exercitu comitatum respiceret,falsis quibusdam promissionibus, fallacique pacis prætextu se excusabat, quasi promissis nõ stetisset Comes; sed pacis statuta transgressus esset,vndè plùs honoris,& lucri,quã anteà assequutus est; Verùm cum posteà Robertus eius filius astutia Philippi persuasus, consensum paci anteactæ præstitisset(quæ postea pax iniquitatis appellata fuit) arte se se illorũ, ægerrimè vidit delusum Hunc titulũ,epithetumq; huius nostri temporis. æquè tribuere possemus paci,quo Reipub. Christianæ satiùs,ac gloriosius fuisse censetur,belli nomen habuisse, quàm iniquo fallacis pacis cultu,à bello abstinuisse. Fieri namq; potuisset,vt S.R.V.M. etiamnum statibus Belgicis nequaquam turbatum priua-
34 tumue aliquoties gemeret † Quemadmodum quoque deplorat Propheta Ierem. threnor: cap. 4. dicens, *Non crediderunt Reges terræ,& vniuersi habitatores Orbis,quoniã ingrederetur hostis, & inimicus per portas Hierusalem,propter peccata Prophetarũ eius, & iniquitates Sacerdotum eius, qui effuderunt in medio eius sanguinem iustorum.*

Quid

Quid, quæso, aliud suspirarũt eiusmodi falsi Prophetæ, nisi vt S.R.V. Maiestas, negligeret, infectũq; relinqret, negotiũ, vt interim rapaces illi lupi, alia ex parte, nouas, ardẽtioresque bellorum flammas excitare potuissent, tum vt S.R.M. Vestram à dictis statibus omninò excluderent; tũ etiam, vt se se ab obedientia Sacrosanctæ Catholicæ Ecclesiæ Romanæ prorsus, atq; in perpetuum eximerent. Quapropter omni ex parte necesse est, vt S. R. V. Maiestas, cũctis suis viribus in illos insurgat, eosque sibimet iterum subiugare, pessundare, aut omninò delere sibi pro-
35 ponat, † exemplum sumendo à pia illa exhortatione Mathathiæ ad filios lib. 1. Machabæo: cap. 2. dum ait, *Nunc confortata est superbia, & castigatio, & tempus euersionis, & ira indignationis. Nunc ergò filij æmulatores estote legis, & date animas vestras pro testamento Patrum, quæ fecerũt in generationibus suis, & accipietis gloriam magnã,*
36 *& nomen æternum* † Nam, vt ait Iodocus Chlithouer. in libro de Regis officio cap. 17 Nulla iustior censeri debet causa belli; quàm pro sacra religione tutanda contra hostes fidei, aut amplificanda per ipsorũ ab occupatis Christianorum sedibus expulsionem. Tale siquidem bellum ob diuini nominis geritur honorem, & qui eo animo sumpserunt arma, præclaris laudibus efferuntur. Vt Iosuæ Regum Chananæorum domitor, & ipsis profligatis Populo Israelitico repromissæ terræ distributor. Iosuæ c. 12. Dauid item blasphemi in Deum Gigantis prostrator. 1. Reg. c. 17 Phylistinorum, & Idumæorũ strenuus debellator. 2. Reg. c. 8. Rursus Iudas Machabæus acer pro patrijs legibus contra Antiochum debellator. 1. Machab. c. 3. & sacrilegorum diuinum cultum prophanare volentium exterminator, fratres etiam eius, & inclyta illa Machabeorum soboles egregiam laudem merita est, quod pro iustitia, & lege Mosaica ad mortem vsque certauerit vt id latè prosequitur Aeneas Syluius epist. 131. Idemquè
37 laudatur In Eurico Gothorum Rege, nam cum ei pacẽ obtulissent Careli, & Bod-

nienses noluit eam admittere; sed terra, marique eos afflixit, eo desiderio flagrans, vt eos ad fidem conuerteret, & ad obedientiā debitā reduceret. Quantò verò maior est ratio, vt S.V.R. Maiestas Rebelles istos Belgas, qui sacras, diuinasque leges, naturales, & positiuas quoque, ob innatam ceruicis duritiem spernentes, ac reprobantes ab obedientia debita contumaciter desciuerunt, pro magnitudine, ac potentia sua debellare propendeat, ad imitationem Lactantij Firmiani, qui lib. 3. diuinar. institut. cap. 10.
38 ait, † summum bonum hominis in sola religione esse. Nā cætera etiam quæ putantur homini esse propria, in reliqs quoque animalibus reperiuntur, Epist. inter claras, C. de summ. Trinit. & fide Cathol. Osorius li. 1. & 4. de Regis institutione, Simanc lib. 3. de Repub: c. 8 Lips lib. 1. Politic:
39 c. 3. vbi in notis ait, † Quod seriò debet Princeps cogitare, quod religio neglecta, aut prolapsa traxit semper Repu: secum, & trahet. Nā vt Hierocles dicebat in versus Pythagoræ, vt religio oīum virtutū mater est; ita à religione discessio, omniū vitiorū dux. Symāc. citatus paulò ante n. 48 Alban Spinasa. li. 2. Polit. c. 4 D. Augu li. 19. de Ciui. Dei c. 24. vbi ait, Qđ vbi nō est religio, Virtutes esse nō possunt
40 † Quarè secundum M. Tulliū in orat: cōtra Verrem actio. 6. debet totis viribus defendi, dicente Iustino superiùs citato li. 8. eum Dijs, proximū iudicari, per quē Deorum Maiestas vindicatur. Iust. Lipsius lib. 4. ciuil. doctri. cap. 2. Elias Reusner. lib. 1. artis stratag. c. 10. pag. 37.
41 † Et quia in omniū vertitur iniuriam, quod in religionem diuinam committitur, l. 4. C. de Hereticis, l. 40. tit. 5. lib. 16 C. Theodosiani; Melchior Iunius qq. Politica. par. 3. q. 94 Iust. Lips. lib. 4. ciuil. doctr. c. 4 Saluian: de gubernat. Dei li. 4 Annæ. Rober lib. 1. rer. iudic. c. 12. Lelius Zech. tract de Principe c. 5. num. 1. dicens, Quod cum Princeps sit brachium, & propugnaculū Ecclesiæ, videre, & curare debet nè Christiana religio hæ-
42 resibus fœdetur; † sed eius per-

tur-

turbatores publicè puniantur, vt ait Seneca lib. 3. de benef cap. 7. ne Princeps ipse puniatur pro illis, vt inquit D. Cyprian. lib. de vtilit. pœ-
43 nitent. † eò præsertim cum proditores Regis sui, dicātur proditores Dei; vt authoritate And. de Ysern. tit. quæ sint rega. in parte contrahentium incestas nuptias col. fin. & c. si apud 11. q. 5. tradit Didac. Per. in l. 1. tit. 7. li. 8. ordinam. gloss. 1. Gregor Lopez in l. 1. titu. 2. par. 7. gloss. 2. Azeuedo in l. 1. titu. 18. lib. 8. recop. nu. 34. sequitur enim defectione ab vno, defectio etiā ab alio. Lucas de Penna in l. prædia, num. 76. C. de locat. prædio: ciuil. lib. 11. facit cap. non po-
44 test 2. q. 7. † Quod non potest ergà homines esse fidelis, qui Deo extiterit infidus, Abb in cap. testimonium 53. nu. 3. de testibus, F. Vardent. super Ruth. cap. 2. vers. sin autem fol. 160. Cassiodor. lib: 1. histor. tripartitæ. Pulchrè D. Hieron. in episto. ad Titum cap. 2. versic. *serui Dominis*, relatus in cap. si apud 23. q. 5. Vbi postquam dixit, quod si apud carnales Dominos in minimo fideles fuerint, incipient eis apud Deum maiora committi. Concludit dicendo. *Quomodo enim potest fidelis esse in substantia Dei, qui carnali Domino fidem exhibere non potuit?* Diu. Ambro. lib. 3. officior. cap. 16. dicens. *Non potest enim homini amicus esse qui Deo fuerit infidus.* Ioann. Botero lib. 2. dictorum memor. pag. 136. c. de fidelitate, vbi memorat Persarum Regem nihil non fecisse ad hoc, vt Ormisda Christianam fidem abnegaret, cui ipse respondit, quod illud, nec sibi, nec Regi conueniens erat, eam subiungens rationem, quod de facili suū Regem negaturus erat, qui Deum suum negasset.

45 † Refert Historia tripartita libro primo, capit. septimo, quod cum vellet Imperator Constantinus scire, & experiri, si illi qui eius seruitio, & consilijs assistebant erant fideles, publicari fecit, quod omnes qui vellent relinquere religionem Iesu Christi Redēptoris nostri, & ad Idolorum cultum reuerti, liberè id possent facere, nec ex eo effecturum, quin illorum seruitijs vteretur, & vt amicos

eos haberet; sed cum aliqui ad idololatriam conuersi fidem reliquissent, Imperator futuris eorundem seruitijs ne quaquã ampliùs vsus fuit, dicens, quod non existentes fideles Deo; multò minus ipsi fidem seruaturi essent, vt memorat Bartol. Philippus de consil.& consiliar. discursu 6. num. 10.

46 † Quomodo igitur de pace, concordia, iustitia, & religione tractabunt seditiosi, & impij illi Rebelles? Quæ itidem iustitia potest esse in Ciuitate, Republica, aut Regno, in quo fides, aut humani generis societas, aduersus Deũ, ac religionem exurgit? Qui Deo à quo omnia dependẽt, ac moderantur fidem non præstat, seruatque, quàm homini seruabit? & sic de religione, pactis, & alijs. Quæ cum ita sint, nihil solidum, verum, vel Deo, vel hominibus gratum, & acceptum, ab eiusmodi fidefragis Rebellibus expectandum est, Vt aduertit Laurent. Grimald. libr. primo, de opt. senat. Simanch. libro nono, de Republic. cap. vigesimo secundo, num. 20. Et Sapiens Prouerb. capit. vigesimo quinto, dixit; *Dens putridus, & pes lassus,*
47 *qui sperat super infideli* † Sic etiam Cambyses, postquam templum spoliauerat, non dubitauit, quin fratrem etiam occidi iuberet, vti, qui iam religionis contemptu in Deos grassatus fuerat, referente id Iustino, lib. primo, Pagliar: obseruatio: 410. ad Tacitum.

SVMMARIVM.

1 *Darius Rex prauo consilio Satraparum Danielem coniecit in lacum Leonum.*

2 *Praua consilia sequenti pessimos effectus causantur.*

3 *Alphonsus Aragonius, Neapolis* Rex *aram Ioui positorio quare erigendam censuerit.*

4 *Senatores simulationem, & dissimulationem debent se ponere.*

5 *Respublicæ in quibus viguerunt affectus in casum venere.*

6 *Homines de rebus dubijs consilia præstaturi à quibus debeant esse vacui, & liberi.*

7 *Affectibus priuatis omnis humanæ vitæ nascitur pernicies.*

8 *Imperator, & Reges domi clausi faciliter ab Aulicis decipiuntur.*

9 *Romulus finxit inuenisse arã Dei* CONSO.

10 *Consiliarij debent esse secreti, & cauti.*

11 *Consilia meliora ea sunt quæ ignorauerit aduersarius.*

12 *Ducis optimum consilium est hostis naturam intelligere.*

13 *Consilijs quæ sint necessaria.*

14 *Aegyptiorum lege lingua abscindebatur reuelãti arcana Reipublicæ.*

15 *Consiliorum publicorum enũtiatores capitali pœna puniuntur.*

16 *Minotauri signum in Romanorum legionibus Ducis consilia occulta significabat.*

17 *Valerius Soranus tribunus plebis in crucem eleuatus propter non seruatum secretum.*

18 *Taciturnitas* Romanorum, *& eius Senatus extollitur.*

19 *Angeronæ simulachrum ore obligato erat sylentij symbolum apud Romanos.*

20 *Lycurgus prohibuit statuas, & picturas in loco habendi Senatus.*

21 *Belgicorum statuum plures seducti imaginibus libertatis, & ambitionis.*

22 *Consiliarij praui taxantur.*

23 *Impius si præualet contra iustum, sequitur iudiciorũ peruersio.*

24 *Consilia absque fundamento solido corruunt.*

25 *Demosthenes Atheniensium consilium qualiter reprahenderit.*

26 *Numa Pompilius qua de causa* Romanorum *regnũ detrectaret.*

27 *Numa Pompilius sacerdotibus creandis, & religioni tractandæ animum applicuit.*

28 *Numa Pompilius propter religionem, & iustitiam creatus Rex, & nemo bellum ei intulit propter easdem virtutes.*

ARGVMENTVM.

Consilia praua, quæ damna operentur, bonique consi-

liarÿ quid seruare, & abÿcere debeant in Consilÿs, & de secreto seruando.

CONSIDERATIO IV.

Nil aliud esset pacē eiusmodi consulere, quàm in cor S.R. V. Maiestatis scintillā aliquam pietatis, & commiserationis, captiosè, & clanculum velle apponere, vt eiuscè culta executione miseri, Catholicique eius vasalli hac ratione illusi, hæresibus illaqueati, & ad formidandum Leonum lacum damnati tan-
1 dem sese experiantur, † vt euenit Regi Dario Daniel. cap. 3. qui consilio à Satrapis suis accepto, ex incuria iniustum decretum protulit, pro cuius obseruantia, licet inuitus, Sanctum Prophetam illum Danielem ad lacum leonum damnare coactus fuit:
2 † Quare Ecclesiasticus cap. 11. de talibus consilijs cauendū monet Principes, dicens: *Sicut enim eructant præcordia fœtentium, & sicut Perdix inducitur in caueam, & Caprea in laqueum, sic & cor superborum, & sicut prospector videns casum proximi sui, bona enim in mala conuertens insidiatur, & in electis imponet maculam à scintilla vna augetur ignis, & ab vno doloso augetur sanguis. Homo verò Peccator, sanguini insidiatur; attende tibi à pestifero; fabricat enim mala, ne fortè inducat super te subsannationem in perpetuum*; Prouerb. cap. 12. *Verba impiorum insidiantur sanguini*. Ita vt postea cogaris dicere cum Ieremia threnor. cap. 1: *Vocaui amicos meos, & ipsi deceperunt me*
3 † Ex quibus dicebat Alphonsus Rex Aragonius Neapolitanorum primus vt memorat Antonius Panormita, in eleganti illo libro, dictorum, & factorum memorabilium eius; Quod, si natus fuisset, tempore Reipub. Romanæ florentis, templum ædificasset Ioui positorio contra Senatores, & Consiliarios, vt quando intrassent in Consilium, in templo seponerent, ac relinquerent odium, amorē, & priuatos affectus, quorum passione regulariter causantur effectus inordinati in dānum.

num, & desolationem Ciuitatum, & Regnorum. Ioan. Botero libr. 1. dictor. memor. pag. 4. c. de Consiliario.
4 † Et Aeneas Syluius li. 3. de gestis ipsius Regis Alphonsi dicit: Fridericum Imperatorem tum demum Rempublic: saluam dicere solitum, si Senatores de rebus consultaturi, in vestibulo Curiæ simulationem, ac dissimulationem deponerent. Quasi diceret, Vbi exclusa veritate, simulatio in consilijs Principum reperitur, & recipitur, actum de Republica esse, Author Commentariorum de Regno contra Machiauellum libro ter-
5 tio, Theorem. 34. † Salustius in orat. ad Cæsarem, ait, *Ita comperi omnia regna, ciuitates, ac nationes, vsque eo prosperum imperium habuisse, cum apud eos vera consilia valuerunt, vbicunque gratia, timor, ac voluptas eos corrupere, paulo post imminutæ etiam opes, inde imperiū ademptum, postremò seruitus imposita est*; Vuarem: in Meditamentis pro fœderibus pag. 8. num. 107. Bartholom. Philippus tractat. de consilio, & consiliar. discursu. 11. num. 4. Mastix Fallitorum Danielis
6 Sauterij c. 31. † Hinc dicebat Salustius in Coniurat. Catil: quod. *Omnes homines qui de rebus dubijs consultant, ab odio, amicitia, ira, atque misericordia vacuos esse decet. Haud facilè namque animus verum prouidet, vbi illa officiunt*; imò Liui. libro 21. dicebat quod *Priuatæ res semper offecere, officientque publicis consilijs*. Schualemberg in libr: de regio animo part. priori pag. 208. Vnde Sidon. Apollinaris, lib. 7. epist. 9. ad Gracchum, ait; *Parum in commune consulitis, & cum in consilio conuenitis, non tam cura publicis mederi periculis quam priuatis studere fortunis.* Annæ. Robert. lib 2. rerū iudic. cap. 11. vbi ex Plin. libr. 7. epist. 18. ait. *Oportet priuatis vtilitatibus publicas, mortalibus æternas anteferre, multoque diligentius muneri suo consulere, quam facultatibus*; Cornel. Tacit. in vita Iulij Agricolæ, inquit. *Nihil aliud aduersus validissimas gentes pro nobis vtilius, quam quod in commune non consulunt.* & Galba apud ipsum Tacit. lib. 1. histor. dicebat. *Pessimum*

Ideoque in magno deliberantium numero hoc boni esse: Quod aliqui semper existunt, qui quod ab alijs peccatum est, emendant, atque sanant.
9 † Etsi optimè sciret Rex Dō Alphonsus quod Romulus finxerat inuenisse aram quandam Dei CONSO sub terra, quem vocarunt Deum Consiliorum, vt ait M.Mantua li. 1.Polymathiæ, cap 11. Petr. Aerod.lib.2.rer.iud.tit 8.c.8
10 vt eo significaret, † quod Consiliarij, tàm cauti, ac secreti esse deberent,ac si terra cooperti essent, & cōsiderantes quod eorum instar qui sub terra sunt, nō moueantur affectibus, & passionibus,aduersus eos, qui supra terram de-
11 gunt † & Veget. de re milit: inquit, Nulla esse meliora consilia; quàm ea,quæ ignorauerit Aduersarius, antequā facias. Nam si ei proditum fuerit, dispositionem te conuenit mutare.Georg.Pagliar: obseru.29 ad lib.1. Cornelij
12 Taciti † Polybius item dicebat lib.3:Errare eum qui putat aliquod magis proprium optimi Ducis officium esse; quàm consilium, & naturam hostis intelligere. Nam quemadmodum Nauis sublato gubernatore, facilè in potestatem hostium venit;Eodem modo si quis consilijs, atque rationibus Ducem è medio sustulerit,statim quoq; exercitus eiuscè compos fiet. Petrus Gregorius lib.11. de Repub cap.2. num.3.
13 † Hinc Petrus Magnus libro de consil.cap.13. ait,quod in consilijs quęrendis vigilantia opus est; in custodiendis, atq; occultandis, taciturnitate, quæ consiliorū est quasi thesaurus. Frustrà enim quæras, nisi inuenta,& cogitata silentio tuearis,ne ab inimicis pręripi, aut peruerti possint †
14 Lex Aegyptiorum iubebat abscindi linguam illi, qui arcana Reipublicæ, quæ tecta esse debebant, detexisset, vt Diodor. Sicul. ait, & Iuris Consultus in leg.si quis 39.§.
15 trāsfugæ,ff.de pęnis;† consiliorum publicorum enunciatores,vt trāsfugas viuos exuri,& furcis suspendi debere, statuit, facit l. cuius dolo, ff. ad l. Iuliam maiestatis,quibus adductus Andre. de Ysernia in cap.1 num.6 quibus mod. feud. amitta.rub.2.docet,hostibus reuelantes Regum con-

si-

silia, puniri pœna in eo §. statuta. & in vers. quid ergo egregiè tractat qua pœna sit puniendus Consiliarius Regis secreta consilij reuelans ijs qui hostes non sunt, qua de re agit etiam Licentiatus de Pisa, in Curia Pisana, libro 3. cap. 1. Et Alphonsus Azeuedo in obseruationibus ad eum, facit l. omne delictum, §: exploratores cum l: sequenti, ff. de re militari, l. cuiusque dolo, ff. ad leg. Iul. Maiestatis, Campagna ad c. Regni Neapol. nuper apud Tranum, nu. 39. rub. de pœna, & vindicta proditorum; Gregor. Lop. de reuelante secreta Regis, in l. 5. titu 9. par. 2. gloss. 7. & 8. & in leg. 2. titu. 7. part. 7. glo. 1. & 2.

16 † Hinc antiqui Romani, ait Vegetius, lib. 3. de re militar: cap. 6. num. 4. ob hoc Minotauri signum in legionibus habuerunt, vt quemadmodũ ille in intimo, & secretissimo labyrintho abditus perhibetur; ita Ducis consilium semper occultum esse debet, Frachett. de ratione status, & belli discursu 46. Quemadmodum etiam optimè ponderat Hyppol à Collibus de Consiliarijs, Lipsius lib. 3. ciuil. doctrin. cap. 8. Bartholom. Philippus de consilio, & Consiliar. discursu 6. num. 9. & 10.

17 discursu 8. num. 6. † Hinc Valerius Soranus Tribunus Plebis contra interdictum loqui ausus, fuit in crucem eleuatus vt ex Plinio, Seruio, & alijs tradit M. Anton. Surgen. lib. 1. de Neapoli illustrata c. 1. Plutarch. in Romulo. Liuius lib. 1. vbi etiam memorant Consualia festa, quæ fiebant in honorem Consi †

18 † Et Valer. Maxim. libro 2. cap. 2. de Romani Senatus fide, & taciturnitate tractans, ait. N*unquam enim Taciturnitatem optimum, ac tutissimũ administrandarum rerum vinculum labefactari volebant, fidum erat, & altũ* Rei*publicæ pectus curia, silentijq; salubritate munitum, & vallatum vndique cuius limen intrantes abiecta priuata charitate, publicam induebant*. Hippoly. a Collibus in libro. cui titulus est Consiliarius, §. 25. Mambrin. Rosæus de Principe Christiano, cap. 26. Petrus Gregor. libr. 11. de Republic. cap. 2. num. 3. & libro 24. cap. 6. à nu. 6. Hinc meri-

ritò dicitur Prouerbior. c. 11. *Qui ambulat fraudulenter reuelat arcana, qui autem fidelis est animi, celat amici commissum*, vt habetur in c. qui ambulat 5.q.5

19 † Hinc apud Romanos Diuæ Angeronæ simulachrum ore obligato, obsignatoque silentij symbolum erat. Plin. lib.3. naturalis historiæ, cap. 5. Macrob. libr. 3. Saturnal. c. 9. Iust. Lipsius, lib. 3. antiquar. lectio. cap. 1. vers. postrema capita. Henricus Farnes. in apophtheg. Politic. titul. 23. cap. 15. Hoc autem tempore non solum subtus terram deberent ingredi qui indecoras paces consulerent, sed cum suis consilijs in æterna obliuione manere sepulti.

20 † Lycurgus, vt in vita illius recenset Plutarchus, instituit, quod in loco habendi Senatus, aut Consilij, non essent picturæ, statuæ, aut aliæ res curiositate notabiles, quæ auertere, diuertereue possent animum, aut oculos illorum, quorum sensus attentiores debebant esse ad rectum consiliũ considerandum, & impartien-

21 dum; † Sed in Belgicis statibus multi fuere, qui statuas libertatis, & vsum diabolicarum sectarum ante oculos positas habuere, & inordinatæ quin etiam ambitionis picturas, quas captiosorum suorũ ingeniorum penicillo in cordibus suis expresserant; verã tamen, & integram pacem

22 consulere noluerunt, † de quibus Isaias cap. 59. ait, *Pedes eorum ad malum currunt, & festinant, vt effundãt sanguinem innocentem, cogitationes eorum cogitationes inutiles, vastitas, & contritio in vijs eorum, viam pacis nescierunt, & non est iudicium in gressibus eorum, Semitæ eorum incuruatæ sunt eis, omnis qui calcat in eis, ignorat pacem.* Prouerb. cap. 1. de quibus dicit Deus per Ezechielem c. decimotertio. *Et erit manus mea super Prophetas, qui vident vana, & diuinant mendacium, in consilio populi mei non erunt, & in scriptura domus Israel non scribentur; & scietis quia ego Dominus Deus, eò, quod deceperunt populum meum, dicentes Pax, & non est pax, & ipse ædificabat parietem; illi autem liniebant eum luto. Dic ad eos, qui liniunt, absque tempera-*

tura, quod caſurus ſit; Erit enim imber inundans, & dabo lapides prægrãdes deſuper irruentes, & ventum procellæ diſſipantem.

23 † Et ratio eſt quam aſſignat Propheta Habacuc cap. primo, *Propter hoc lacerata eſt lex, & non peruenit vſque ad finem iudicium; quia impius prævalet aduerſus iuſtum; propterea egreditur iudicium peruerſum,* hoc eſt quod datur intelligi à Sapiẽte Prouerb cap 18 dicente, *Accipere perſonam impij non eſt bonum, vt declines à veritate iudicij*, vt viſum eſt in dictis ſtatibus Belgicis.

24 † Nam cum conſilia illorũ, abſque ſolido, & legitimo fundamento proceſſerint, ædificium corruere neceſſe fuit, vt naturale eſt, dicente Diu. Gregorio Antiocheno Epiſcop.1,lib 7.epiſt. 47. Quod, vbi Chriſtus non eſt fundamentum, nullum boni operis ſupereſt ædificium, D. Paul.1. ad Corinth.cap.3.cap.cum Paulus 1. q 1. Baldus in quæſtio: ſchiſmatis num. 18. Nauarr:conſil 15.de regular:numer.primo, Aymon.Crauett. conſil.6.num.36.& conſ.202 nu.29.cum ſi ſuſcitatum fuiſſet nouum bellum, & iudiciũ finale interceſſiſſet, declaratio, ac decretum illud atrocioris belli in perpetuam ſortè,& tranquillam pacem ſurrexiſſet, ſublatis hoc modo Rebelli inobedientiæ, ac exurgendi, in latiori campo in quo machinas reſiſtẽtiæ ſtrueret, iniquis habenis, dum oſtenderent pœnitentiæ affectus, & nihilominus tamen primum motum, cum publicatione etiam pacis cõſeruarent, vt Gandauij, exhortantes omnes ad pacis eius perpetuam conſeruationem, ac enumerantes mala, quæ ex bello naſcuntur, S.V.R. Maieſtati veluti commiſerantes, oſtendunt iniquas quaſdam rationes, vt iiſdem amplexis, exercitum cum tanta expenſarum prodigalitate, repudiataque pace, bellumque nequaquam vlterius protrahe-

25 ret † Quod idem deplorabat Demoſthenes in orat: de rebus Cherſones: quęrens de Republi: ſua Athenienſi Senatui, cum de Philippo loquitur, ſic ait *Surgit aliquis proferens; O quantum, & ſalutare pacem ſeruare, quàm du-*

rum

durum, ac difficilè sustinere magnum exercitum, ac si in misera pace non esset abscondita destructio nostra plusquã in iusto furore belli, cum non tribueret tale consilium eo tẽpore cum arma splendere debebant bello necessario, Cum naturaliter se videret paci af-
26 fectum, & inclinatum † Numa Pompilius recusabat acceptare electionem Regis, quam de ipso Romani statuerant, cum diceret, paruipendetur ab omnibus, qui nunc diceret Romanis quod sacrificijs occuparentur, amplectendo pacis gubernationem, & quod abhorrerent belli furorem, dum magis opus illis esset fortis, & animosus Dux aliquis, quã Rex pacificus, vt dicunt Liuius lib. 1. & Plutarch: in vita Numæ Pompilij: Clichtoueus de Regis officio cap. 16. fol. 57. de quo Liuius hæc historiatur, atque recenset †
27 Tum Sacerdotibus creandis animum adiecit, quanquam ipse plurima sacra obibat, ea maximè, quæ nunc ad Flaminem Dialem pertinent; sed quia in ciuitate bellicosa plures Romuli quàm Numæ similes Reges putabat fore, iturosque ipsos ad bella, ne sacra desererentur Flaminẽ Ioui assiduum Sacerdotem creauit. Iustus Lipsius libro aduersus Dialogistam cap. 2. Valentin. Forsterus de Iurisdict. Roman. par. 2. num. 1. &
28 2. pag. 289. † Franciscus Patritius lib. 2. de regno, cap. 16. dicens, Numam Regem creatum propter ipsius religionem, & iustitiam, quæ tanta fuit, vt nemo illi bellum intulerit, vt ait Plinius de Viris illustribus, in Numa Pompilio; Tanto enim religionis cultu omnium pectora imbuerat, *Vt fides, ac iusiurandum* (inquit Liuius lib. primo) *propulso legum, ac pœnarum metu ciuitatem regerent.* Annæus Robert. lib. 1. rer. iudic. c. 11. & li. 2. c. 10.

SVMMARIVM.

1 *Rex debet dare conditiones pacis, non recipere ab aduersarijs.*
2 *Pacẽ, qui tractant debent esse multum cauti, pruden-*

tes

tes, & ingeniosi.

3 *Publius Scipio quid responderit Antiocho Regi conditiones pacis proponenti.*

4 *Metellus quid responderit Iugurtha de pace tractanti.*

5 *Q. Fabius Legatus Romanorum ad Carthaginenses cum tessera vna belli, altera pacis ei proponerentur vtramque sumpsit, electione Carthaginensibus relicta.*

6 *Rebelles subditi tanquam pyratæ, & latrones tractari solebant.*

7 *Legati nullatenus ad rebelles mittendi sunt, sed cogendi, vt arma deponant.*

ARGVMENTVM.

Rex debet dare, & non recipere pacis conditiones, & de prudentia illorum, qui paces tractant, quidque Romani in hoc obseruare soliti essent, rebellesque qualiter tractarentur.

CONSIDERATIO V.

1 Onsiderandū † est, quod ad authoritatem Regis solummodò spectat, facere, & dare pacis capitula, eiusdemque conditiones omnibus ijs, quibus pax impertienda est, & non è contra, ab aduersarijs, & inimicis easdem conditiones accipere. Nam vt ex Liuio libro 10. decad. 3. refert Tiberius Gambaruti in discursib. Polit. capit. de Ambasiator. pag: 227. Est quidem eius qui dat, non qui petit conditiones dicere pacis; Et multoties vniuersus Principis pendet status, ex conditionibus, quibus fit pax, & nulla in re periculosiùs erratur, & cum
2 totius Reipub. damno † & ita conuenit, vt sint multum prudentes, & ingeniosi qui pacem tractant, vt obseruat Bartholomæus Philippus in tract. de consilio, & consiliar. discurs. 15. num. 3. Et alter Philippus Cominæus scilicet, libro 1. commentar. vbi ait;

Pa-

Pacis igitur tractatio prudentibus, atque fidis hominibus est committenda, eos à legatione reuersos separatî audiat Princeps, ac solus, ne si minus iucunda renuncient pauorem eis res, atque metum inferat multitudini. vt multis reperietur exemplis, omnique bellorum Romanorum progressu probatum, qui pro certo habuere, ac consideratione singulari dignum imò necessarium, vt in illo instanti quo se se ad concedendum aliquid quod ab eis petebatur submittere, aut adstringere meditabantur, etiã si res leuis cũ eiusdam momenti esset, ingenuus illis mos erat, inimicum digno quodam respectu recognoscere, & considerare postea si voluntati eius obsequendum esset:

3 † Quemadmodum, cum Antiochus Asiæ Rex in petitione pacis, quam à P. Scipione implorabat, vt Senatus scilicet Romanus in Asiam mitteret Gubernatorem Cornelium Scipionem, solo sibi Regis titulo relicto; cui perquã venustè respondit, P. Scipio Consul, Quod antiqua Senatus Romani consuetudo esset, non recipere conditiones ab illis, quibus cum bella gereret, suadens, vt absque vlla exceptione, aut conditione se se in manus suas dederet, & ab eo pacis conditiones, quæ sibi darentur, acciperet, quæ illæ erant; videlicet, vt Hannibalem ei traderet, tota Europa decederet; terminos à monte Tauro, vsque ad flumen Thanais relinqueret; Romanis per viginti annos tributum penderet, & viginti prætereà homines de dictis oblatisque pacis, & conditionum obseruationibus, obsides daret. Quas pacis conditiones, cum recipere recusaret, dimicandum potius censuit, Verum cum in acie victus esset, Zeuxidem, & Antipatrum Legatos suos ad Scipionem misit, humiliterq; pacem implorauit, quibus confestim respondit Scipio: Consuetudinem Populi Romani esse, in aduersitatibus non timere, nec successibus fœlicibus superbire, & ꝙ nihilominus easdẽ illi pacis conditiones, & capitula concedere volebat, quæ, priusquam illũ vicisset, eidem proposuerat; cuius egregij responsi rõnem gra-

graui oratione recēset Liu.li. 37. dicens; *Romani eosdem animos in omni fortuna gessimus, gerimusque, neque eos secundæ res extulerunt, nec minuerunt aduersæ. Eius rei (vt alios omittam) Hannibalem vestrum vobis darem testem; nisi vos ipsos dare possem, priusquàm aciem videremus, cum communis Mars, & incertus belli euentus esset, de pace vobis agentibus, quas pares paribus ferebamus conditiones easdem nunc Victores, victis ferimus*, refert Author Polit. de regno, contra Machiauellum Theorem. 25. pagin: 589. pluraque exempla ad id conferentia recenset Hieron. Frachetta lib. 1. de Principe cap. 20. quas summo cum gaudio acceptauit Antiochus, benignitatem Populi Romani etiam, atque etiam laudans, & mirabilem procedendi ordinem prædicans: Desuper Valer. Max. libr. 4. cap. primo, in externis ait, Quod Antiochus à L. Scipione vltra Taurum montē Imperij finibus submotus fuerit cum Asiam Prouinciam vicinasque eius gentes amisisset, Populo Romano gratias, absque vlla dissimulatione egisse fertur quod nimis etiamnum procurationis munere liberatus, modicis regni terminis vteretur. Mar. Tullius in orat: pro Rege Deiotaro.

4 † Metellus nunquam acceptare voluit pacem, quam Iugurtha Numidiæ Rex eidem offerebat, licet nil aliud quàm suam, filiorumque suorum incolumitatē exciperet; Quinimò respōdit Metellus. Quod Senatus Romanus non consueuerat ferre, vt ei quis Capitula pacis præscriberet, ac proindè bellum illi intulit, adeò, vt Iugurtha tandem coactus fuerit Legatos ad illum mittere, qui pacem peterent, offerendo se, filios, & totum Regnum ad arbitrium eius, absque vlla conditione præfixa. Quarè Metellus primum exarmauit eum, aliasque sibi cōditiones pro suo libitu pręfixit.

5 † Nec alienum ab hoc est, qđ Q. Fabius Legatus à Romanis ad Carthaginenses missus, egisse memoratur; Nimirū, cū duæ tesseræ positæ essent, vna pacis, altera belli, arbitrio suo relicto, vtram vellet, eamque

Ro-

Romanis ferret, vtramque sustulit, dicens, Carthaginenses eligere debere, vtram accipere mallent: vt memorat Pomponius in l. 2: ff. de origine iuris. Anton: Nebriss obseruat. 3. in ius ciuile. Simile refert Polybius libr. 3. Histor. versic: *Hic inquit*. Et pluribus alijs exemplis confirmari posset consideratio ista, quæ vuusquisque videre poterit in historijs, vbi abundè reperiet modum, & terminos, qui cum inimicis antiquitùs obseruabantur,
6 † & quod cum Rebellibus non aliter tractabatur, quàm cum Pyratis, ac publicis viarum latronibus, qui bus respondebatur, vt si quid habere desiderarent, id inermes, & cum humilitate à Senatu peterent: Sin verò armati pacem inire vellent sibi persuaderent, satiùs, ac gloriosius esse Senatui eandem cum gloria acquirere, quàm cum turpibus pactis amplecti. Addo, quod Romani non solum indignum esse arbitrabantur, pacis illis conditiones præscribi; sed easdem etiam agnoscere aut legere respuebant, ignominiæ notam sibi inuri iudicantes, si cum Rebellibus, quibus tanquam superiores imperare debebāt, per modum, & formam contractuum cum illis agerent.
7 † Qua de re celeberrimum est exemplum apud Halicarnassæum li. 6. Plebs enim propter nexos ob æs alienum, Duce Sicinio secesserat. Posthumius Cominius Sp. Cassius Coss. de ea re quid agendum esset, ad Senatum retulerunt. Placuit Menenio Agrippæ, placuit M. Valerio, & alijs de pace Legatos mitti, Senatumque omninò cum plebe in gratiam redire: Contra Appio Claudio ad Rebelles non vtendum esse legatione: Arma deponerent, aut tanquam cum hostibus decernendum, cuius sententiæ fundamenta adducit Petrus Aerod. libro secundo rerum iudicatar. tit. 8. cap 3.

SVMMARIVM.

1 *Pacis solum nomen cum rebellibus regiam authoritatem minuit, & nu. 2.*

3 *Spes improbissimas consequuntur insperata assequuti.*

4 *Contemnitur nemo nisi qui se prius contempsit.*

5 *Principes bella gerere debent non solum pro vindicanda iniuria, sed pro authoritate, & fama conseruandis.*

6 *Traianus acerrimè vindicabat clades acceptas.*

7 *Dignitatis regiæ neglectus Principi, & subditis officit.*

8 *Artabano. Præfecto* Xerxis *Persarum* Regis *spem regnandi tribuit Regis contemptus.*

9 *Iulij Cesaris ad milites tumultuantes oratio adducitur.*

10 *Malum maximum* Mundo, *&* Catholicæ Ecclesiæ *sequeretur, si in Maiestate* D. Regis *Catholici, vel punctus diminutionis crediti agnosceretur.*

11 *Maiestas imperij est salutis tutela.*

12 *Principem semel authoritate amittere est multum præiudiciale regno. & statui.*

13 *Negligenter si omittantur delicta, aperitur aliјs via eadem committendi.*

14 *Turpissimum est abijcere loca quæ tenuimus, & socios, ac occasiones.*

15 *M.* Portius *Cato quid dixerit Senatui in coniuratione Catilinæ.*

16 Romanorum *imperium in quale periculum inciderit propter paces minus honestas.*

17 *Hæretici gladio, & igne domari debent, quia facilius vincuntur quam suadentur.*

18 *Patres Sancti, nec verbum nouum in materia religionis admisere.*

19 *Rebelles quibus de causis domari, & puniri debeant.*

20 *Iniuriæ vlcisci debent, ne aliæ nouiter fiant.*

21 *Rebelles merentur libertate priuari.*

22 Claudius *Imperator ingratos reuocauit in seruitutem.*

23 *Augustus Praefecto Urbis cognitionem aduersus ingratos tribuit.*

24 *Libertus Ecclesiae propter ingratitudinem reuocatur in seruitutem.*

25 *Cyciceni propter ingratitudinem amisere libertatem.*

26 *Vasallus ingratus beneficium amittit.*

27 *Thesali, & alij qui propter ingratitudinem libertatem amisere recensentur.*

28 *Ingrato spes non potest haberi.*

29 *Eijci debent qui aduersus statum Ecclesiae moliuntur.*

30 *Vnitatem Ecclesiae qui conantur diuidere sunt acriter puniendi.*

31 *Fabius Maximus qualiter se habuerit cum Aliphatibus pacem recusantibus.*

32 *Iulius Caesar Lusitanos, & Gallaecos vicit.*

33 *Rigorem vltionis debent sentire rebelles.*

34 *Belgicarum rerum experti qualiter bellum contra rebelles prosequi debere asserant.*

35 *Senatus Romanus in consilium adduxit an conueniret Carthaginem euerti.*

36 *Otium ex diuturna pace causatum quot operetur incommoda.*

37 *Corda fortia longa pace molescunt.*

38 *Respublica nulla diu quiescere potest si externum hostem non habeat.*

39 *Ephori censuere Ciuitatem aemulam deleri non debere & quare.*

40 *Deus quare concesserit perpetuos religionis hostes.*

41 *Catonis opinio contra Scipionem Nasica fuit quod deleretur Carthago.*

42 *Catoni statua erecta propter consilium Carthaginis delendae.*

43 *Hispanae iuuentuti progressus non deficerent deletis Belgarum ciuitatibus rebellibus.*

ARGVMENTVM.

Pacis nomine Rebelles gaudere non debent. Princepsque debet omni conatu efficere, ne

contemnatur, sed decus regium seruare, & contra rebelles totis viribus intendere, & opprimere, & Ecclesiam, ac religionem tueri, ociumque a suis statibus eijcere subditos in militari disciplina exercendo contra hostes.

CONSIDERATIO VI.

1 Agnoperè † vnusquisque secum perpendat, qui Regibus, aut Principibus consulere, ac persuadere præsumit, vt cum Rebellibus pacem concludere condescendant. Quod solum pacis nomen cum eiusmodi periuris, regiam authoritatem, & magnitudinem non parũ diminuit. Ideoq; etiamsi Principis saltem res esset, quem fortuna nouerca pessundasset, non propterea modicarum suarum virium dolorem in tractatibus suis, pro authoritate sua conseruanda ostendere debet, sed compositionem pacis, licet eam ardẽtissimè cupiat, omni modo dissimulare studeat, ne interna eius voluntas, & desiderium foris agnoscatur. † In
2 Rege autem, vel Imperatore diuersum est: Eodem enim in instanti, quo subditis, Rebellibus præsertim conniuere, vel eorundem errores dissimulare finxerit, concedendo illis maiorem, quam fas sit, aut tempus requirat, in agendo libertatem, eodem in instanti, maiestatis suæ gloriam, regnorumque, ac statuum suorum summam, iminẽti, & manifesto periculo exposuisse sibi persuadeat; eo namque freti, plura, quàm antea forte ausi essent, appe-
3 tere non dubitabunt † Nam, vt ait Seneca libr. 1. de clementia. *Spes improbissimas complectuntur insperata assequuti.* Pagliar. obseruat. 452. ad Tacitum, commouendo cor aliorum vasallorum, ad concupiscendum res nouas. Nam vt ait Velleius Paterculus lib. 1. *Non enim ibi consistunt exempla, vndè cœperũt, sed vbi semel à recto deerratũ tum est peruenitur in praeceps.* Idẽ Geor: Pagliar. obser. 347

in

in Tacitum, & occasionem præbendo alijs Principibus, vt contra ipsos quidlibet audeant,& sensim hac via vires eius debilitent, donec omninò cadat † *Nemo enim*, ait Plinius libr. 2. epistol. vltim. *contemnitur, nisi qui seipsum contempsit priùs* † Ideoque Sapientes Principes bella gerere debent; non solum pro vindicanda iniuria;sed etiam pro conseruanda authoritate,& fama,ex quo pendet statuum suorum, vel conseruatio,vel ruina, † vt de Traiano in eius vita tradit Diony: quod clades acceptas acerrimè vindicabat,Pagliar: obseru.15.ad li.1. Cornelij Taciti † Nimius enim dignitatis suæ neglectus, & principis dignitati, & subditis officit; Nam regendi authoritas frãgitur,vt ait D. August. serm. 3.de vita cleric:& refertur in cap:quando necessitas 86.distinct. Vlpianus in l.nec quicquam 9.ff.de officio Proconsl: & Legati,consulit,vt ita se gerant, ne contemptibiles habeantur. D.Paulus in episto. 1.ad Titum c.4.vbi illum admonet, exhortari,arguere cũ imperio,vt nemo eum contẽ-

4

5

6

7

nat. P.Gregor. libr.8. de Repub:cap.4.num.6.qui numer. seq ex Iustino libr.3. in principio memorat, † quod Artabano Præfecto Xerxis Persarum Regis, regnandi spem iniecit quod Xerxes, Terror antea Gentium bello in Gręcia infęliciter gesto, suis etiã cæpit esse contemptui,& ita deficiente quotidiè Regis maiestate, cum robustissimis Regis septem filijs,Regiam vesperi ingressus, quæ amicitiæ iure ei semper patebat, Regem trucidauit † Qua in re est sententia Iulij Cæsaris celeberrimi Imperatoris ad milites tumultuantes, quã refert Dio Cassius lib.41. histor: *Ego*, inquit, *sanè nequè alias rectum esse arbitror, vt qui Principatum gerit, subditis sit inferior, neque salutare quicquam agi posse censeo, vbi hi,quibus iniunctum est,vt dicto sint audientes, imperare ipsi velint. Intelligitis enim quam probè sit futura ornata illa domus in qua natu minoribus ætate grandiores despecti sunt*, † Et vnum ex grauioribus,& maioribus malis, quæ temporibus nostris præsentibus euenire possent,non

8

9

10

solum Hispaniæ; sed toti etiã Mundo, & Catholicæ Ecclesiæ Romanæ foret si gloria Maiestatis suæ diminueretur, eò quod alij Principes, ac populi sibi persuaderent, quod S.R.V. Maiestas in propria causa, idest, in protectione, & conseruatione regnorum suorum occupata foret; ita vt nec Ecclesiæ, nec vasallorum eius patrocinium possit assumere, quo plurimũ derogaretur authoritati, & magnitudini eius. Nam multi, & inimici S. R. M. Vestræ ad vnum omnes, clementiam illam, quæ in ea tantoperè refulget, non bonis respectibus timoris Dei, aut innato pietatis amori, quo in vasallos suos propendet, tribuent; sed animi tantum pusillanimitati, & impotentiæ id adscribent. Idcircò omni ex parte curandum est, vt S. R. V. Maiestas hanc debilitatis opinionem, aut suspitionem, ex illorum animis quamprimum euelle-
11 re festinet † Dicit enim Q. Curtius lib. 8. Maiestatem Imperij, salutis esse tutelam. Lipsius libro 4. Polit. cap. nono; Eo ipso namq; tempore quo S.R. V. Maiestas apud Christianam Rempublicam authoritatis suæ amplitudinem diminuisse videretur, eo ipso instanti omnes, præsertim schismatici, timoris, ac verecundiæ ruptis, prostratisque habenis, peiora quàm vllo vnquam tempore, aduersus leges diuinas profligatam Ecclesiæ Catholicæ plebeculã, & ipsam etiam suam S.R. Maiestatem nequiter moliri co-
12 nabuntur † Non enim alia res est, quæ regnis plus noceat, quàm Principem authoritatem semel amittere. Nam ex hoc inconuenienti, multi, varijque affectus inordinati exoriuntur, quibus non nisi maximis laboribus, & industria, grauissimisque expensis occurri tandẽ potest, vt Vannozius ait in Animaduer. Po-
13 lit. vol. 2. nu. 1978. † Dixit quin etiam satis prudenter D. Gregor. Ioanni Episcopo Syracusano lib. 7. epist. 28. & Stephanus Papa in cap. loci 29. quæst. 9. *si negligenter ea, quæ malè vsurpantur, omittimus, excessus viam alijs aperimus.* Habetur in cap. peruenit 93. distinct. Florianus de S. Petro in l. sed, & si quid, S. mancipiorum num. 14. ff. de

vsu-

vsufruct. Saluianus lib. 7. dicens, *potestas magna, & potentissima, quæ inhibere scelus potest; quasi probat, cum sciens patitur perpetrari.* Georgius Pagliar. obseru. 207. ad lib. 2. Cornelij Taciti.

14 † Nam vt Demosthenes dicebat in orat. Olynthiaca 2. *Turpe est, imò turpissimum, non modò vrbes, & loca, quæ aliquando tenuimus, palàm abijcere, sed etiam à fortuna comparatos socios, & occasiones.* Et Salustius de bello Iugurthino, ait; *Maius dedecus esse parta amittere, quã omninò non parauisse.* Imò Tacitus lib. 15. Annal. dixit, Quod sua retinere priuatæ domus, de alienis certare regiam laudem esse. Vnde Demosthenes in ora: de Rhodiorum libertate ait, *Nemo enim est, qui pari contentione, & rapinas, & opes suas proprias defendat; sed de his quæ de proprijs auferuntur, omnes vi summa pugnant; De finibus autem propagandis, opibusque augendis non item.*

15 † Hoc idem fuit quod significauit M. Portius Cato contra coniurationem Catilinæ, dicens Senatui. Quanto maiori vigilantia occurreretis huic negotio; tanto magis ipsi animo cadent: sed si in vobis cognouerint aliquã debilitatis similitudinem, aut formam, illicò vos inuadent animo feroci: ad quod plura adducit Frachetta libr. 1. de Principe cap. 4. & libr. 2. cap: 2. vt clarè, & apertè visum fuit in Latinis, & Campa-

16 nis, † Nam, vt recenset Titus Liuius lib. 8. Quod cum Samnites de ipsis quęrerētur Romanis, Senatus decreuit, vt Campani non mouerent bellum contra Samnites, & quoad Latinos, non ausus est idem decernere propter ipsorum potentiam, respondendo Samnitibus, quod in Capitibus confœderationis prohibitum non erat, vt Latini non possent bellum mouere quibus voluissent; atque solum hoc verbum, magnitudinem illorum Imperij, in tenue reduxit filum. Nam cum Latini cognouissent inopinatam illam Romanorum debilitatem, audaciores effecti, bellũ eis intulere, & ad imitationẽ illorum idẽ fecerũt Cãpani in quo, solo reparãdo Manlio Torquato opus habuere,

qui Dux generalis, strictis solummodò militiæ regulis eosdem 17 deuicit † Et hac ratione magis illudi, & coerceri debent Hæretici, qui parua duritie mollescunt, & blanditijs indurescunt, vt docet D. Augustinus contra Donatistas scribens quod, Hæreticus rarò conuertitur blanditijs; sed plerumq; gladio, & igne. nam vt Tertullianus vetustissimus fermè, & eruditissimus Patrum, aduersus Gnosticos cap. 11. ait, *Ad Officium Hareticos compelli, non allici dignum est, duritia vincenda est non suadenda hæresis*; Hæreticus enim facilius vincitur quàm suadetur, vt ex D. Hieronym. tradit P. Aerodi. lib. 1. rerum iudicat. titu. 6. cap. 13. D. Augusti: in Epist. 1. ad Bonifacium relatus à Lipsio lib: aduersus Dialogistam cap. 2. dum ait, Melius quidem esse quis dubitauerit ad Deum colendum homines doctrina duci, quam timore pœnæ, vel dolore compelli; sed non quia isti meliores sunt, ideò illi qui tales non sunt, negligendi sunt. Multis enim profuit priùs timore, vel dolore cogi posse, vt postea doceri possint, aut quod iam verbis didicerunt, opere sectari. Idē D. August. li. 9. cōtra Crescen. 18 c. 51. † & optimè Cassiodorus de diuinis lect. cap. 11. dicit, quod Sanctissimi Patres iniuriam rectę fidei non ferentes, regulas quoque Ecclesiasticas ibidem statuere maluerunt, & inuentores nouarum hæresum, pertinaces diuino gladio percuserunt, decernentes, nullum vlteriùs debere nouas incutere quæstiones; sed probatorum veterum authoritate contentos, sine dolo, & perfidia, decretis salubribus obedire. Franciscus Zoanet. in l. vt vim num. 69. 19 ff. de iusti. & iure † Et hoc debet semper intelligi cum Rebelle propter magnitudinem, & exemplum superioris, vt dicebat Demosthen: Athenienfibus in Oratione contra Nercam. Duabus causis conuenit, vt rigorosi habeamini cum his, qui inuerecundè par uipendunt vestras leges, & statuta, peccantes contra Deum: Vna, quia pro malefactis suis satisfaciant: Altera, vt reliqui caueant peccare contra Deum, & Rempublicam vestram.

20 † Vndè meritò Seneca in tragædia Thieſtes actu 2. dicit.

. . . . iam totum tuis
Debebat armis omneis, & geminum mare
Innare claſſeis, iam tuis flammis agros,
Lucere, & Vrbes decuit, ac ſtrictum vndique
Micare ferrum, tota ſub noſtra ſonat
Argolica tellus equite, non ſyluæ tegant
Hoſtem, nec altis montium ſtrictæ iugis
Arces, relictis belli cum totum canat
Populus Mycenis, quiſquis inuiſum caput
Tegit, ac tuetur, clade funeſta occidat,
Hæc ipſa pollens inclyta Pelopis domus
Ruat, vel in me, dummodo in fratrem ruat.

Et ibidem.

. . . . ſcelera non vlciſcis
Niſi vincis, & quid eſſe tàm ſæuum poteſt
Quod ſuperet illum, nunquid abiectus iaces?
Nunquid ſecundis patitur in rebus modum
Feſſis quietem? noui ego ingenium viri
Indocile, flecti non poteſt, frangi poteſt.
Proindè antequam ſe firmet, aut vires paret,
Petatur vltrò, ne quieſcentem petat,
Aut perdet, aut peribit; in medio eſt ſcelus
Poſitum occupanti.

21 † Hic eſt ille furor quo mediante, iniuſtæ debet rebellioni quàmprimùm occurri; nã quia ingrati ſunt Principibus pro libertate nunc, aliiſque vicibus ex gratia, & benignitate illis conceſſa, merentur profectò in antiquam, imò in nouam ſeruitutis reincidere calamitatem, vt Imperator Conſtantinus ait, in l. 2. C. de libertis, & eorum liberis, di-

cēs. *si manumissus ingratus circa patronum suum extiterit, & quadam iactantia, vel contumacia ceruices versus eum erexerit, aut leuis offensa contraxerit culpam, à patrono rursus sub imperio, ditioneque*
22 *mittatur:* † Quod Imperator Claudius, referente Suetonio in vita illius c. 25. seruauit; Nam ingratos, & de quibus Patroni quærebantur, reuocauit in seruitutem, exēplum Atheniensium sequutus, apud quos cōuictus à Patrono, libertus ingratus iure libertatis exuitur, vt dicunt Plutarchus in Solone, & Valerius Maximus lib. 2. cap. 6.
23 §. 6. † Iustus Lipsius in comment. ad lib. 13. Cornelij Taciti, memorans ex Dione libr. 55. id ab Augusto concessum cognitionemq; Præfecto Vrbis fuisse demādatā, vt ait Vlpianus in l. 1. ff. de offic: Præfect. Vrbi. Similiter Imperatores Honorius, & Theodosius in l. fin. C. de Libertis, & eorum liberis, disposuere, quod licet Liberti, & eorum liberi militiā consequuti fuerint, non propter hoc minùs in seruitutem reuocabuntur, si ingrati extiterint, in pœnā nequitiæ seruilis ingenij, & animi ingrati, l. liberti eodem titulo, l. 46. tit. 5. part. 5. vbi Gregorius Lopez gloss. 1.
24 † Sic Libertus Ecclesiæ ingratus ad seruitutem reuocatur, vt habet Concilium Hispalense 2. cap. 8. Loaysa in collectione Conciliorum Hispaniæ pag. 299. Iuo par. 10 cap. 66. cap. octaua discussio 12. q. 2. facit l. si libertus 10. titulo 7. lib. 5. Legum Vuisigothorum in libro qui forus Iudicum nuncupatur. Concilium Toletanum 4. cap. 71. cap. Liberti 12. q. 2. vbi dicitur, quod per obedientiæ cōtemptum, ingrati actione te-
25 nentur, † & refert Cornelius Tacitus libro quarto Annal. quod Cyziceni incuriosi ceremoniarum D. Augusti additis violentiæ criminibus aduersus ciues Romanos amisere libertatem, quā bello Mythridatico meruerant. Suetonius Tranquillus in Tiberio cap. 37. Plutarchus in Lucullo. Strabo libr. 6. Geograph.
26 † Vasallique, propter ingratitudinem beneficium amittunt, cap. si miles de feudo sine culpa non amitten. §. 1. de Vasallo, qui contra constitutio-

ctionem Regis Lotharij capit. fin. de capitulis. Corradi P. Gregor.libr.6. Syntag.Iuris, cap.19.num.3.& quarto.cap. de forma 22.quæst.5. Iulius Clar.§. feudum quæst.62. & 67. Blanc. in epitome feudorum lib.2.cap.3.num.3.& se-
27 quent. † Et Titus Liuius lib.34. dicit,Insolenter,& immodicè abuti Thessalos indulgentia Populi Romani, velut ex diutina siti, nimis auidè meram haurientes libertatem; ita seruorum modo præter spem Manumissorum, licentiam vocis, & linguæ experiri, & iactare sese insectatione, & conuitijs Dominorum. Similiter Suetonius in Augusto cap.47.ait, *Vrbium quasdam fæderatas; sed ad exitium licentia præcipites, libertate priuauit.* Ianus Gruter.in discur.ad Tacitum par
28 te 2.pag.28. † Quia in ingrato non potest spes haberi, vt debitæ correspondeat obligationi; Nam vt dicitur Sapientiæ cap. 16. *Ingrati spes tanquam hybernalis glacies tabescet, & disperiet tanquam aqua superuacua;* ideoque totis viribus ad seruitutē
29 redigi debent † Nam vt dicitur in dicto capite octauo 12.q.2. Talium status qui contra patronam Ecclesiam nituntur, decidi potius quàm conseruari conuenit, vt quorum libertas perniciosa est, sit salutifera seruitus, & qui superbire nouerunt adepta libertate elati,perdita discant
30 obedire subiecti † præsertim,si intercedat,vnitatis Ecclesiæ diuisio, qua de causa pœnis maximis afficiendi sunt, vt D.Cyprianus ait,lib. primo,epist. 6. relatus in cap. didicimus 24.quæst.prima, præsertim amissione dignitatum,ac priuilegiorum, quę ab Ecclesia aliquando obtinuerunt,vt ait Liberius Papa in Epistola ad Athanasium, Quod qui contra Ecclesiæ pacem sunt, si dignitatem, aut cingulum militię habeāt, nudentur eis,cap. qui contra 24.quæst.prima, l.prima, C. Vbi Senatores,vel Clarissimi ibi; *Omnem enim honorem reatus excludit* propterea nequaquam illis parcendum est,cū foret in damnum fidei, & religionis Catholicæ. Dicitur enim Num. capite 16. *Separamini à tabernaculis hominum istorum durissimorū,* &

& nolite tangere ab omnibus quæ sunt eis, ne simul pereatis in peccatis eorum. Et Oseæ cap. nono. *Sacrificia eorum tanquam panis luctus, omnes qui manducant eum, contaminabuntur.* Ieremiæ cap. 52. *Recedite, recedite, exite inde pollutum nolite tangere.* cap. recedite 45. distinct. capit. 1. cap. ecce, cap. recedite, capit. nimium 23. q. 4.

31 † Memorat Titus Liu. libr. 9. quod cum Fabius Maxim. pacem Aliphatibus obtulisset, & noluissent eidem acquiescere superbia ob Fabij mansuetudinem elati: Ea de causa Fabius exercitum contra eos mouit, cui pacē illicò obtulere, quam postea acceptare noluit: sed vi armorum

32 eos subiugauit, & deuicit † Idē fecit Iulius Cęsar in Hispania qui Lusitanis, & Gallæcis domitis, prouinciam Pop. Romano decretam obtinuit. Ioannes Zonar. tomo 2. Annal. pagin. 125. M. Antonius Sabellicus libro nono, Aeneid. 6.

33 fol. 121. † Quia iustum est, vt rigorem sentiant, qui tempore pacis, & benignitatis liberi esse renuerunt, ita vt S. Reg. Vestra Maiestas æquè dicere possit cum Isaia c. 63. *Dies enim vltionis in corde meo, annus redemptionis meæ venit, circumspexi, & nō erat auxiliator, quæsiui, & non fuit qui adiuuaret, & saluauit mihi brachium meum, & indignatio mea ipsa auxiliata est mihi. & conculcaui populos in furore meo, & inebriaui eos in indignatione mea, & detraxi in terram virtutem eorum, ipsi autem ad iracundiam prouocauerūt, & afflixerūt spiritum Sancti eius, & conuersus est eis in inimicum, & ipse debellauit eos.* & cap. 65. *Vos qui dereliquistis Dominum qui obliti estis montem sanctum meum, qui ponitis fortunæ mensam, & libatis super eā, numerabo vos in gladio, & omnes in cæde corruetis, pro eo, quod vocaui, & non respondistis; locutus sum, & non audistis; & faciebatis malum in oculis meis, & quæ nolui, elegistis.*

34 † Et ita concludunt expertiores in rebus Belgicis, quod si S.V. Maiestas cum armis, Militibusque quos sibi Deus concessit, assistendo illis, necessarijs rebus præmijsque afficiendo, prout illorum meren-

rentur facinora ruptum, rigorosumque bellum faciendo, rumpendo, ac destruendo castra, & bellicos apparatus inimicorum, meritoque rigore in ipsos obseruando; & è cōtra vasallos fideles, & obedientes fauoribus prosequendo, omnia sibi fœliciter succederent; sed maior causa belli, eiusque diuturnæ protractionis existit, quod Duces ac Milites nihili hactenus habiti fuere, & plures ex naturalibus, non ex alia causa; quàm fideles fuerunt, viuunt in oppressione, & opprobrio abiecti, & priuati publicis, & politicis muneribus, ac militaribus officijs.

35 † Cum Senatus Romanus videret, & consideraret, quod Carthago tot vicibus pacem cum illa initam rupisset, in consilium, & disquisitionem adduxit, quid conuenientiùs esset, illam nè conseruare, aut funditus euertere? Cato maior perquam validis rationibus consulebat, suadebatque magis Maiestati conuenire Populi Romani, Carthaginis euersionem; Scipio autem Nasica in contraria opinione erat; Videbatur enim sibi, quod tàm forti, & crudeli inimico deficiente, Romana iuuentus imbellis, & vitiosa efficeretur, dum non haberet, quo cum bella gereret, manumque confereret; quin, & remota Vrbis œmula, timendum, quod arma in se verte-

36 ret, † Nam otio nimio, quod diuturna pax solet afferre, cum animorum; tum corporum robur frangitur: Quemadmodum in his Gentibus, quæ diu militiam intermiserunt, cognoscere licet, & insuper semina seditionis, quæ multo plùs periculi adferre solent, q̃ bellum per vniuersã Rēpub. in pace fertilissimè crescunt, vt obseruant Henricus Farnesius li. 4. Aphorisf. Polit: cap. 10. Biesius lib. 4. de Repub. c. 7. qui ait, Nasicam obseruasse laboribus gloriæ occasiones foueri, & ab externis malis Ciuium animos expellendis coniungi. Ludouicus Clithou. de Regis officio: c. 19. vbi ex D. Augustino lib. 1. de Ciuit. Dei refert, Deleta Carthagine, magno scilicet terrore Romanæ Reipub. depulso, & extincto, tanta de prosper s rebus orta mala, continuò subsequuta sunt, vt

cor-

corrupta, diruptaque concordia, priùs sæuis, cruentisque seditionibus; deindè mox malarum connexione causarum, bellis etiam ciuilibus tantæ strages ederentur, tantus sanguis effunderetur, tanta cupiditate proscriptionum, ac rapinarum ferueret immanitas, vt Romani illi, qui vita integriore mala timebant ab hostibus, perdita integritate vitæ, crudeliora paterentur à ciuibus. Christophorus Ehem. lib. quinto Princip. Iuris pag. 264. Vt enim ait Velleius Paterculus libr. 2. *Potentiæ Romanorum prior Scipio viã aperuerat, luxuriæ posterior aperuit, qui perempto Carthaginis metu, sublataque Imperij æmula; non gradu; sed præcipiti cursu à virtute descitũ, ad vitia transcursum, Vetus disciplina deserta, noua inducta, in somnum à vigilijs, ab armis ad voluptates; à negotijs in otium, conuersa ciuitate*

37 † Populorum enim ferocia corda, longa pace mollescũt; Ideoque ait Cassiodor. lib. 3. var. Epist. j. Nec subitò sunt in aleam mittendi, quos constat multis temporibus exercitia non habuisse.

38 † Nulla enim Respubl. diu quiescere potest, si foris hostẽ non habuerit, quia domi inueniet, & Poeta Satyricus ait. Saty. 6.

Nunc patimur longæ pacis mala sæuior armis,
Luxuria incubat, Victumq; vlciscitur Orbem.

Mundana enim pax imperfectionum, vitiorumque solet esse nutrix, qui exoriuntur ex ignobili, & seruili otio parente turpitudinum sine fine, vt ait Fabius Albergati. li. 2. de Cardinalis offic. cap. 2

39 † Id effecere Ephori, quorum meminere Plutarchus in Apopht. Laconicis, & Paul. Manut. lib. 3. cap. 15. Cum enim Lacedæmoniorum Rex polliceretur, se funditus euersurum Ciuitatem quandam, quæ sæpenumero Lacedæmonijs, negotium exhibuerat, non permiserunt, id dicentes; *Nequaquam abolebis, neque subuertes iuuenum cotem*, Vrbem infestam appellantes Cotem iuuentutis, quod per eã iuuentus acueretur ad bellan-

lan di peritiam. Marcet enim Virtus sine aduersario, vt Seneca inquit, de Diuina Prouidentia, cap. de sustinendo
40 impetum aduersitatis† Sic ad maiorem virtutis exercitationem, perpetuos quoque religionis hostes Deus nobis dedisse videtur, vt dicit Biesius dicto c. septimo, Palac. Rub. lib. de Fortitudine bellica capit. 12.

41 † Acceptior tamen, gratiorque fuit Senatui Romano Catonis opinio tanquam congruentior rebus agendis, & recuperationi honoris Maiestatis læsæ; ac proinde interpositum Senatusconsultum fuit, vt bellum fieret, & Carthago funditùs euerteretur contra opinionem Scipionis Nasicæ; eò, quod iuuentus Romana inde extaret industrior, quæ dum bellis carebat, non nisi pyramides, & obeliscos exaltabat, & quandoque eosdem iterum demoliebatur, solius exercitij gra-
42 tia † Ac propterea Senatus Romanus in præmium sani eiuscè consilij Catonis, statuā ei confestim in curia collocari iussit, vt tam salutaris consilij illius memoria, futuris seculis retineretur. Plutarch. in Catone censorio. Sabellicus lib. 4. cap. 8. Lucius Florus lib. 49. in Liuium, & lib. 2. cap. 15. de Bello Punico tertio. Appianus in Lybica. Paulus Orosius lib. 4. cap. 22. Cælius Rhodigin: lib. 27. Antiq. Lect. cap: 1. Ioan. Zonaras tomo 2. Annal. pag. 117. Arnisæus lib. 1. de Repub. c. 5: sect. 2. num. 1.

43 † Sed si hoc tempore nostro viuerent Senatores isti, illorúmque iudicijs committeretur negotium hoc, ambo credo in sententiam Catonis descenderent, & Scipio Nasica haud dubiè responderet, pluribus rationibus conuenire finem denique huic tàm iniquæ rebellioni imponere. Hispana siquidem iuuentus tot bella, totque expeditiones terraque, mariq; habet, quibus exerceatur, contra Mauros nimirum, Turcas, & alios infideles, vt non necesse haberet fædæ istius rebellantis Carthaginis insultibus ad arma lacessiri. Faxit Deus Opt. Max. vt peruersa illa Carthago tandē deleatur, vt aliæ magnæ expeditiones in augmētum, & propagationem Catho-

tholicæ Fidei, & Ecclesiæ Romanæ exaltationem fiant. Exemplo sit, quod ipsemet Scipio Nasica contra Tiberium Gracchum fecit, cum primus fuerit, qui arma sumpsit, reliquosque Senatores ad internetionem, & destructionem illius, diligenter exhortatus est. vt latè adduxi suprà par. prima, consider. 2. num. 65.

SVMMARIVM.

1 *Deus obediri iussit Nabuchdonosor Regi.*
2 *Hierusalem destructio recensetur.*
3 *Solonis consilium quale in liberandis tyrannide Athenis.*
4 *Imperatorum, & Regum nomen, munusque quale sit.*
5 *Solon præmio, & pœna Respublicas contineri dixit.*
6 *Ius Diuinum continet ergà Deum religio.*
7 *Regis officio incumbit regni iura curare, & conseruare.*
8 *Inuasio in Barbaros, & alienos moribus, & religione licita est.*
9 *Iure gentium debetur obeditia superioribus.*
10 *Rex debet subditos suos reformare.*
11 *Periculum potest quis à se remouere, & vim vi repellere.*
12 *Rex est lex viua, & legis anima.*
13 *Reges boni sacri dicuntur propter iustitiam.*
14 *Leges dicuntur sacratissimæ, quas debet Rex in corde habere.*
15 *Legis variæ diffinitiones ex bonis authoribus.*
16 *Iura publica sunt humanæ vitæ solatia, infirmorum auxilia, potentum frena.*
17 *Legis interpretatio a Principe pendet.*
18 *Romulus Rex fratrem Remum occidit propter violatum præceptum.*

ARGVMENTVM.

De obedientia superioribus debita. Imperatorum, & Regum officio, & defensionis iure, pra-

præmij, ac pœnæ, & legum cõmodis, & vtilitatibus.

CONSIDERATIO VII.

1 IN Consistorio Cœli† aliud etiam bellũ indictumfuit contra Hierusalem,quia rebellauerat contra Nabuchodonosor Regem cui per expressum Dei mandatum obedire debebat.Ieremiæ capit. 27. vbi dicitur, *Nunc itaque ego dedi omnes terras istas in manu Nabuchodonosor Regis Babylonis serui mei, insuper, & bestias agri dedi ei,vt seruiant illi; & seruient ei omnes gentes, & filio eius, & filio filij eius, donec veniat tempus terræ eius,& ipsius:& seruient ei Gentes multæ, & Reges magni; Gens autem, & regnum, quod non seruierit Nabuchodonosor Regi Babylonis, & quicunque non curuauerit collum suum sub iugo Regis Babylonis, in gladio, & in fame, & in peste visitabo super Gentem illam ait Dominus, donec consumam eos in manu eius.*

2 † Non enim minùs destructa fuit, quàm Carthago, cũ non remanserit lapis super lapidem, vt latiùs intelligi faciunt lamentationes, & lachrimæ diuini illius Prophetæ Ieremiæ in threnis suis, quæ rebellio probro fuit habita, & in Annales relata. Dicitur enim Esdræ.1.cap.4. *Idcircò misimus, & nunciauimus* Regi, *vt recenseas in libris Historiarum Patrum tuorum; & inuenies scriptum in Commentarijs,& scies, quoniam* Vrbs illa, *Vrbs rebellis est, & nocens Regibus, & Prouincijs, & bella concitantur in ea, ex diebus antiquis; Quamobrem,& ciuitas ipsa destructa est.* Et 3. Esdræ cap.2. *Et nunc notum sit Domino Regi, quoniam Iudæi qui ascenderunt à vobis, ad nos venientes in Ierusalem* Ciuitatem *refugam, & pessimam,ædificant furnos eius, & statuunt muros, & templum suscitant. Quod si ciuitas ista, & muri consumati fuerint,nõ tantùm tributa non sustinebũt pendere; sed etiam Regibus*

resistent. Et quia id agitur circa templum rectè haberi arbitrati sumus non despicere hoc ipsum; sed notum facere Domino Regi, vt si videbitur, Rex quæratur in libris Patrū tuorum, & inuenies in admonitionibus scripta de his, & scies quoniam Ciuitas *illa deserta est.* Petr. Grego. lib. 16 de Repub. c. 4. nu. 4. Zachariæ cap. 14. Machabæor. 1. cap. 3. *Et Ierusalem non habitabatur, sed erat sicut desertum.* Quod satis perspicuè verificatur in hiscè statibus Belgicis, qui toties rebellarunt, & à debita obedientia erga Regē suum defecerunt, vt ex Annalibus, & Historijs perspicuū est.

Et cum in effectu ea sit rebellionis qualitas, vt statim ab initio, omni cura eandem opprimere necesse sit; Nam si per incuriam S.V.R. Maiest. aut per suam benignitatem, ac remissionem paulatim inualuerit, vires acquiret maiores, quàm arbitrabitur, nec tā facilè postea eradicari poterit.

3 † Hoc ait Plutarchus in Solone: Fuit enim consiliū illius, cū videret patriā suā tyrannide afflictam, grauiter reprehendit Athenarum desidiam, exhortando ciues, ne in totum libertatem suā amitterent, dicens, facile ipsis fuisse illam tyrannidem in principio opprimere; sed cum iam fuisset in tali posita termino, gloriosum magis ipsis fore velle illam omninò destruere; iustis nempè pactis; aut gloriosa victoria, ad hoc, vt S.V.R. Maiestas tanquam Rex iustus, ac pius, & honoris Dei zelator, requisitam contra Rebelles istos possit exercere iustitiam, secundum legum diuinarum, positiuarū, ac naturalium normam, & vi-
4 gorem, † cum Imperatorum, Regumque nomen sit, sacræ iustitiæ Ministros esse, quorū officium est, boni, & æqui notitiā profiteri, ac tueri, æquū ab iniquo segregare, & licitum ab illicito discernere, vt ait Vlpianus in l. 1. ff. de iust. & iure, vt præmio, ac pœna Rerūpublicarū suarum incolumem statum conseruent
5 † Sapiens ille Solon, vnus ex septem, & celebris Legislator, Rempub. duabus rebus contineri posse dixit, præmio scilicet, & pœna. Democri-

critus item, duos appellauit Deos, pœnam, & beneficium vt Author est Plinius libro 2. natural. historiæ capit. 7. Symanc. lib. 9. de Repub. capit. 20. num. 1. & seqq. & cap. 22 num. 1. post Platonem in lib. de Philosophia, & Theophrastum à se citatos, P. Aerodius lib. 6: rer. iudic. tit. 2. cap. 2. & titu. 4. cap. 3. Floria. de S. Petro disp. 2. dub. 4. num. 3. Sansouin. in conceptu Polit. 74.
6 † præsertim vbi ius diuinum frangeretur, vt est religio Dei sui, l. 2. ff. de iustit. & iure. Baldus in l. pactum, nu. 22: C. de collatio. Aristot. 5. Ethicorum cap. 10. quæ etiam continet ius Gentium, & naturale, P. Gregor. Syntagm. iuris lib. 16
7 c. 8. n. 2. † nam vt optimè dicit Aegid. Roman. lib. 3. de regimine Principum part. 2. cap. 9. ad officium Regis pertinere, curare, vt bona, & iura Regni conseruentur; & vt redditus expendantur in bonum commune; vt nemini iniuriam inferat; vt ornet, ac reficiat Ciuitates, & arces; vt sapientes, & bonos honore, ac præmio afficiat; postremò, vt veram religionem, ac res diuinas tueatur, & colat, Symancas dicto libro nono, capit. 19. num. decimosexto, Hinc dixit Lipsius lib. quinto, ciuilis doctrinæ cap. quarto.
8 † Quod inuasio quædam legitima videtur etiam sine iniuria, vt in Barbaros, & moribus, aut religione prorsus à nobis abhorrentes, maximè si potentes ij, & aliena ipsi inuaserunt, aut inuadunt; cum
9 etiam versetur in † eo ius Gentium quod respicit obedientia superioribus, & maioribus suis debita, & Patriæ conseruatio, secundum Pomponium Iurisconsultum in l. 2 ff. de iustitia, & iure, cap. solitę de maior. & obed. cap. om-
10 nis anima de censib. † Nam Rex astrictus est eodemmet iure, eius reformare subditos, etiamsi id fieri necesse esset, cum eorundem morte, & strage, si eidem vim aliquam inferre præsumerent, secundum Florentinum Iurisconsultum in l. vt vim eiusdem tituli de iustitia & iure, Vlpianus in lege, vt timorem, ff. de eo quod metus causa. Paul. Manutius libro quinto, Epist. 13.
11 † cum Princeps, & Respubl. in periculum incidant à quo ra-

ratio naturalis permittit se defendere, Marcus Tullius in orat. pro Milone: *Hoc & ratio doctis, & necessitas barbaris, & mos gentibus, & feris natura ipsa præscripsit, vt omnem semper vim, quacunque ope possent, à corpore, à capite, & à vita sua propulsarent*. Iustus Lipsius libro quinto Polit. capit. quarto. Idem Marcus Tullius libro duodecimo, de legibus, ait, *illud non modò iustum est; sed etiam necessarium, cum vi uis illata defenditur*. Corrad. Brun. in tractat. de hæret. cap. decimonono, numer. 6. tradit, dicens, Nam aduersus periculum naturalis ratio permittit se defendere, lege vt vim, ff. de iustitia, & iure.

12 † Eoque magis in Rege: Quia Rex est lex viua, & legis anima. Auth. de Consulibus in fine coll. quarta, Martin. Laudensis in tractat. de Principibus quæstio. 21. Arnulph. Ruzeus de iure Regal. priuileg. 58. num. quarto, Hieronym. Gigas de crimin. læsæ Maiest. quæstio. 16. nu. 6. Paris de Puteo de syndic. versic. *an si Iudex*, nu. 14 & de reassum. instr. rubr. 17. num. 18. Idem Paris de synd. verbo, *Rex autem*, num. 5. di-
13 cens, † quod boni Reges, sacri dicuntur, propter iustitiã sacratissimam. Hierem. c. 23. *Regnabit Rex, & sapiẽs erit, & faciet iudicium, & iustitiã in terra*. Bellar. li. 1. de Prin-
14 cipe Christ. cap. 9. † seu pp leges quæ semper in vultu cordis sui debent esse, quæ dicuntur sacratissimæ, l. leges, ff. de legib. Ant. August. li. de legibus pag. 132. verbo *sacratæ leges*. Nam lex nihil aliud est, quam præceptũ quoddam boni, & prohibitio mali, secũdum Cic. li. j. de natura Deorum, D. Tho. 1. secundæ, q. 90 art. 1. vbi ait, Quod lex est regula, & mẽsura actuũ agendorum, & omittendorum, D. Basil. Magnus in c. 1. Isaiæ.

15 † Lex est regula iustorum, & iniustorum; ea quidem imperans, quæ agenda sunt, his contradicens quę nõ veniunt facienda. Forcatul. lib. 7. de Gallorum imperio pag. 1086 Symanc. lib. 4. de Repub. c. 2 n. 1. & repetit M. Tull. Philip. 1. & 2. de Oratore. Papinia. ẽt in l. 1. ff. de legib. ait, legem esse cõmune præceptũ virorũ

pru-

prudentum, delictorum coercitionem, ac sponsionem Reipub. & Demosthenes in oratio. 1. contra Aristogitonem, relatus à Martiano in l. 2. ff. de legibus ait, quod lex sit diuinarum, & humanarum rerum Regina, eamque oportere præsidere, & bonis, & malis, & Principem, & Ducem esse. Et secundum hoc, Regulam esse iustorum, & iniustorum, & eorum, quæ natura ciuilia sunt animantium, præceptricem faciendorum, & nõ faciendorum prohibitricem. Cornel. Tacitus lib. 3. Annal. vers. *vetustissimi mortalium*

16 † Cassiodor. lib. 3. variar. epistol. 17. dicens, *Iura publica certissima sunt humanæ vitæ solatia, infirmorum auxilia, potentum fræna.* D. Isidor: relatus in cap. 1. distin. 4. vbi ait *Facta sunt leges, vt earum metu humana coerceatur audacia, tutaque sit inter improbos innocentia, & in ipsis improbis formidato supplicio refrenetur nocendi facultas.* Et Vlpianus in l. sacra ff. de rerũ diuis. Leges vocat sanctas; quia sanctione subnixæ sunt, ita vt sint arbitræ rerum honestarum, & turpiũ norma, & meta nostræ vitæ, quũ Virtus illarum sit, imperare, vetare, permittere, & punire, secundum Modestinum in leg. 7. ff. de legibus, † & eius interpretatio ab optimo Principe pendet, vt ait Iulianus in l. & ideò eodem titulo. Nam ea iurisdictione, quam habet, & quia lex viua supplet quod deficit legi, l. nam vt ait, 13. ibidem, cum lex sit opus Principis, & Princeps imago Dei, omnia dirigentis, vt ait Plutarch. tomo 2. Moral. in lib. ad Principem ineruditum, Petrus Gregorius in lib. 7. de Repub. capit. 20. num. 1. & 7. latè Anton. Augustin. lib. de legibus, cap. 2.

18 † Si ergò Princeps de iure habet tantam potestatem, quemadmodum est ista, iustumque habeatur ab omnibus, vt illam exequatur, vt comprobat Petrus Gregorius syntag. iuris part. 3. libr. 47: cap. 20. num. 8. & si de iure Remus, quamuis Regis frater, & regiæ quodammodo dignitatis particeps, ob neglectam, spretamque Romuli fratris legem, de non transiliendo muro, seu veriùs fossa vomere facta à Fabio Cælere,

rastro fertur occisus, vt habetur in leg.fin.ff.de rerum diuis.& recensent Græci ad l. penult.ff.ad l.Iul.Maiest. Anton. Cont. in comment. ad l. Quisquis, C.eod.tit.in indice rebellionum diuersarum ex Historia Romana, Liu.libr.1. histor.ab Vrbe condita: Plin: de viris illustrib. in principio, Lucan.lib. primo, Ouid.libro 3.& 4.Fastorum, Tibull.lib 2. Eleg.5.Iustin. libr.28. histor. Zonaras lib.2. Annal pag.5. M.Anton.Sabell.libr.2. Aeneid.2. F.Leuecier tractat. de legatione cap.4. l.15. & 16. titul.28. part. 3. quæ igitur media adhibere non licebit contra tot Legum violatores; qui nihil, aut parui saltem æstimarunt tam benigna pacta? vt V.Cathol.Maiestas valeat coercere,& subdere eos quauis ratione, aut modo, sub irreuocabilis obedientiæ iugum,ne dictorum statuum constantia, ac fidelitas ab eorundem mera voluntate pendere videatur,vt superioribus temporibus visum est.

SVMMARIVM.

1. *Legati Regis Demetrij qualiter fraudulentam pacem obtulere Machabæis.*
2. *Demetrius Rex pacis prætextu quid molitus fuerit contra Sion, & Machabæos.*
3. *Damnum maius euenit his qui credidere pacibus fictis,quàm bello aperto lacessitis.*
4. *Rebellium paci, non confidendum,sed aduersus eos bello certandum.*
5. *Viliores magis superbiunt, aliorum timiditate.*
6. *Carthaginensium mercenarij effrenes effecti fuere cum se timeri agnouerunt.*
7. *Bonitas non est, aut misericordia, parcendo vni, alios in discrimen adducere.*
8. *Vxori si iniuria inferatur ipsi, viro, & parenti actio iniuriarum competit.*
10. *Rex non potest membrum regni abscindere.*

Ho-

11 *Homo non est dominus membrorum suorum.*

ARGVMENTVM.

Paces ficta magna damna causant, Rebellibusque non fidendum, nec timiditatis specimen, aut umbram Principem debere ostendere, & de illicita misericordia in malos, membrorumque regni conseruatione.

CONSIDERATIO VIII.



Rudenti, iustoq; Consiliario altius perpendendum relinquo, vt si Princeps aliquis, rerum præclarè gestarum fama, Rebellium suorum animis timorem incussisset aliquem, ne ab ipso deficerent, an idem operatus esset, ac si vi, armisque oppressisset eosdem? Vel si ipsi gratiam pacemque ab eo petierint, aduerso Marte præliantes, ac tandem victi, ob eiusmodi calamitatem, & infortunium, an non fictę potiùs quàm veræ pacis indicium
1 sit, † prout illa quæ per Legatos Demetrij Regis petebatur à Machabæis, quæ non aliam ob causam tentata fuit, quàm vt animum eius, & vires explorarent, ac demum si illam ijs concessisset eundẽ posteà floccipendentes irriderent, vt expertum est in Canore, qui postquam similem pacem postularet, Demetrius Rex eius, potentissimo cum exercitu Hierosolymam concessit, blandisque, ac pacificis verbis ad Iudam, & fratres eius misit, pactoque dolo dicens, *Non sit pugna inter me, & vos; Veniam namque cum viris paucis, vt videam facies vestras cum pace, & venit ad Iudam, & salutauerunt se ad inuicem pacificè;* hostes autem parati erant rapere Iudam, cui cum sermo talis innotuisset, noluit eum ampliùs videre, & meritò quidẽ
2 † Nam vt dicitur 1. Machabeor: cap. 6. Cum Rex à suis inductus Consiliarijs misisset pacem facere, & illam recę-

pissent Iudæi, & iurassent illis,
Rex, & Principes exijssent de
munitione, intrauit Rex in
montem Syon, & vidit muni-
tionem loci, & rupit citius iu
ramentum quod iurauit, &
mandauit destruere murum
in gyro, & cum Sacerdotes
populi Nicanori pacem ob-
tulissent, visa ipsorum debi-
litate fuere despecti, appre-
hensi, & occisi, & è contra
Nicanor superbia elatus, &
ira concitus, iurauit eos de-
struere velle, si Iudas Macha-
bæus cum exercitu non de-
deretur illi, vt habetur cap. 7
3 † Et ideo Vegetius inquit
lib. 3. de re militari cap. tertio
plùs euenisse damni illis, qui
crediderunt paci; & fictis il-
lorũ aduersariorum tractati-
bus; quàm ex bellis apertis,
4 & armis. † Hic est effectus
quem sortitur, pacis apparen
tia, quam quis fallaci superbo
impertiri contendit; ac pro-
pterea meliùs semper est eius
modi superbos Rebelles con-
tinuis armorum ictibus pro-
fligare; quàm beneficijs, &
benignitate in gratiam assu-
mere, ac fouere. Sit itaque
pœna, & punitio Reipub. in
cuius damnum cum damno
simul personæ, & Maiestatis
5 Regis resultat rebellio † Nil
enim magis superbire facit vi
liores, quàm aliorum timidi-
tas; & ideò quamuis Superior
non pro quolibet errore, de-
beat subitò ad punitionis se-
ueritatem accurrere, non cõ-
uenit vt remissius, & tepidè
procedat, occasionem sic præ
stans, vt insolentiores, & into-
6 lerabiles euadant, † vt exem-
plo sunt Mercenarij Cartha-
ginenses, qui nunquam fue-
runt tam effrenes, & audaces
quam cum sese à Carthagi-
nensibus timeri senserunt, re-
ferente Polybio lib. 1. Georg.
Pagliar. obseruat. 69. ad lib. 1.
Taciti, & obseru. 78. ad illa
verba Drusi *Negat se terrore,
& minis vinci.* vbi ex Liuio
lib. 3. Decad. 1. ait, quod ex
metu alieno crescit audacia.
7 † Hinc dicebat Origenes ho-
mil. 7. in Iosue, quod qui his
parcunt, vniuersæ Ecclesiæ
moliuntur interitum; nec est
bonitas, aut misericordia vni
parcere, & alios in discrimen
adducere: cap. sed illud 45.
distinct. Abbas in cap. nouit:
n. 35. de iudic.

Quantum verò ad remis-
sionem harum iniuriarum
spe-

ſpectat, nulla earundem ijſdē concedi debet, niſi remanentibus tribus hiſcè perſonis illæſis; illa ſiquidem iniuria ſimilis eſt ei quæ coniugatæ
8 mulieri fit † Nam vt ex Neratio refert Vlpianus in l. 1. §. vlt. ff. de iniurijs, actionem iniuriarum ipſi, viro, ac parenti tribuit; Sebaſt. Montil tractat. de patria poteſta. verbo *matrimonium* nu. 112. Lancel. Galiaul. de ſtatutis, verbo *vxori* quæſt. 4. num. 45. Stepha. de Feder. de interpreta. iuris nu. 88. lex 9. tit. 9. part. 7 eò præſertim, quod conſiderari debet, quod Rex ſit caput Reipublic: iſtius, & quod nullum ab illa poſſit membrū ſeparare, quod equidem fieret, ſi in pactis, pacis uè cōditionibus minimum præſtandę obedientiæ punctum remitteret, abſque quo ceſſaret authoritas, & officium mouendi ſe cum conſonantia debita,
9 ac congruenti † Rex quoque vt inſtrumentum præcipuum illius non poteſt illam hac ratione debilitare, dict. cap. intellecto de iure iurando, Bar. in leg. prohibere, §. planè, ff. quod vi, aut clam, Rode. Xuarez alleg. 9. nu. 7. Gregorius Lop. in l. 5. titu. 15. par. 2. glo. 2. & in l. 8. titu. primo, eadem part. glo. 3. quemadmodum, ſi aliquis præſcindere vellet manum, vel digitum, aliudue
10 membrum, † quorum, vt ait Vlpianus dominus non eſt, l. liber homo, ff. ad legem Aquiliam. D. Auguſtinus libr. primo de Ciuit. Dei, cap. 17. & 18. relatus in cap. ſi non licet 23. q. 5. Couarruu. lib. 1. variar. cap. 2. num. 8. Latè Thomas Granım. dec. Neap. 44. F. Franciſcus Victoria relect. 10. de homicid. Roland. a Valle conſil. 20. à num. 15. volu. 3. Tiraquell. de nobilit. cap. 31. nu. 559. & comprobant optimè, Annæ. Robert. li. 2. rer. iud. c. 6. Aldouin. cōſ. 18. n. 22.

SVMMARIVM.

1 *Vaſalli rebelles quid prætendere ſint ſoliti.*

2 *Priuilegia noua concedens rebellibus in pacibus, dat repudij libellum maieſtati.*

3 *Perſeo quid conſultum fuerit oblata occaſione belli cum Ro-*

Romanis.

4 Principes qui tolerant rebelliones, alijs occasiones tribuunt rebellandi

5 Princeps cum prouidenter est armatus contra rebelles, solet amicorum auxilia habere.

6 Regum immodica clementia sibi, & statibus suis damno esse solet.

7 Contumacia inferiorum, imperantis lenitatem diminuit.

8 Sciottis rebellantibus ab Athænienſibus alij similiter rebellarunt.

9 Gentes non assuetæ seruire, alias ab iugo seruitutis resilire inducunt.

10 Vulgi natura est libertatem concupiscere.

21 Libertas magna est sub Rege pio, & iusto, & num. 13.

12 Legi iustæ, & Principi optimo seruire, regnare est.

14 Reipublicæ optimus status est sub Rege iusto.

15 Libertas libertate perit.

16 Libertate ex nimia dissoluta licentia exoritur.

17 Malignitati falsa species libertatis inesse solet.

18 Sandrocotus libertatis prætextu Indiam excitauit contra præfectos Alexandri Magni.

19 Deioces Phraortis filius libertatis prætextu Tyrannidem Mædorum occupauit.

20 Libertatis prætextus populũ decipit, & ad rebellionem inducit.

21 Iugum detrectantes opprimendi sunt.

22 Legibus, & statutis Canonicis contrauenīri non debet pacis prætextu.

23 Religio antiqua seruari debet aduersus nouatores hæreticos.

24 Bellum iustum est pro religione, & maiestate Imperij.

25 Impp. Arcadius, & Honorius nullo metu adduci potuere, vt Arrianis fauerent.

26 Impp. Valentinianus, Gratianus, & Theodosius quid aduersus hæreticos statuere.

27 Conscientiæ libertas, & dissimulatio, quæ damna causarunt Franciæ, & Belgio.

28 Religiones diuersas admittens non censetur Deum

toto

toto corde diligere.

29 *Religionis mutatio quæ damna operata fuerit in prouincijs recensetur.*

30 *Religionis violatæ culpa, iusta excusatione caret.*

31 *Consilium prauum breui momento solet plura damna operari.*

32 *Orientale Imperium cecidit propter dissimulationem Imperatorum hæreses sufferentium.*

33 *Nestorius dixit Imperatori Constantinopolitano, quod daret sibi cœlum, si terram purgaret hæreticis.*

34 *Dio Cassius memorat Mæcenam Augusto dixisse quod antiquam religionem seruari faceret.*

35 *Respublica optima, vt conseruetur quæ debeant effici.*

36 *Reipublicæ potissimum fundamentum est religio pura synceré culta.*

37 *Regni fundamentum est religio, metus reuerentia, & cultus Dei.*

38 *Confœderatio quædam est inter Deum, & homines.*

39 *Persæ capite puniebant introducentes peregrinam religionem.*

40 *Lex Decemuiralis Romanorum in materia religionis adducitur.*

ARGVMENTVM.

Vasalli rebelles quid prætendere soleant, & quæ generentur præiudicia si Princeps cum illis conniueat, quidque in hoc obseruauerint Principes magnanimi, & de damnis libertatis conscientiæ, & religionis Catholicæ conseruatione cõmodis.

CONSIDERATIO IX.

1

Onsiderandũ † quoque Principi, ac prudẽtibus eius Consiliarijs est, quod subditi Rebelles duo prætendere solent; Vel vt ipsis augeantur priuilegia, quæ antea non habebant; vel super eis

eis fiat aliqua declaratio, qua mediante eximantur ab aliquo genere, vel parte obedientiæ hactenus exhibitæ. Vel vt tollantur aliquot iustæ leges, sine quibus viuere non possent tãquã Catholici Christiani.
2 † Qui primum concesserit tempore rebellionis in pace cum subditis iam cõtracta, facilè dignoscere debet, quod libellum repudij præbeat Maiestati, & magnitudini suæ, absque eo, quod securitatem possit habere in eiusmodi Rebellibus, Neque etiam in alijs subditis fidelibus qui illorum exemplo indies desiderabunt, tanquam
3 fideliores exempti esse, † vt memorat Liuius li. 2. Decad. 5. Quod cum Perseus consuleret, quid facturus foret, cum à Romanis timeret inuadi, & aliqui eidem suaderẽt vt priusquam ad arma veniret, tributi pensitationem augeret, & partem Regni concederet: Alij verò contrarium consuluerunt vt pugnaret cõtra ipsos, eandemque adducebant rationem. Nam quicquid cessisset cum eo simul Regnum protinus cedendum affirmabant, nequè quicquàm turpiùs, quàm sine certamine cessisse imperio, nec è contrà quicquam præclarius, quàm pro dignitate, & maiestate omnem fortunam expertum esse. Georg. Pagliar. dicta obseruat. 78. & 490. vbi ex Plinio in Panegyr. ad Traianum ait, *Vbi eadem, quibus alios artibus assequi vident consectantur, qualesquè sunt illi, tales videri volunt, & cum uolunt, fiunt.* Nam vt inquit D. Hierony. lib. 2. epist. 15. ad Lætam. *Procliuis est malorũ æmulatio, & quorum virtutes assequi nequeas, citò, imitaris vitia.* Annæ. Robert. lib. 1 rer. iudic. c. 9. & lib. 2. c. 10. Sicut quando corruptis iam corporibus, & morbo flagrantibus assidemus, pericula trahimus, afflatuque ipso laboramus, vt Seneca ait, lib. de tranquillitate animi, capit. 7. & Tull. 3. Tuscul. Thyestem introducit graui dolore oppressum dicentem. *Nolite hospites adire ad me, ne contagio mea vobis vmbraue obsit. Tanta uis sceleris in corpore hæret.* Hinc ait Vannozius in Polit: Animad. volum. 2. num. 968.
4 † Quod Principes qui patiuntur, & sufferunt rebelliones

Pro-

Prouinciarum, aut Commu-
nitatum exemplum præſtant
alijs imitandi, & ſequendi eas
quotiescunquè vident illos
ad punitionem illarum non
5 armatos eſſe † Nam ſi Prin
ceps reperiatur cum armis in
manu, illi qui ſeſe non decla-
rant, aut exurgunt contra eũ
gratiori animo, motuquè faci
liori ei aſſociantur, cum vide-
rint ipſum gentibus vallatũ,
ac ſubditis deficere ab illo co
nantibus obſtrepentem, pro
certo ſtatuentes, quod ſatius
laudabiliuſquè futurum ſit
Principis partes fouere, ac ſe-
qui, quam Rebellium in quo-
rum fauore largiora ſibi mu-
nera promittunt, quam re ue-
6 ra aſſequi poſſunt † Idem
teſtatur Alexander Magnus
cuius dictum habemus li-
bro Quinti Curtij octauo.
Regum, Ducumque clementia,
non ipſorum modo; ſed etiam
illorum qui parent ingenijs
ſita eſt, obſequio mitigantur
imperia; vbi verò reuerentia
exceſſit animis, & ſumma
imis confundimus, vi opus eſt,
vt vim repellamus. Idem
voluit Seneca in tragædia
Octauiæ verſ. 823. dicens.

Exultat ingens ſeculi noſtri bonis.
Corrupta turba, nec capit clementiam
Ingrata noſtram, ferre nec pacem poteſt;
Sed inquieta rapitur; hinc audacia
Hinc temeritate fertur in præceps ſua
Malis domanda eſt, & graui ſemper iugo
Premenda, ne quid ſimile tentare audeat.

7 † Nec aliorſum tendit Mar-
cell. apud Tacitum libr. 16.
Annal. dicens. *Contumacia*
inferiorum, lenitatem impe-
rantis diminuit, vt notat Ia-
nus Gruther. ad illum pag. 26
Nam etſi cauſa, & origo om-
nis furoris penes auctores ſit,
reliqui contagione inſaniunt
Tit. Liu. lib. 28. Hiſtor. Iuſtus
Lipſius lib. 6. ciuil. doctr. cap.
4. nam vt Seneca ait, epiſt 7.
conuictor delicatus paulatim
eneruat, & emollit. Vicinus
diues cupiditatem irritat. Ma
lignus Comes, quamuis candi-
do,

do, & simplici, rubiginem suã affricuit. Et epist. 104. *Harebit tibi auaritia, quandiù auaro, sordidoque conuixeris: Harebit tumor quandiu cum superbo conuersaberis; Nunquam sæuitiam in tortoris cõtubernio pones: Incendent libidines tuas, adulterorum sodalitia.* refert Annæ. Robert.
8 li. 1. rer. iud. c. 9. † & vt Thucydides ait lib. 8. histor. num. 7. in Sciottis ab Atheniensibus rebellantibus, quorum exemplum alios sequuturos timuerunt. Hieron. Frachetta in Seminario status, & belli cap. 48. num. 6. & 9. 21. & seqq. probans relinquere rebellionem impunitam, materiam, & occasionem tribuere etiam fidelibus rebellandi, vt euenit Lanouinis propter rebellionem Velitranorum. Liuius libr. 6. Decad. 1. & libr. 8 vbi ait, ea de causa contra Vestinenses mouisse bellum. Et si aliqui ex subditis fuerint qui careant exemptione, ac libertate molientur, machinabuntque magnas chimeras donec in simile crimẽ inciderint, vt reliqui adducti suasionibus, & exemplis vicinorum suorum, cum non desint qui in nouitatum cupiditate conueniant naturæ, ac animis, spiritibusque dictorum statuum, & alij qui procliuiores, & magis inclinati sunt ad libertatem, qui alijs temporibus, & seculis parum perseuerantes se ostenderunt in sufferendo iugo seruitij
9 Principis exteri. † Vt enim dicebat L. Florus, li. 4. histor. cap. vltimo. *Non assueta frenis seruitutis tumidæ gentium inflatæque ceruices facile alias ab imposito iugo resiliunt.* Refert Iustus Lipsius libro quarto, ciuil. doctrin. cap. septimo,
10 † maxime quia vulgi naturale est libertatem concupiscere, vt tradit Cæsar libro 3. commentar. de bello Gallico Dionys. Halicarnas. libr. 6. an-
11 tiquit. Romanarum † non agnoscentes quantum libertatis insit sub iusto, & pio Principe bonis præsertim subditis. Baptista Mantuan. lib. 1. Syluarum. Plin. in panegyri. ad Imperatorem Traianum,
12 vbi dixit † quod iustæ legi sanctæ, & honestæ, vt, & optimo Principi seruire, regnare esse. Vnde Claudian. lib. 3. de laudib. Stiliconis ait.

Fal-

Fallitur egregiè quisquis sub Principe credit
Seruitium: nusquam libertas gratior extat.
Quam sub rege pio.

13 † Nam Regis agi,& gubernari frenis atque obtemperare iustitiæ summa libertas est in Monarchia. Boetius lib.1. de consolatione prosa sexta,
14 † optimusquè Reipublicæ status sub Rege iusto est. Seneca lib.2.de beneficijs c.20. & libro de vita Beata,cap.15 Henningius Arnisæus libr. 1. de Republica cap.3. sectione 2.n.8.Valer.Maxim.lib.2.c.j. dicens, quod vitæ status fœlix est sub optimo Principe.
15 † Et quod est certissimum prouerbium,quod *Libertas libertate perit.* nam, vt dicebat Cornel.Tacit.lib.11.Annalium, *falsò libertatis vocabulum ab ijs obtendi, qui priuatim degeneres, in publicum exitiosi nihil spei nisi per discordiam habent*, & ita cauendum est,ne libertas nimia
16 sit; † nam ex ea procedit dissoluta licentia, vt post Arnold. Clapmar.libr.2. de Arcanis Rerumpub.cap.2.& lib. 5.c.19. tradit Adam Keller.li. 2.de offic.Iurid.Polit.cap.10. in fine,quò tendit pulchra illa sententia Senecæ libr. primo de clement. *Obuersatur oculis latissima forma Reipublicæ, cui ad summam libertatem nihil deest, nisi pereundi licentia*. Et Macrob. dicebat,primo Saturn. capit. 11. *Nos iugo à Fortuna imposito, subiacentem, tanquam miserum,vilemq; calcamus, Quod verò nostris ceruicibus inferimus,non patimur reprehendi.* Henning. Arnisæus de Repub.cap.3. sect.2. num.6. lib. 1. Et Plinius lib 8.Epist. vlt.Maximo, ait; *Quid ordinatione ciuilius? quid libertate preciosius? Porrò, quam turpe, si ordinatio euersione; libertas seruitute mutetur.*
17 † Quia sæpè,vt Tacitus ait histor:lib.1. Malignitati falsa species libertatis inest, refert Georg.Pagliar.obserua.417. ad Tacitum.memorat Iusti-
18 nus.lib.15.ex Trogo † quod Sandrocotus prætextu liberta-

tatis, Indiam contra Alexandri Magni Præpositos excitauit,quibus necatis, ipse author libertatis titulum in seruitutem vertit,& populum, quem ab externa dominatione vendicauerat, ipse suo seruitio pressit.

19 † Et sic Herodotus libr. 1. refert de Deioce filio Phraortis, qui cum ad tyrannidē Medorum, qui seruitutis Assyriorum iugū abiecerant, & in libertatē se se asseruerant, curaret ambire, ac aspiraret studiosiùs æquitatē affectans, controuersiarum Iudex primùm,& litium factus, paulatim potestatem iudicandi, postea custodes, deinde tyrannidem vsurpauit. refert Petr. Gregor.de Repub.lib. 13.c. 1 num.3. & 4. & libr. eodem cap. 12. num. 17. vbi probat,

20 † quod Libertatis prætextus populum decipit, & deceptū ad rebellionem incitat, & vt Tacitus ait, libro 16. Annal. *Qui imperium curant euertere, libertatem præferunt, si euerterint, ipsam aggrediuntur.* Iustus Lipsius lib. 6. Polit.cap.4.qui ex Tacito lib.4. Annal. ait, Illos agere audacius,palàm prætexentes libertatem, & nomina speciosa; nec quenquam alienum seruitium,& dominationem sibi concupiuisse,qui non ista eadem vsurpauerit vocabula. Bartol.Philipp. in tracta.de consilio,& Consiliar: discurs. 18. num. 13. Frachetta cap. 40.num.57. & hoc idem verisimile est meditari qui Belgarum rebellibus assistunt ipsorum arma tractantes, & ducentes.Quare Traian. Bocalin.raguag.6.& 27.inuehit merito contra Principes qui Belgiæ rebelles fouent propter ipsorum priuatos fines Camill.Borrell. de præstantia Regis Cath.cap 81.num.12. Et è contrario Ioannes Botero lib. 1. dictorum memorabilium pag. 90. laudat Henricum III.Franciæ Regem eo quod cum ad eum accessissent homines missi a Rebellibus Flandriȩ rogantes quod succursus impartiretur illis aduersus Regem Catholicum Dominum suum, respondit. Quo animo vultis quod Ego vobis succurram contra Principem vestrum, si vos mihi non præbuistis succursum contra meos subditos rebelles?

Et

Et quamuis causa non foret ita iusta prout est, Rebellibus vllatenus alas tribuere, quibus tanquam formicæ in perditionem euolent, gratum, acceptumque habere debebat S. R. V. Maiestas, vt si tempore aliquo successura aut euentura foret ista rebellio sub fęlici sui regiminis tēpore fieret, vt oblata illa occasione noua ineundi pacta, dum noua regna conquirit, tanti roboris essent, ac virtutis, vt cum dictorum statuū pacificatione, & quiete, plures simul orirentur exinde boni effectus; alter, vt eos ad veram obedientiam reduceret; alter verò, vt normam reliquis regnis etiam præscribere videretur, quæ regiæ eius coronæ parent, vt nouo hoc seueritatis exemplo perterriti qualiter, & quomodo sese in posterum erga S. R.V. Maiestatem gerere debeant animaduerterent, neuè ad meditandas, moliendasque nouitates animum inducant contra Regem suum tam benignum, atque clementem,

21 † qui cum gladiū suum vibraret, & opprimeret eos, vt cū Osea audire mererētur, c.7 *Reuersi sunt vt essent absque iugo, & dabo vos in commotionem cunctis regnis terræ,* & Ieremia cap. 34. *Vos non audistis me, vt prædicaretis libertatem, vnusquisque fratri suo, & vnusquisque amico suo. Et ecce prædico vobis libertatem, ait Dominus, ad gladium, ad pestem, ad famem.*

22 † Reuocare autem, aut abolere iustas leges, & statuta regulis Canonicis, & Ecclesiasticis sanctionibus stabilita, in quolibet pactorum genere, quæ fient, quæ non sint illis conformia non licere nequaquam dubitandum est, & quod Rex prudens, & Christianus respectu conseruationis illarum; omnia sua regna, ditiones & propriam etiam magnitudinem postponere debeat; Consiliarij desuper eius, dum congruentes, sufficientesque rationes inuenire nequeant, quibus assentire possint, eò quod directè tendit contra authoritatem Ecclesiæ, & Maiestatis diuinæ, & humanæ,

23 † Nam, vt Symachus scripsit Valentinian: Theodosio, & Arcadio Augg. lib. decimo, epistol. 54. *meritò illos Senatus insequitur, qui potentiam suam famæ*

Principis prætulerunt. Noster autem labor, pro clementia vestra ducit excubias. Cui enim magis commorat, quod instituta maiorum, quod patriæ iura, & fata defendimus quam temporum gloriæ? quæ tùm est maior, cum vobis cōtra morem parentum intelligitis, nil licere. Repetimus igitur religionis statum, qui Reipub: diù profuit certè numerentur Principes vtriusque sententiæ, proximus eorum ceremonias Patrum coluit, recentior non remouit; si exemplum non facit rêligio. Veterũ, faciat dissimulatio proximorum. Petrus Gregorius libro 13. de Republic. cap.primo, num.21.& sequent.& cap.4. num.3. Et dicit Petrus Magnus tractat.de consilio, c.7.

25 † Bellum iustum esse, quod pro religione, Deique cultu aduersus desertores, aut Rebelles pro maiestate imperij suscipitur, vt 2. Regum, capite 3. & 20. cap. quid culpatur 23. quæst. prima, Molina tomo primo, de iustit. tractat. 2. disput. 104. Camillus Borrellus de præstantia Regis Cathol. cap. 32. num. 93. & duobus seqq. dicens D. Regem Philippum II. Catholicum bellum iustissimè mouisse in nonnullos Hollandiæ, Zelandiæ, Frisiæ Principes viros. qui transgressis diuinis, & humanis legibus in suum dominum insiluerunt, obedientiæ obsequium negãtes, & illius statum occupantes.

25 † Nec eiusmodi etiam consilium dedissent duo illi excellentes Imperatores Arcadius, & Honorius, nam cum se se peruersa Arrij secta oppressos quasi viderent, & q̃d Hæretici illi maximos sibi timores incutiebant, vt cuilibet in conscientiæ suæ libertate, & improbæ hæresis exercitio viuere licitum esset, eorundem minis non solum perterriti non fuerunt; sed singulari etiam animorum promptitudine, & constantia, nouis edictis, grauibusque sub pœnis prohibuerunt, ne quis cuiuscunque status, aut ordinis esset, alium religionis vsum amplecteretur, aut exerceret, quæ Sacrosanctæ Ecclesiæ Catholicæ in minimo etiam puncto obstreperet, persequentes eosdem, vt inimicos, ac rebelles, lege 30. titulo quinto, libro 16.

Co-

26 Codicis Theodosiani, † Et Impp. Valentinianus, Gratianus, & Theodosius in ll. 11.& 13. Honorius,& Theodosius in lege 60.eiusdem tituli,lege cuncti,lege Arriani, C. de Hæreticis, & Manich.

27 † dissimulationem, & conscientię libertatem,causatam aliquibus edictis factis Franciç deplorat Petrus Gregor. lib.8.de Repub.cap.2. sectio. 15. Camillus Borrellus de præstantia Regis Catholici, cap.81. numer.12. & 13. & Georgius Pagliar. in obseru. 16. ad lib. 1. Cornelij Taciti affirmans, Pacis tractatus Franciæ, & Belgiæ nil aliud fuisse operatos; quàm tribuere Hæreticis commoditatem acquirendi vires nouas, & accrescendi illis audaciam, & temeritatem. Hinc Traianus Bocalin. raguagl. 64. parte prima, vel ex eo solo merito damnatum probat opus de Republica cujusdam Gallici Authoris quod in eo conscientiæ libertatem foueat aduersus vnam, eamque veram religionem Catholicam Romanam.

28 † Hinc dicebat Christophorus Chericus in Coronide Centuriæ quæstio. Politic. quæstio.14. Quod fieri, nec potest,nec solet. vt quis Deũ ex toto corde diligat,qui diuersas religiones simul pati, & fouere desiderat. Lipsius de vna religione, aduersus Dialogistam, dicens, Quod religionem euertit, quisquis libertatem religionum inducit: Ex qua confusio sequitur, & contemptus. dicebatque Laurent. Grimaldius libro secundo, de optimo Se-

29 natore, † Exemplis, & rerum vsu certam quandam prouidentiam comparari,qua ob mutatam religionem incommoda, & pericula magna obuenerunt Reipub.quæ Germaniam, Galliam, Belgiam,Bohemiam,Vngariam, & Angliam propter immutatam religionem labefactarunt, Camillus Borrellus dicto numero decimotertio,capite 81. Lipsius libro primo, ciuilis doctrin.cap.3. vbi in notis ait,quod Princeps seriò cogitare debet, quod religio neglecta, aut prolapsa traxit semper, secumq; trahet Rempublicam. Fabius Albergati. tracta. de Cardinalis munere lib. primo, cap. octauo,

dicens quod libertas conſcientiæ eſt omnis ſceleris mater, expellens fructum bonarum, & ſanctarum operum, & legum reuerentiam tollẽs, ac obedientiam Eccleſiaſticorum, & ſecularium, iuſtitiam diſſoluens, & bonitatis Dei calumniatrix. Idem Fabius dicto libro primo, capit. quinto, pag. 10. Simanc. lib. 7. de Repub. cap. 6. num. 32. & libr. 9. cap. 22. numer. 18. & ſeqq. vbi ait ex eodem Gri-
30 malio lib. primo, † Quod religionis violatæ culpa, iuſta excuſatione carere putanda eſt. Nulla enim peſtis capitalior eſt ad euertendum Reipub. ſtatum; quàm religionis immutatio, verumque illud eſſe quod Tullius dixit: Turbata religione, turbari totam Rempublicam. Conſtans igitur religio, legum, conſuetudinum, virtutum, ipſiuſque Reipublicæ perpetuitatem efficit; quæ, vbi eſt in hominibus mutata, eorum mutationem inducit, cum qua, & virtutem, & leges, & mores tolli neceſſe eſt, quibus ſublatis, perturbatio vitæ ſequitur, & omnis confuſio; vnde ſeditiones, diſcordiæ, inimicitiæ, odia, bella, & ad extremum interitus Reipub. conſequitur. Et re uera cum effectu, & deſolatione illius regni viſum, compertumque fuit, tum propter nimiam confidentiam, & facilitatem Principum, qui ſubditis ſuis pluſquam fas erat in cauſis fidei conniuerunt; tum etiam quod illorum, & ſubditus populus, contra eos exurrexerit, & rebellarit. Ex quibus dignoſci licet, quantum calamitatis, quamque breui temporis ſpacio prauum conſilium operari va-
31 leat, † veluti Seneca dixit libro decimo quarto, Epiſtol. 92. ad Lucillum. *Quicquid longa ſeries, multis laboribus, multa Dei indulgẽtia ſtruxit, id vnus dies ſpargit, ac diſſipat. Longam morã dedit malis properantibus, qui idem dixit, horam, momentũque temporis euertendis imperijs ſufficere, eſſet aliquid imbecillitatis noſtræ ſolatium, rerumque noſtrarum, ſi tanta celeritate repararẽtur cuncta quanta finiuntur. Nunc incrementa lentè exeunt feſtinatur in damnum nihil priuatim, nihil publice ſtabile*

eſt

est, tàm hominum, quàm Vrbium fata voluuntur, inter placidissima terror existit, nihilque extra tumultuantibus causis, mala, vndè minimè expectabantur, erumpunt. Quare magnum Dei beneficium est, agnoscere quod vitiosum est, ac mentem ad meliora conuertere, vt inquit Philipp. Comin. lib. 1. commentarior.

32 † Nec etiam alienum est, quod tradit Eginartus Caroli Magni Notarius in eius vita, quod cum Imperatorum incuria, & permissione, hæreses in Oriente reciperentur, paulatim collapsum est Orientale Imperium, & in Pipinum, & Carolum eius filium translatũ fuit, vt legimus in c. Hadrianus 63. distinct. cap. venerabilem 34. de electio. Petrus Gregor. de Repub. lib. 22

33 cap. 14. nu. 2. † Ideo Nestorius in prima inauguratione ad Archiepiscopatum Constantinopolitanum Imperatori dicebat: Da mihi Imperator terram ab hæreticis liberam, & ego tibi cœlum reddam; tu mihi hæreticos extirpa, & ego Persis delendis adero. Histor. Tripart. lib. 12. cap. 4. Clericus in coronide centuriæ qq. Politic: quæst. 8.

34 † Quarè Mecænas, vt refert Dio Cassius lib. 52. histor. monebat Octauianum dicens, *Diuinum illud numen, omni modo, omni tempore, ipse cole iuxta leges patrias, & alij, vt colant effice: Eos verò, qui in diuinis aliquid innouant, odio habe, & coerce; Non Deorũ,* (vt loquitur, nos Dei causa,) *quos sanè qui contemnit, nec aliud sanè quicquam magni fecerit; sed quia noua quadam numina, hi, tales introducentes, multos impellunt ad mutationem rerum. Vndè coniurationes, seditiones, & conciliabula existunt, res profectò minimè conducibiles principatui.* P. Gregor. lib. 33. Syntag: c. 7. num. 8. & de Republic. li. 8. cap. 2. num. 14. & lib. 12. c. 4. num. 5. & lib. 13. cap. 1. nu. 36

35 vbi ait, † Quod in optima Repub. & quæ conseruanda est sine seditionibus, sub Dei tutela, & communi societate, & firma amicitia bonis moribus temperata, magistratus ciuiles etiam adesse debent Ecclesiæ, & magnoperè curare, non solum, vt malæ herbæ hæreseos radicitus euellantur, neuè falsæ, aut simulatæ re-

religiones, aut sectæ introducatur; sed ẽt, vt cultus diuinus diligẽter exerceatur, & verbũ Dei frequenter prædicetur, & audiatur, vtque populus intersit, & ij quorum munus est docere, non deficiant; Porrò intentior hæc cura, supra

36 alias esse debet, † Quia potissimum etiam fundamentũ est religio pura syncerè culta. Et ita dicitur in epistola inter claras C. de summa Trinit: & Fide Cathol. Nihil esse quod lumine clariori præfulgeat, quàm recta fides in Principe; Nihil, quod ita nequeat occasui subiacere; quàm vera religio. Nam cum Auctorem vitæ, vel luminis vtraque respiciant, rectè, & tenebras respuunt, & nesciunt subiacere defectui.

37 † Et fundamentum totius Regni est religio, metus, & reuerentia cultus Dei, seruare mandata, eiusque obsequi voluntati, P. Gregor. lib. 8. de Repub. cap. 2. sect. 1. Chericus in coronide qq. Polit. §. 1 Religio enim à religando dicitur, Lactant. Firmian. de vera sapien. cap. 28. Eguinar. Baro in §. religiosum instit. de rerum diuis. Alciatus 2. parad: cap. 4. vel concinnius alligando, vt ex Bulling. in cõpen. Christianæ religion. lib. 2. cap. 8. tradit Vuaram. in meditam. pro fæder: c. 2. n. 11

38 † Est enim quasi confæderatio sancta inter Deum, & hominem, ad fidem, & disciplinam. Fædus autem Dei cum hominibus, nisi fidelibus non potest esse firmum, Genes. capit. 17. Vuaram: d. cap. 2. num: 12.

39 † Ex quo conuenienter Persæ, peregrinam quampiam religionem introducentibus, capitis pœnam irrogabant. Testis est Iosephus in libro contra Appionem, & Titus Liuius lib. 39. ait, *Sæpè ætate auorum datum est negotium Magistratibus, vt sacra externa fieri vetarent*; & lege illa decemuirali, cuius meminit Cicero 2. de legibus, Cautum erat quod nemo separatim Deos haberet nouos, siue alienigenas, ne confusionem religioni causaret, plurimaq; mala inducerentur, quæ obseruat Liuius Decad. 3. lib. 5 & Decad. 4. libro 10. Petrus Gregorius Syntagm: iuris libro 33. capite septimo, num. octauo, & cap. nono, num. 3.

Che-

Chericus in dicta coronide quæstio: Politicarum quæstio. 11.

SVMMARIVM.

1 *Pax vt sit firma, Rebelles debent verè pœnituisse, & Superior suam authoritatem conseruasse.*

2 *Princeps non debet admittere pacem, per quã Respub. subsannetur.*

3 *Gentis salus posita est in bonis Ducibus, & probis, & rectis Consiliarijs.*

4 *Subditi si debilitatem in Principe agnouerint, non potest pax esse firma.*

5 *Desperatio fortitudinem minuit; animus verò parua extollit, & sordida illustrat.*

6 *Feræ si fortiter inuaduntur, conuertuntur in fugam; Timidos verò deuorare solent.*

7 *Fortes contra Fortunam spei insistunt, & calcari non posse ostendunt.*

8 *Factiones bellicæ audacter aggredientibus solent fæliciter succedere.*

9 *Audaces fortuna iuuat, timidosque repellit.*

10 *Romani ad quem statum fuerint reducti, cum Coriolanus secessit ad Volscos.*

11 *Robur animi in aduersitatibus conseruare, efficit, vt fortuna sæuiens adiutrix euadat.*

12 *Hostis est perniciosior fugientibus.*

13 *Animus fortis omni fortuna valentior.*

14 *Tiberius Imperator euentus tristes occultare solebat.*

15 *Dauid Rex victus curabat ne inimici eius notitiam haberent.*

16 *Q. Seruilius Consul cum Romani profligarentur à Volscis clamauit eos fugere, & Victoriam assequutus fuit.*

17 *Prælij vnius infelici euentu, pauendum non est, nec hasta abijcienda.*

18 *Cladi acceptæ forti animo obuiandum, & meliora speranda.*

19 *Licinius Cõsul victus à Perseo Rege Macedoniæ quid responderit compellatus de pace.*

40 *Prudētia principium est omnium virtutum.*

41 *Prudentiæ virtutem reliquæ comitantur.*

42 *Prudentia cæterarum virtutum Dux, & mater est.*

43 *Prudentia alias virtutes antecellit, vt visus cœteros sensus.*

44 Prudentia *est propria virtus Principum.*

45 *Rodulphi Imperatoris symbolum*, Regni prudentia custos.

46 *Sapientiam qui inuenit beatus iudicatur.*

47 *Prudens Vir inermis, formidabilior forti viro armato.*

48 *Prudentia tutissimus est murus.*

49 *Fortitudo est finis virtutum, & sine prudentia temeritas.*

50 *Fortitudo fecit Romanos timeri acquirere, & conseruare.*

51 *Romanorum leges à Regibus latæ, dicebantur curiatæ.*

52 *Decemuiri Romanorum decem legum tabulas è Græcia attulerunt.*

53 *Duæ tabulæ additæ à Romanis fuere præfatis legibus.*

54 *Magistratus qui fuerint Romæ creati post exactos Reges.*

55 Magistratuū *varietas ordinis consonātiam induxit.*

56 Machabæi *amicitiam iunxere cum Romanis, qui pro illis Legatos miserunt ad Regem Demetrium.*

57 *Carolo Magno Legatum misit Sarracenorum Dux cum donis pacem efflagitans.*

58 *Hispania magnitudinem suam, & authoritatem conseruauit, robore, & fortitudine Roderici Diaz à Viuar.*

59 *Imperator Henricus prætendit Hispanias Imperio subijcere, & qualiter fuerit illi responsum?*

60 *Hispaniæ sunt ab Imperio liberæ, & quare?*

61 *Antiochus Soter, quid dixerit pugnans aduersus Galatas? quos fudit Elephātorum vi.*

62 *Imperij maiestas est salutis illius defensio.*

AR-

ARGVMENTVM.

Princeps qualiter se debeat habere in pacibus feriendis, & in aduersitatibus, & de Romanorum robore, & constantia in illis, aliorumque Regum notabilia exempla, & de prudentia, ac fortitudine Principibus necessaria, & Magistratuum ordinibus quantum Reipublicæ conferant, & illius decori.

CONSIDERATIO X.

Agnoperè considerandũ est Cõsiliario perspicaci, ac prouido, an Superior ex actionibus Rebellium dignoscere queat, quod re verà eosdem periurij pœniteat, & si Rebelles inter interrogationes, & responsiones non agnoscunt in Superiore genus aliquod
1 debilitatis † Nam si hæ duę qualitates non interueniant, non erit pax firma, & constans. Comprobat hoc Polybij aureum dogma histor. libro 3. Præcipueque Iustus Lipsius lib. 5. ciuil. doctr. cap. 20.
2 † Nam eos facti pœnituisse, necesse est prius intelligi, quã pactis talibus concedatur ingressus, & aditus, ne effectum contrarium præter Principis opinionem sortiantur, quàm sibi persuaserat, ne scilicet simulata quadam redimendi se vexatione, improbam eorum, intentamque machinationem in commodius tempus prorogent præsertim, si in talibus pactis Superioris authoritas, vt decet, præseruaretur, vt à nouis rebellionis insultibus nequaquam sibi inposterum pertimescendum esset; alias parum interesset eos facti pœnituisse, vel non, si vno, eodemque modo, vel pœna, vel præmio ad sui deuotionem, & obedientiam alliceret; & si contrarium fortè contingeret, nil aliud esset, quam Principis authoritatem vilipendere, & Rempublic. in cuius fauorem bona, & recta consilia dirigi debet, sub-

3 subsannare, † Nam vt ait Dynarchus in orat. contra Demosthenem In bonis Ducibus, & probis Consiliarijs omnis, & Ciuitatis, & Gentis est posita salus, infidi, prauiq; Consiliarij fontes sunt ferè malorum omnium, quibus sæpè turbatur vita mortalium, atque Respub: Osor. libro 7. de Regis institutione dicens, *In primis necesse est, vt Regis Consiliarij sint maximò ingenio præditi, bonis artibus instructi, longo rerum vsu periti, & in historijs diligentissimè versati, neque præsentia tantum sagaciter odorantes; sed etiam longè in posterum, quod vtile futurum Reipublicæ sit sagaciter prænoscêtes, ac coniectura prouidentes*; Symanc. lib:7.de Repub. cap.4. nu.20. & 29. Petrus Gregorius lib.24. de Repub. cap.1. num.3.

4 † Rex autem nullo alio modo, ad eum peruenire potest statum, vt à subditis illis Rebellibus omninò securus, & immunis sit, nisi id proprio robore consequatur, & eiusmodi difficultatibus viâ aperiat. Nam species ante perspectæ debilitatis, viuificare solet eius animum, qui paulò ante rebellare ausus fuit, antequam illam perspectam haberet. Nam si ab initio dubium erat, & timore concutiebatur, an robore illi occurrendum esset virili, cognita iam eiusdem debilitate, talibus cogitationibus, & chymeris facilè condescendit, vt nouam rebellionem sectari audeat, despiciendo quamcunq; vim, & robur, donec tandem eandem cum singulari detrimento, & iactura expertus fuerit, persuadens sibi quod nunquam puniet, qui opportuno tempore non puniuit †

5 Quod optimè significauit Sapiens Prouer:c.24. dicens *Si desperaueris lassus in die angustiæ, imminuetur fortitudo tua.* Demosthenes in orat.1. contra Aristog. vbi ait: *Desperatio cum ei ipsi maximo, & exitiali sit malo qui ea affectus est, tum acerba, & grauis omnibus, & Reipub. minimè toleranda; Nam desperatus omnis seipsum proijcit, etiã quam consilio, & ratione tenere liceat salutem, & præter omnium expectationem fit, si fortè seruetur incolumis.* Et Seneca lib. 1. de beneficijs

cap.6.

c.6.ait *Animus est qui parua extollit, sordida illustrat, magna, & in pretio habita de-
6 honestat*, † Dicebatque Conto Stephanus apud Nycætam libro quinto, Annal. Manuelis Comneni, etiam feras si quis fortiter inuadat, terreri, & in fugam conijci; timidos verò, & fugaces ab
7 eis deuorari, † Fortes enim & strenui contra fortunam insistunt spei, nec patiuntur, cum nolunt calcari, videri calcari posse, vt ex Seneca Epist. 14. tradit Georg. Pagliar. obseruat.78. ad libr. 1. Cornelij Taciti. Et idem Seneca epist.89. ait, quod *Fortitudo contemptrix timendorũ est, terribilia, & sub iugum libertatem nostram mittentia despicit, prouocat, frangit.*
8 † Facilius enim redditur euentus cuiusuis impressæ factionisque bellicæ. Si affirmatiuis potiùs, quàm negatiuis propositionibus præstetur assensus, & audacter aggrediamur egregia
9 † Nam vt prouerbium est, apud Virg. libr: 10. Aeneid.

Audenteis fortuna iuuat.

Timidos autem repellit, vt ait Vannozius in Animaduers. Polit. parte 2. num. 257.
10 † Exemplum habemus huius rei satis accommodatum in Romanorum constantia. Si quidem vna ex maioribus angustijs quibus prostrati fuerunt, illa fuit, cum Marcus Coriolanus contra patriam iratus, eò quod ab ea in exilium se videret propulsus eo tempore, quo propter egregia sua facinora, præclarissima merebatur præmia ad Volscos transfugit, quorum Capitaneus Generalis statim effectus, taliter Romam afflixit, referentibus id, Plutarcho in eis vita. Liuio lib.2.cap.9 Ioan. Zonaras tom.2.pag.24 Valerio Max.lib.5. cap.quarto, Polyæn. lib.8. stratagem. P.Gregor.lib.7.de Republica cap.11. num. 36. quod, dum Ciues Romani amicum, ac salutis publicæ Imperatorem reprobarunt, pestiferum ferè aduersus se Ducem experiri necesse habuerint sæpè sæpiùs enim fusis Romanorum exercitibus victoriarum suarum

rum gradibus aditum iuxta Vrbis mænia Volſco militi ſtruxit; ita vt faſtuoſus ille populus, qui in æſtimandis bonis ciuibus, reo non pepercerat, exuli tandem coactus fuerit ſupplicare, miſſis ad eum deprecandum Legatis, vt ſibi Patriæque parcere dignaretur; nihil omnino tamen profecerunt; quin etiam Sacerdotes qui infulis amicti eundem in caſtra pro Patria rogatum iuerant, re infecta reuerſi ſunt; ita vt vehementer obſtupuerit Senatus, trepidarit populus, viri pariter, ac mulieres iminens illorum exitium, tamdiù lamentati ſint, donec tandem Veturia Coriolani mater, & Volumnia eius vxor, liberos ſuos trahens ſecum, & clariſſimis comitata Matronis ad Volſcorum caſtra conceſſerint quorum ſupplicationibus par uulorum præſertim fletibus emollitus, conceptam iram depoſuit, & agrum Romanũ ab armis hoſtilibus liberauit, Volſciſque certam illam victoriam abſtulit è manibus, vt optimè etiam recenſet Petrus Aerod. lib. ſingul. de patrio iure pagina mihi 1629. Eutropius libro primo, hiſto. Rom. pag. 13.

Et quamuis Romani in hac rerum anguſtia vehementer turbati fuiſſent; nihilominus tamen, ne animis omninò cecidiſſe viderentur, Legatos ablegarunt ad Volſcos qui eis ſignificarent, quod licet ipſi fuiſſent primi, in armis ſumendis; Romani tamen, quorum conſuetudo erat, nunquam vinci, in deponendis illis futuri eſſent vltimi; ac propterea ſi ſaluti ſuæ conſulere gauderent Volſci; arma prius deponerent, nam licet ſummum aliquoties animi vigorem, & robur oſtenderunt, ad extremum tamen ſemper periculum redacti fuere
11 re † In cuius rei veritatem Valer. Max. ait lib. 3. c. 7. §. 10 *Nil aliud eſt in aduerſitatibus animi conſeruare robur; niſi efficere, vt fortuna ſæuiens verecundia victa eò quod te deſeruerit in adiutorium tuũ præ ſui pudore conuertatur*, Reuſner: libr. 5. ſtratagemm. cap. 5. dicebat Seneca libr. 5. controuerſ. 1. *Ludit de ſuis fortuna muneribus, & quæ dedit aufert, & quæ abſtulit reddit.* Annæ. Rober. li. 2. rerum iu-

12 iudic.cap.4. Et idem † Seneca libro vnico de quatuor virtutibus, §.de magnanimitate,& Epist.29.dicens, *Quæadmodum hostis est perniciosior fugientibus, sic omne fortuitum incommodum, magis instat cedenti, quam aduerso: Parata tibi est pax, si in aliquo certamine debellata fortuna est.* Nil enim maius, aut fortiùs; quam malam fortunam retundere,ait idem Seneca li.1. de clementia c.5 Nicæta Choniates in Annalibus in Alexio Comneni Manuelis filio dicens. *Sed quid non facit alacritas, & animus in re mala bonus?* dicebatq; Martius apud Liui. libro 25. *Scio audax videri consilium, sed in rebus asperis, fortissima quæquè consilia tutissima sũt.* Annæ.Robert.lib. 1. rerum iudicat. cap.7. & 12. vbi ex Cornel.Tacito lib.2.historiarum, ait *Maiore animo tolerari aduersa, quam relinqui: fortes, & strenuos etiam contra fortunam insistere spei: timidos, & ignauos ad desperationem formidine properare.* Et memorat Ioannes Botero lib.1. dictorum memorabiliũ, *de Capitaneo* pag. 58. Carolum Emanuelem Sabaudiæ Ducem dicere solitum. Quod in magnis periculis non erat melior socius, quam cor bo-
13 num.& forte. † Et Seneca lib.16.Epistol.99.dixit; *Valentior enim omni fortuna animus est, in vtramque partem ducit ipse res suas, beatæq; & miseræ vitæ sibi causa est. Malus animus omnia in malum vertit, etiam quæ cum specie optimi venerant. Rectus atque integer corrigit praua fortunæ, & dura, atque aspera ferendi scientia mollit, idemque, & secunda gratè excipit, modestequè, & aduersa constanter, atque fortiter,* lau-
14 dat † Tacitus lib 1. Annal. Tiberium tristissima quæque
15 maximè occultantem, † & Dauid lib. 2. Regum cap. 1. postquam in Monte Gelboe populus eius victus fuit, dicebat, *Nolite annunciare in Geth, neque in finibus Ascalonis, ne fortè lætentur filÿ Philisthym, & exultent filÿ*
16 *incircumcisorum,* † quò tendit Q. Seruilij Consulis commentum: Nam cum Romani eo statu forent, vt à Volscis profligarentur, fugere hostem: ex altero cornu clamitans,

con-

concitauit aciem, quę dum se putauit vincere, vicit, referẽte Liuio lib. 2. Decad prima. Idemque Decad. 3. libr. 6. nu. 26. Hostium Victorias cęlari debere consulit Lælius Zechius lib. 2. de Principe cap.
17 4 num. 3. † Non enim statim hasta abijcienda est; nec vnius prælij euentu pauendũ; dicitque Tex. in cap. 1. de renunc. quod *indecẽs est prius soluere militiæ cingulum, quã cedat victori præliorum aduersitas*. Et Nicolaus Papa vt habetur in cap. sciscitaris 7. quæst. 1. inquit. *Si perniciosum est proretam in tranquillitate nauim deserere, quanto magis in fluctibus*. Annæ. Robert. lib. 1. rerum iudicat. cap. 7. & libr. 2. eodem capite 7. vbi ex Diuo Cypriano sermone quarto, de mortalitate, ait. *Nisi præcesserit pugna non potest esse victoria. Tunc datur vincentibus corona nã gubernator in tempestate dignoscitur, in acie miles probatur*. memoratque Ioann. Botero libr. 1. dictorum memorabil. pag. 61. quod Carolus Vmenæ Dux post amissum prælium Iueri; adhuc scripsit Ciuitatibus, & Dominis colligatis, se victorem euasisse, & aduersarium rupisse. Et cum Miles quidam miraretur tanquam de re quæ breui spacio erat falsa manifestãda, respondit illum nescire quantum tempore belli valeret mendacium, seu fictio, vel biduo tantum substenta, cum mundus opinione multoties gubernetur, vnde tempore belli tantum valet fictio credita, quantum veritas operata.

Infirmi nempè ingenij est inquit Aegesyppus lib. quar-
18 to, cap. 2. † Lapsu aliquo summæ rei diffidere cum exiguis momentis subitò inclinentur omnia quæ in bello geruntur; Sed meliora speranda, & acceptæ cladi fortiter obuiandum. Mars siquidem communis, & victum sæpè erigit, & affligit Victorem teste Liuio Decad. 3. libro 8. Reusnerus stratagemm. lib 3.
19 cap. 5. † Sic etiam Licinius Consul, quanquam primo prælio cum Perseo Macedoniæ Rege duo millia & quingentos Equites amisisset; de pace tamen à Perseo compellatus, respondit, eum totũ Macedoniæ regnum Romanis

nis relinquere, seque eorum arbitrio dedere, atque ita ostendit, aduersum prælium non animum ipsi; sed equos abstulisse, teste Fulgosio lib.6 cap.4.

20 † Cum ex filo quodammodo penderet Romana Maiestas propter secundam, ac prosperam Hannibalis fortunam, & plus spei in confæderatorum amicitia positum haberet; quàm in proprijs viribus, placuit Romanis hac ratione eosdem magis deuincire, vt in consilium eos admitterent, ac propterea ex maioris Senatus partis opinione aliquot ex primoribus Latinorum creati fuere Senatores, vnus quin etiam è Capua Consul creatus fuit, vt sic eiusmodi dignitatum spe lactati, & allecti promptiores fierent ad subueniendum eis. Idcircò Manlius Torquatus in Senatu surrexit, ac dixit. Quicumque ex nostris confæderatis, coràm Senatus Romani grauitate, votum dare præsumpserit, manibus meis occidetur, qua sola apparentia Manlius debilem Romanorum statum confortando, Capuanos, & Latinos qui sub leuationis signa præstabant; sedauit.

21 † Excellens quin etiam cōsilium Hannonis fuit, quod Carthaginensibus dedit, qđ non nisi ex inimici seueritate processit, qui etiam postquam victus fuerat, se timeri efficiebat. & cum Magon sanguinolentissimi belli Cannēsis Victoriam fœlici Marte partam retulisset, & in eiuscè testimoniū, tria annulorū modia Equitum, ac Ciuium Romanorum ostendisset, interrogauit Hanno, si post talem stragem aliquis ex Romanis ad Hannibalem transfugisset aut pacem petiturus accessisset, aut si Romæ de pacis conditionibus pangendis tractari audijsset, dictus Magon vtrumque nescire affirmasset, Legatos Romam mittendos consuluit, qui pacem cum Romanis tractarent, quod Romanis potiùs facere incumbebat quorum socij tam innumerabiles in acie ceciderant, & grauiter ingemiscendo dixit, Carthaginem multis suis Victorijs comparare exitium: *Nam si res*, ait, *gradum reuocare cæperit frustrà pacem implorabimus, quam*

nemo

nemo vincentibus nobis detulit. Vt refert Henricus Farnes.in Apophteg. Card.Petri Aldobrandini libro 4.tit. 12. Sed salutari Hannonis consilio nequaquam fides adhibita fuit.& sic famosę illius Carthaginis misera tandem destructio fuit subsequuta.Ioan. Zonar.tomo secundo, Annal. pag.80.

22 † Erant tunc temporis in tam miserando statu, vt pro defensione Maiestatis Suæ non iuuenes dumtaxat, sed effœtos etiam senes conscribere cogerentur, reclusis carceribus impunitatem malefactoribus, seruis libertatem, & latronibus etiam quibusdã gratiam concedendo, in militum postea cathalogum eosdem referre necesse fuerit; Et nisi singularem animorum constantiam ostentassent, maiusque robur militum,quàm habebant cõmenti fuissent,haud dubiè illorum Monarchia tunc finita fuisset.

23 † Et propterea inquit M. Tullius lib.3. offic. Exemplis multis illam Rempub.esse refertam, præsertim secundo bello punico, post stragem Cannensis belli maiorem habuisse vigorem,& constantiã, quam in prosperitate, cum nec vllum timoris, aut pusillanimitatis signum vnquam ostenderit,nec pacis aliquando petendæ mentionem fecerit,tantam enim vim apud eos habebat honestum,vt vtilitatis ostentationes obscuraret. Sed hoc maximè notatu dignum erat,quod, cum Hannibal octo Romanorum militum millia in Castris haberet, non quos in acie cœperat,aut qui periculum mortis effugerant; sed qui relicti in castris fuerant à Paulo, & Varrone Consulibus; nihilominùs tamen Senatus eosdẽ non redimendos censuit, licet id parua pecuniarũ summa, fieri potuisset,dicens,hoc insitum esse Militibus Romanis, aut vincere, aut mori.

Qua quidem re audita fractum animum Hannibalis scripsit Polybius,quod Senatus, Populusque Romanus in rebus afflictis tam excelso & imperterrito animo fuerit,vt concludit Cicero, *honestatis comparatione, ea quæ videntur vtilia, vincuntur*. Salustius in orat. 2. ad C. Cæsa-

rem de Republica ordinanda, dicens, *Itaque maiores nostri cum bellis asperrimis premerentur, equis, viris, pecunia amissa, nunquam defessi sunt, armati de imperio certare, non inopia ærarij, non vis hostium, non aduersa res, ingentem eorum animum subegit, quin, quæ virtute cœperant cum anima retinerent. Atque ea magis fortibus consilijs; quàm bonis prælijs patrata sunt. Quippè apud illos vna Respublica erat, ei consulebant: factio contra hostes parabatur, corpus, atque ingenium Patriæ, non suæ quisque potentiæ exer*
24 *citabat*, † cuius exemplum celebre apud Liuium extat libro vigesimo sexto, histor. Cum enim duo Scipiones Imperatores summi infra dies xxx. cecidissent, extraordinaria cura deligendus erat, qui in locum eorum succederet. Cum ergò Proconsuli in Hispania creando diē Comitijs Cōsules edixissent, mæsta Ciuitas, propè inops Consilij Comitiorum die in campum descendit. Ibi in Magistratus, & eos qui se tanto imperio dignos crederent, versi, circumspectant ora Principum aliorum alios intuentium, nec nomina profitentium; ac fremunt res adeò perditas, desperatumq; de Republica esse, vt nemo auderet in Hispaniam Imperium suscipere. Cum subito Pub. Cornelius, illius, qui in Hispania cœciderat filius, quatuor, & viginti fermè annos natus, professus se petere in superiori vndè conspici posset loco, constitit. In quem postquam omniū ora versa sunt, clamore, ac fauore ominari ex templo sunt fœlix faustumq; Imperium, iussi deindè inire suffragium ad vnum omnes P. Scipioni Imperium esse, in Hispaniam iusserunt. Cœterùm post rem actam, vt iam resederat impetus animorum, ardorque silentium subitò ortum, & tacita cogitatio, quid nam egissent noui, quod fauor iam plùs valuisset, quàm ratio ætatis, maximè pœnitebat, quidam fortunam etiam domus horrebant, nomenque ex funestis duabus familijs, in eas prouincias, vbi inter sepulchra Patris, Patruique res gerendæ essent proficiscentis,

quam

quam vbi ab re tanta, tanto impetu acta, aduocata concione ita de ætate sua, imperioque mãdato, & bello quod gerendum esset, magno, elatoque animo disseruit; vt ardorem eum, qui resederat, rursus excitaret, & impleret homines certioris spei quàm quantam fides promissi humani, aut ratio ex fiducia rerum subijcere solet. Ipse ad exercitũ profectus, alloquendos maximè veteres milites ratus, qui, tantis cladibus superfuerant gratias illis egit, primum, quod ea pietate, erga Patrem, Patruumq; suum viuos, ac mortuos fuissent; Deindè quod amissa tanta clade Prouinciæ possessionem integram, & populo Romano, & successori sibi virtute obtinuissent, labantẽq; fortunã Reipublicæ Romanæ sustinuissent; Sed id deinceps parandum, non vt ipsi in Hispania manerent; sed ne manerent Pœni. *Mihi quidem* inquit, *vt familiaris pene orbitas, ac solitudo frangit animum; ita publica cum fortuna, tum virtus desperare, summa rerum prohibet, eo fato, quo donata nobis sors est, vt magis omnibus bellis*
25 *victi vicerimus*, † Quarè Marsi à Germanico victi, & excisi, inuictos, & nullis casibus superabiles Romanos prędicabant, qui perdita classe, amissis armis, post constrata equorum, Virorumque corporibus littora, eadem virtute, pari ferocia, & veluti aucti numero irrupissẽt, vt ait
26 Cornel. Tac. li. 2. n. 63 † & vt ait Cassiod. li. 2. var. epist. 38. Animus Principis nullis debet cedere aduersis. Nã vt inquit D. Hiero. sup Ioelẽ Iusti, & fortis viri est, nec aduersis frangi, nec ꝓsperis subleuari.
27 † Propter hoc dixit Sapiẽs Prouerb. cap. decimo octauo; *Spiritus Viri sustentat imbecillitatem suam*. Et Dauid filio suo Salomoni, tunc primum regnare incipienti dixit; 3. Reg. cap. secundo; *Ego ingredior viam vniuersæ terræ confortare, & esto vir* † Et Demosth. in orat. de corona, ait, quod fortibus viris semper res honestæ, præclaræque omnes spe bona tanquam clypeo fretis, & munitis, suscipiendæ sunt. Et quicquid Dei voluntate contigerit, infractis animis perferendum,

29 † Constat enim tempore necessitatis, illum probari fortissimum Virum, qui se per multa non distrahit. Cassiodorus libro primo, variarum Epist.17. Vndè Deuteronom. cap.20. dicitur; *qui est homo formidolosus, & corde pauido, vadat, & reuertatur in domū suam, ne pauere faciat corda fratrum suorum, sicut ipse timore perterritus est.* Machabæ.lib.primo,cap.3: Iudic.capit.7. Lælius Zecch. lib.2.de Principe cap.3.num.2. Piperon.lib.5. de omni vero offic.

30 cap.16.Q. † Fabius Romanorum Legatus ad Carthaginenses cui duæ tesseræ appositæ fuerunt, vna pacis, altera belli, vt supra relatum est, tā graui termino cōmotus fuit, & ipsos authoritate vincere voluit Senatus authotitatem tuendo cuius in arbitrio per tot annos fuerat bellum, & pax, vtramque tesseram sumpsit, summa cum grauitate respondens; Carthaginensibus incumbere eligere, quam vellent, leg.2.ff.de origin.iuris.

31 † C. Pompilius similiter à Senatu Legatus ad Antiochum missus, vt bello se quo Pthólomæum lacessebat, abstineret, cum ad eum venisset, atque is animo prompto, & serenissimo vultu dextram ei porrexisset, suam ei vicissim porrigere recusauit; sed tabellas Senatusconsultum continentes tradidit. Quas, vt legit Antiochus, dixit se cum amicis colloquuturum, quo responso indignatus Pōpilius, eò quod moram aliquantulam interposuisset, virga solum, quo insistebat denotauit, & priùs, inquit; quam ex hoc circulo excedas, da responsum, quod Senatui referam, & quasi non Legatum loquutum; sed ipsam curiam ante oculos positam videret, continuò Rex affirmauit fore, ne amplius de se Ptholomæus quæreretur. Tum demùm Pompilius manum eius tanquam socij apprehendit, tam efficaci animi, sermonisque grauitate abscissa, eodem momento Syriæ regnum terruit, & Aegypti texit. Liuius libro 45. Cicer. in orat. Philipp. octaua, Iustinus libro trigesimo quarto, Valerius Maximus libro sexto, capite quarto, §. tertio.

Si-

Similiter, neque Athenienses ad eundem modum authoritatem suam amittere voluerunt, nec vllum fragili-
32 tatis signum præstare, † ac propterea Timagoras ipsorũ Legatus capitali supplicio affectus fuit, eò, quod inter officium salutationis Darium Regem secundum consuetudinem gentis suæ (cuius & meminit P. Gregorius de Repub. lib. 6. cap. 5. num. 2. & capit. 12. num. 9. & lib. 8. cap. 4. num. primo, & lib. 12. cap. 8. num. 24.) cum adulatione adorauerat, vt vnius videlicet ciuis tam humilibus blanditijs totius vrbis suæ Persicæ dominationi submissum grauiter ferentes, vt post Suidam tradit Valer. Maxim. libro 6. cap. 3. §. 2. Plutarchus in Artaxerxe, & in Pelopida. Petrus Gregorius dicto capite 12.
33 num. nono, † memorans, quod Conon Atheniensis interpellatus de adorando Rege, noluit, dicens; *Mihi verò non est graue, quemuis honorem habere Regem; sed vereor ne ciuitati meæ sit opprobriũ, si potius Barbarorum, quam illius more fungar.* Aemilius Probus in Conone, & Iusti-
34 nus lib. 6. † Pari modo Sperchies, & Bulis Spartiatæ Xerxi dediti à ciuibus suis, ob violatos contra ius Gentium Darij caduceatores ante Xerxem producti, à Stipatoribus Regis Susis, noluerunt Regẽ adorare, dicentes, hoc esse alienum à Maiorum institutis, mortalem quenquam adorare, nec se eius causa venisse. Seneca refert libr. 7. epi-
35 sto. 54. † Quod Alexander cuidam Ciuitati partẽ agrorum, & dimidium rerum omnium promittenti, respondit, eo proposito veni in Asiam, vt non id acciperẽ, quod dedissetis; sed vt id haberetis, quod reliquissem.
36 † Romani cum singulari diligentia obseruarunt inter alia signa grauitatis, Græcis non nisi latinè respondere, vt eosdem cogerent, ꝙ mediante Interprete illos alloquerentur, hoc obseruando in propria ciuitate, & in Græcia, & in Asia, vt honor linguæ suæ maiori cum veneratione per totum mundum dilataretur, Et vt ait Valer. Maxim. libr. 2. capit. 2. §. 2. *Non illis deerant studia doctrinæ; sed nulla in re pallium*

Toga subijci debere arbitrabã tur, indignum esse existimantes illecebris, & suauitate literarum Imperij pondus, & authoritatem domari. Alderete libro primo, de origine linguæ Castellanæ cap. nono,
37 † Et ita fuit aduersus Ciceronem querela, & accusatio proposita, quod cum fuisset Legatus missus ad Syracusas Sicilię, gręcè loquutus fuerat.
38 † Areopagitæ Iudices Curiæ Martis apud Athenienses, vt grauitatem tuerentur Oratoribus iniungebant silentium quando incipiebant loqui, mouentes affectus, vt Lucianus ait libr. 10. in comparatione Demosthenis, & Ciceronis, & Budæ. in annotat. ad pandectas in l. vltima, ff. de Senator. Paresan. libr. 1. cap. 22. Quintilian. instit. Orator. libro secundo, cap. 17. & lib. 6. capi. 1. L. Apul. lib. 10. Metamor. Petrus Gregor. lib. 17. de Repub. c. 2. Alexander ab Alex. li. 3. dier. genial. c. 5.

Postremum, vniuersæ Respub. benè ordinatæ, & Principes magnanimi, singulari,
39 † cum prudentia, & ingenij acumine res suas rexerunt, quas Principis virtutes ex D. Basilio tradit Andreas Eboren. in sententijs cap. 1. de prudentia. Aristotel. libro tertio, de Repub. cap. 3. Iust. Lipsius lib. 1. Politico. cap. 1. vbi ait. Duos rectores Principum esse prudentiam, & virtutem, siue duo fulcra sine quibus laudabilis, & firma Respublica nulla vnquam fuit, nec
40 erit. † cum illa sit principiũ omnium virtutum, dicente Plutarcho in libello de audiendis Poetis, prudentiam esse diuinissimam rem, & maximè regiam, in qua Homer. prima Iliad. summam ponit excel-
41 lentiam, † nimirùm hanc virtutem reliquas quoque comitari sentiens Aegid. Roman. lib. primo, de Regimine Principũ p. 1. cap. 6. Henric. Farnes. in Apopht. Cardinalis Petri Aldobrandini tit. 4. c. 9. Hieronym. Frachetta lib. primo de Principe cap. 2. Piperon. lib. 4. de omni vero officio cap. 7. & 8. Patritius lib. 6
42 de regno cap. nono, & † Dampippus Pythagoricus in libr. de prudentia, & bona fortuna, vbi ait; *Prudentia est quæ res definit, ac infinita disponit, ideoque cęterarum quoque virtutum Dux, & mater est.*

Ete-

Etenim virtutes omnes ad præscriptum, & rationem prudentię constituuntur, Arist. lib. 6. Ethic. cap. 13. & libro secundo Magn. Moral.
43 cap. 3. † Bion etiam Boristhenites apud Diogenem Laert. lib. 4. cap. 7. dicebat, Prudentiā tantò cœteris virtutibus antecellere, quantò cœteris sensibus præstaret visus. Nam vt oculi prælucent toti corpori; ita nulla est virtus absque prudentia, in Principe præsertim, qui sine ea cæcutiret in omnibus, sic quasi Cyclops ille Poetarum amisso oculo. Arist. lib. 3. Politico. cap. primo, vbi di-
44 cit, † Prudentiam propriè esse virtutem Principum, Ioa. Stobæus serm. 3. de prudentia. Iustus Lipsius lib. 3. Ciuilis doctr. cap. primo, & dicit Aristo. lib. 6. Ethicorum, cuius meminit Afflict. libr. 1. comment. ad const. Neap. Rubric. nona, de illicita portat. armor. num. 1. Quod Prudentia in Principe est admodum artis architectonicæ, in subditis autem, ad modum manu operātis. Iouian. Pontan. in libro de prudentia. Adam: Kellerius libr. 1. de offic. iurid. Politic. cap. 21. pag. 173. Tiberius Gambaruti in discurs. Polit. cap. de prudentia Principis. Sebastian. Foxius libr. 2. de regni, Regisque institutione. Aegyd. Roman. lib. primo, de regim. Princip. cap. 12. par. 1. Ex Arist. Ethic. 1. Idem Aegyd. par. 2. lib. 1. cap. 7. & 8. Lipsius lib. 1. ciuil. doctr. c. 7. & li. 3. cap. primo, & sequent.
45 † Gregor. Lopez in l. 8. tit. 5. par. 2. glo. 1: Reusner. in symbolis, referens, quod Rodulphus Imperator eius nominis primus frequenter illud symboli loco vsurpabat, *Regni prudentia custos*, quo significabat, monebatque sine prudentia imperium nedum infirmum esse; sed ferè nullum; imò citra eam nihili habendā esse quantamcunque potentiam. Siquidem vt Horatius inquit Ode 3.

Vir consilij expers, mole ruit sua.

46 † Et Prouerb. cap. 5. Beatus prædicatur qui inuenit sapientiam, & qui affluit prudentia: Melior est acquisitio

eius negotiatione auri, & argenti, primi, & purissimi fructus eius; præciosior est cunctis opibus,& omnia quæ desiderantur, huic non valent comparari. Et Sapient. cap. 7. dicitur. *Melior est sapientia, quàm vires, & vir prudens quàm fortis.* Salomon Prouerb.cap:11.ait,*Qui stultus est, seruiet sapienti*. Bellarm.lib.primo,de Principe
47 Christiano cap.3.† Prudens enim vir quamuis inermis,in bello formidabilior est, forti viro armato. Henricus Farnes. in Apopht. Cardin. Aldobrand. tit.quarto, cap.18.
48 † Anthisthenes apud Diog. Laert.lib.6.cap.1. Dicere solebat, tutissimum esse murum prudentiam,quod is,nec collabitur, nec proditur.Nulla quippè mænia sunt tàm munita, quin machinis, aut suffossionibus, aut vallorum proditione capiantur; prudentis autem decreta sunt inexpugnabilia. Phylon Iudæus in lib.de sacrificijs Abelis,& Caini.
49 † Fortitudo autem est finis virtutum, & sine prudentia temeritas est, Homer. in 7. Odiss.Stobæus serm.7.D.Bernard.lib.1.de consideratione ad Eugenium dicens, Fortitudinis mater, prudentia est, Non enim fortitudo; sed temeritas est, quilibet ausus, quem non parturiuit prudētia,quæ docet, quid fieri debeat, fortitudo autem defen-
50 dit,& conseruat † Hæc effecit Romanos timeri, & acquirere, & conseruare; illa fecit conquirere varia legũ genera; Principio viuebant sub solo Regum arbitrio, legibusq; ab eis latis, quas Curiatas appellauit Pomponius in l.2.ff.de origi.iuris,Anton. Augustin.lib.de legibus c. 2.
51 † Et innuit Tacitus libr. 1. Annal. dicens, *Vrbem Romã à principio Reges habuisse*. Georgius Pagliar. obseru. 1. ad eum; postea fuere sub dubij, quærentes genus meliùs
52 conseruationis suæ † donec crearunt Decemuiros, qui è Gracia leges ipsis tulerunt, quibus ciuitas fundaretur, quas in tabulis decem æneis præscriptas pro Rostris proposuerunt,vt possent apertiùs
53 perspici, † sequenti demum anno, cum Magistratus animaduertissent, dictis primis legibus aliquid deesse, alias

duas

duas tabulas adiecerunt propriarum legum, ex quo accidente, sunt appellatæ leges duodecim tabularum, vt recenset Pomponius I.C. in d.l. 2.ff. de origine iuris. Portius Latro in declamatione in Catilinã, vbi ait, *Maiores olim nostri sapientissimi homines, & sine dubio grauissimi, num leges è Gracia per Legatos suos accersendas esse putauerunt, quibus hanc imperij magnitudinem perpetuò stabilirent, vt tu homo recens seueritate illarum abutereris?* Seneca lib. 14. Epist. 91. Et Canuleius Tribunus plebis apud Liuium lib. 4. ait, *Quis dubitat quin in æternum vrbe condita, & in immensum crescente, noua imperia, sacerdotia, iura gentium, hominumq; instituantur,* Annæus Rober: lib. secundo, rerum iudic. c. 1.

54 † Gradatimque Romani administrarunt Rempub. Nam cum habuissent Tribunum scelerum, exactis deindè Regibus, Consules, Censores, Dictatores, Aediles, & Quæstores crearunt, aliosque Magistratus, quos longa serie recenset dicta l. 2. ff. de origine iuris, vbi Hieron. Cagnolus in comment: Pomponius Lætus, & Andreas Dominicus Floccius in libris de Ma-

55 gistratibus Romanorum: † vt hac Magistratuum varietate, ex qua in ipsorum Republica cõsonans ordo resultabat graues, & vigilantes cum inimicis suis fierent, ex quo procedebant mirabiles effectus, & authoritas illorum longè, lateque fuit dilatata, & extensa

56 † vt magna cum ipsorum laude ostendit Scriptura Sacra lib. 1. Machabæor. cap. 8. Quod cum Iudas audiuisset nomen illorum, & prælia, & bonas virtutes, quas fecerant in Galatia, Hispania, & alijs regionibus, misit Legatos Romam, ad constituendum amicitiam cum eis, vt auferrent ab eis iugum Græcorũ, qui in seruitutem premebant regnum Israel, & cum placuisset sermo in conspectu eorum, rescripserunt in tabulis æreis capita societatis, & pacis, & miserunt in Ierusalem, vt esset apud eos ibi in memoriale, & ad Regem Demetrium scripserunt, dicentes, *Quare grauasti iugum tuum super amicos nostros, & socios Iudæos. Si ergò iterum adie-*

rint

rint nos, aduersum te faciemus illis iudicium, & pugnabimus tecum mari, terraque. Hoc lucrantur Principes qui se ti-
57 meri faciunt, † Vndè scribit de Carolo Magno Imperatore Aymoinus lib. 5. de gestis Francorum cap. 4. Quod cum Tolosam venisset, & conuentum generalem habuisset Bahaluc Saracenorum Dux qui locis montuosis Aquitaniæ proximis Principatum gerebat, Legatos ad eum misit petentes pacem, & ferentes dona, & habetur in historia de vita Ludouici Pij eius filij pagi. mihi 169.
58 † Hispania quoque magnitudinem, & grauitatem suam conseruauit propter robur & fortitudinem Roderici Diaz à Viuar dicti Cyd. Nam Arabum Reges ad eum Legatos tanquam ad Dominum miserunt, cum ingentibus donis, inter quos Persiæ Soldanus, vt memorat Didacus Valera meus con Ciuis in Historia Hispaniæ 4. parte, c. 38. & 94.
59 † & quando propter sanum, & animosum consilium illius splendoris, & gloriæ Hispanicæ gentis, temporibus Regis Ferdinandi Magni, Imperator Henricus adiutus à summo Pontifice Vrbano Secundo petijt, vt Hispaniæ in recognitionem Imperij soluerent illi tributum, qui respondit, nunquam permissurum fore, vt temporibus suis talis res fieret, & quod aliud consulentes non erant vasalli fideles; Quinimò si Imperator in postulatis suis diù insisteret, armis defenderetur, & indictum illis ab Imperatore bellum acceptaretur, ipseque se obtulit cum amicis, & vasallis associaturum Regem, vt bellum traheretur in proprijs terris Imperatoris, affirmans arma vltima esse instrumenta executionis iustitiæ. Nam cum Hispaniæ fuissent recuperatæ à potestate Principum Mahumethanorum, absque adiutorio Imperij, aliorumq; Principum, rationi non conueniebat, vt leuem ob causã alium Principem recognoscerẽt, ac propterea Rex magno exercitu stipatus Franciam vsque penetrauit præeunte Cyde, qui prælio vicit, profligauit, cœpitque multos ex Gallis, Alemanis, & Sabaudiẽsibus, vel Insubribus, ita vt Imperator, & Francorũ Rex

Pon-

Pontifici supplicarint tandē, vt sese interponeret, efficeretque, vt Rex Ferdinandus in Hispaniam reuerteretur, & quod in posterum nullum ab illo tributū postulaturi essent: Et sic Rex Ferdinandus misit Legatos è Ciuitate Tolosana vbi tunc morabatur, ad Pontificem, vt id constitutione decretali declararet,

60 † prout fecit Hispanias liberas, & immunes ab omni recognitione Imperij, eaque ratione affirmās, quod proprijs viribus, & armis ab hostiū insultibus faucibusq; se se liberauerant, vt ait glos. verbo *per singulas* in cap. Hadrianus Papa 63. distinct. Oldra: cons. 72. Rebuff. in auth. habita super verbo, *Dignum. Namque existimamus* C. ne filius pro Patre. Redin. de Maiestate Principum, verbo *Imperatoriam Maiestatem* Menchaca lib. 2. contro. illust. cap. 82. num. 2. Couarr. in reg. peccatum par. 2. relectionis §. 9. numer. vltim. Gregor. Lopez in leg. quarta, titu. 15. part. 4. glos. 5. Zamalloa lib. 11. Histor. Hispan. cap. 7. fol. 375. Historia Valeriana dicto cap. 38. Camill. Borrell. de præstantia Regis Catholici cap. 47. num. 1. & seqq. Gregor. Lopez Madera de Excell. Hispaniæ lib. 1. cap. 2.

61 † Antiochus Soter cum fœlici fortuna victor euasisset, noluit in verbis suis eidem fortunæ locum tribuere; sed in ipsis ostentare fortitudinē. Et cum coactus esset aduersus Galatas pugnare, seseque inferiorem agnosceret viribus, gentiumque numero, consultumque ei foret, quod haberet absconditos, & reseruatos sibi quatuordecim Elephantes, quos adducebat, donec equitatus inimicorum irrueret in equitatum eius, eoque tempore Elephantes repente educeret, prout fecit, ita vt inimicorum equi perterriti, terrore inusitato belluarum ad inuicem se se occiderint, & sic remanente cum Victoria Antiocho, Principes, & Magnates regni sūmis laudum encomijs extollebant eum, Victoremq; Regem appellantes, & acclamātes, quibus ille respondit: Verecundia afficimur Milites, quod Vita, Victoriaque nostra constiterit in metu, quem animalia quatuordecim causarunt;

62 † propter quod dixit Q. Curtius.

tius lib.8. Quod Imperij Maiestas, est, eius salutis defensio.

SVMMARIVM.

1 *Duellum apud Septentrionales ordinarium erat, ut conuiuium inter amicos.*

2 *Rex si duellum recusasset infamiæ nota afficiebatur.*

3 *Duella prohibita sunt à iure. maximè si prouocatus ad ea sit Rex.*

4 *Princeps debet esse animosior, & fortior quàm subditi.*

5 *Agesilaus dicebat Regem virtute, & non delitijs debere alios præcellere.*

6 *Saul electus a Deo Rex erat melior alijs filijs Israel.*

7 *Cyrus dicebat quod non merebatur imperare qui alijs melior non foret.*

8 *Leonidas dignitatem regiam assequutum se gloriabatur, quod alijs foret melior.*

9 *Alexander Magnus rogatus de successore in regno dignissimum vocauit.*

10 *Gothi non egent quod ipsis suadeantur certamina qui bus propensionem habent à natura.*

11 *Gothi pusillanimis præmia negabant.*

12 *Fortitudo est munimentum imbecillitatis humanæ.*

13 *Temerarijs locus inter fortes negatur.*

14 *Augustus Cæsar festinationē, & temeritatem Ducibus belli minime conuenire dixit.*

15 *P. Scipio laudatur quod in bellis non fuerit cunctator neque præproperus.*

16 *Anchora, & Delphini symbolum quid significet.*

17 *Iactantis ingenij est ardore triumphandi ciues in discrimen adducere.*

18 *Festinatio est cæca, & improuida, clara, certaq; omnia non properanti.*

19 *Celeritas inimica consilijs.*

20 *Properando res, errores eueniunt, & magna detrimēta sequi solent.*

21 *Duci belli sapienti cauta consilia cum ratione, potius quā prospera ex casu placere debent.*

22 *Consulere oportet lentè, consulta vero festinanter exequi.*

45 *Fabio Maximo concessa corona graminea ob seruatos Ciues in Italia.*

46 *Stratagemmata sunt à iure permissa.*

47 *Stratagemmata quæ propriè sunt.*

48 *Deus vbi, & quando iusserit stratagemmatibus vti.*

49 *Arma sine stratagemmatibus & prudentia semper in occasum fuere.*

50 *Cogitationes roborantur consilijs, & bella gubernaculis tractantur.*

51 *Consilium rectum vnius viribus multorum præualet.*

52 *Exercitus cui præpositus est Sapiens Imperator commodius regitur.*

53 *Dauid Rex in bello quod suscitauit Absalon præcabatur Deum quod intellectum turbaret Achitophel Duci.*

54 *Achitophelis consilia potius diuina, quàm humana videbantur.*

55 *Belli in conflictibus magis opus est promptitudine, & ingenij viribus quàm corporis.*

56 *Xerxes magis victus fuit consilio Themistoclis, quam armis Græciæ.*

57 *Prudentia, & consilio bella, & res præclaræ geruntur.*

58 *Militaris ars, (vt reliquæ) perficitur meditatione, & intellectu.*

59 *Ingenium plus potest quàm vires.*

60 *Superari quæ non possunt vnico impetu, superantur paulatim.*

61 *Seditionum causæ, vt remoueantur, quibus remedijs vtendum sit.*

62 *Dux bonus vbi non protenditur Leonina pellis, Vulpinam adijcit, & quare.*

63 *Dolus an virtus quis in hoste requirat ?*

64 *Tiberius Imperator plura consilijs quàm telis, & manibus gessisse gloriabatur.*

65 *Consilium vnicum rectum, magnam militum manũ solet vincere.*

66 *Demosthenis consilium plus obstitit Philippo Regi quã Græcia vniuersa.*

67 *Agamemnon Troyã breuius capturum dicebat si habuisset decẽ Sapientes, & valentes consilio, vt Nestor, & Vlysses, & nu. 68.*

69

69 Bellicis in rebus multa necessaria sunt, sed consilium praeualet.

70 Mens vna sapiens plurium vincit manus.

71 Henricus III. Rex Castellae dicebat plus conferre Principibus sapientium consilia, quàm animosiorum arma.

72 Vulcanus cum claudus esset, quare fingatur illaqueasse Martem fortem, & armigerum.

73 Verecundum esset robur Hispanum vinci astutijs Belgarum rebellium.

ARGVMENTVM.

Duellum quibus nationibus sit peculiare. Regemque alijs debere praestantiorem esse, & de Fortitudine à temeritate aliena, & quando cunctatio, aut festinatio conueniant. deque Maiestate regia, consilijs bellicis, prudentia, & stratagemmatibus, & exercituum conseruatione.

CONSIDERATIO XI.

QVantum ad animum quem Reges habere, aut ad minus ostẽtare debeant ex multifarijs diuersarum historiarum exemplis cognoscere licet, Septentrionalium praesertim, nationum, & antiquorum Gothorum Hispaniae, qui vt origine, sic etiam moribus, ac robore erant cõditionis eius-
1 dem; † Nam, vt Olaus Magnus ait Episcopus Vlispassensis in bello de Gigantibus cap. 25. Erat ita ordinarium duellum inter Septentrionales, vt conuiuium inter amicos; & si quis eiusmodi duellum recusare ausus fuisset, tãquam victus, & vilis ingenij
2 reputabatur; † praesertim si Rex, aut Princeps tam sordidè (quod nunquam tamen contigisse liquet) duellum, aut singulare certamen neglexisset, vel hominis inaequalis, & fere priuati turpissimae ignominiç nota laceratus manebat, quasi desciscens à gene-

neris, ac maiorum suorum robore; † quam ob causam, & si prohibita postmodum fuissent, eiusmodi duella vt probant Paris à Puteo de re militari tit. *An pugna, & duelle personæ singularis permissa sint* num. 1. Panuinius tract. de Visit. p. 2. q. 2. nu. 53. Anton. Mass. Galles. in tract. contra vsum duelli num. 7. Sebastian. Medices de diffinitio: diffin. 13. n. 2. Iacob. Castill. de duello n. 25. Iulius Ferret. de duello num. 31. & 33. Imò si benè consideretur hoc, maiori ratione militaret in Rege propter eius dignitatem, ad tradita per Paridem à Puteo supra rubri. *An Rex coronatus possit pugnare cum non coronato*; † ea tamen mouebantur ratione, quæ ad nostrum confert propositum: Quia dicebant, quod Princeps non solum deberet animosior esse; quam alij sui subditi, vt ex Isocrate tradit Patritius libro 2. de Regno cap. 3. Paris de Puteo de syndicat. §. post Imperat rum cap. primo, nu. 46. dicens post Aristot. 8. Ethicorum qu d Rex debet esse per se sufficiens, & omnibus super excellens, nam vt dicebat Flaui Veget. de re militar. in præfatio. *neque quenquam magis decet, vel meliora scire, vel plura quam Principem cuius doctrina omnibus debet prodesse subiectis.* Iustus Lipsius in libro aduersus Dialogistam, dicens quod Principis est in omni virtute populo præire; sed fortitudinem etiam, ac robur ostentare; eò quod Principum magnitudo, ac splendor magis propter arma, & strenuitatem illorum magnipenditur, ac veneratur, quam propter diuitias, quæ facilè profundi possunt. Nam vnius hominis interdũ virilitate remedium adhiberi, alicui negotio solet, quod posteà cum summo omnium discrimine solidari non posset

3

4

5 † Propterea Agesilaus Regem non mollitie, & delitijs potiorem suis subditis esse debere, arbitrabatur; sed potiùs virtute. Plutarch. in Apopht. Laconicis, Schualenbergius de animo regio parte prima, pag. 164. Iodocus Clichtouæus in lib. de Regis officio,

6 cap. quarto, † vbi ponderat, quod Scriptura Sacra ait 1. Reg. cap. 9. de Saul, diuina electione, in regnum subuecto,

cto, quod erat electus, & bonus, & non erat vir de filijs
7 Israel melior illo † Vndè Cyrus Rex Persarum dicere solitus erat, quod neminem deceret imperare, nisi qui subditis esset melior.
8 † Et cum Leonidæ Spartanorum Regi quidam dixisset, præter regiam dignitatem aliud nihil nobis præstas, respondit authore Plutarcho in Apopht: Laconicis. *At nisi vobis melior extitissem, dignitatem regiam non ade-*
9 *ptus essem* † Ideoque Alexander Magnus, mortis in agone agẽs, de hærede, & regni successore, interrogatus, dignissimum, & optimum instituit, vt Q. Curtius ait lib. vlt. de
10 gestis ipsius, † Et Cassiodorus libro primo variarum epistol. 24. dicebat Innotescenda esse magis Gothis, quam suadenda certamina; quia bellicosæ stirpi est gaudium comprobari; Idẽ lib. 7. epi. 25.
11 † Et ita inquit Olaus, ꝙ apud eos pusillanimo non dabatur ꝑmiũ, & inglorium armis, vixisse in deformitate, & animo debilem tenuisse ignominiam extremam, magnamque infelicitatem. Ac propterea Reges ante aliorum Principum oculos, scripta debebant deferre, verba illa Senecæ: Fortitudo mea timorẽ repellit, si arma splendescere viderem, & furor Martis horridus me inuaderet, irem ferox audaci brachio etiam contra
12 Gigantes † *Fortitudo*, dicebat ipsemet Seneca Epistol. 114. *Est munimentum humanæ imbecillitatis inexpugnabile, quod qui circundedit sibi securus in hac Vita obsidione perdurat*; nihilque tam arduum esse, quod animi fortitudine superari nõ possit, dicebat Appianus Alexandrinus in libro de bello Hispanico.

Vnica illa res quam Reges necesse habere arbitror, illa est, vt facultas illa irascibilis quæ consistit in calore, quem habemus in corde, taliter habeat temperamentum proportionatum, vt non excedat
13 in gradu intenso; † Temerarijs namq; locum inter fortes nequaquam concedimus, eò quod maiori ferantur impetu, quam ratione, & ad feritatem dilabantur & immanitatem qua nemo fortis censendus, vt ait Vuarem. in Meditam. pro fœderibus c. 2. nu.

149. & 154. dicens, Temeraria facta, etiamsi fœlicem exitum sortiantur, non esse laudanda, ex Q. Curtio li. 10
14 † Augustus Cæsar arbitrabatur, nihil minus perfecto Duci, quam festinationem, & temeritatē conuenire; ac Ducem belli debere vti iudicio, & non fortuna, monet D. Antonius de Gueuara in Episto. ad D. Innicum de Velasco; †
15 † Ideoque prudens prædicatur Scipio, quod neq; cunctator, neq; præproperus in bel-
16 lis fuerit; † Nam quorsum in symbolis anchora cui adhæret Delpinus, de qua Alciat. Emblem. 143. Nisi quia in rebus agendis prudentis est, mora, celeritatē temperare: Anchora enim ad moram est fabricata; Delphinus verò pisciū omniū est velocissimus, & ita nihil aliud hoc symbolum infert; nisi ꝙ veteri prouerbio fertur, *Lente esse maturandū*.
17 † Dicebat Octauianus, vt in epito: vitæ illius tradit Sext. Aurel. iactantis ingenij, & leuissimi esse ardore triūphādi in discrimen ꝑ incertos euentus certaminū, securitatē ciuium præcipitare, Neq; Imperatori bono, aç prudenti; quicquā minus, quā temeritatem cōgruere, satisq; celeriter fieri quicquid cōmodè gereretur;
18 † Quia secundum Liu. lib. 2. Decad. 3. Omnia non properanti clara, certaq; sunt; festinatio improuida est, & cæca; quemadmodū, & canem, cum festinat, cæcos parere catulos Galenus dixit, & Pau. Manut.
19 in Adagijs pag. 707. † Quoniā, vt Thucidides ait libr. 3. Res magni discriminis, nulla consilijs est tā inimica, quàm celeritas. Quippè quā celer pœnitentia; sed eadem sera, atq; inutilis sequatur; cū præcipitata raptim consilia, neq; reuocari, neq; in integrū restitui possint, idq; expressit Seneca in lib. de ira, dicens, *Maximè sunt contraria consilio, festinatio, & ira velox, consilium sequitur pœnitentia*, & Damocritus Aetolorum Prætor apud Liu. Decad. 4. li. j. Legato Romano respondit; Ideoq; bellū, non temeraria solet celeritate geri; sed optimè consulendo, & prouidendo tēporū momenta, metimur, vt ait Procop. li. 2. de bell. Gothico, & li. 1. dixerat, rerū gerendarū maximæ; non tēporis celeritate; sed bonis consilijs re-

alius dirigi ſolent. Plerumque enim prudens dilatio, cũ ſe de mũ opportunè obtulerit, vtilitatis plurimũ adfert. Studium verò, & nimia properatio, vbi nec decenti, nec ſuo tempore proferuntur, multis rei conficiendæ ſpẽ intercidit.
20 † Omnis equidẽ res iuxta Herodo. li. 7. properãdo parit errores, vndè magna detrimẽta fieri aſſolent. Reuſner. libr. 2. artis ſtratag. c. 10. pag. 220.
21 † Notum eſſe dicens ſapienti belli Duci, cauta potius conſilia cũ ratione, quàm proſpera ex caſu placere, ſatis citò victoriã incipi, vbi prouiſum eſt, ne vincatur. ex Tacito lib. 2. Hiſtor. T. Liuius lib. 22. vbi verba notanda tradit quorũ meminit Annæ. Rober. lib. 1. rerũ iud. c. 4. f. 17. Idẽ Liu. li. 31. Lipſi. li. 3. ciui. doctri. c. 7. dicens ex Demoſthene Exord. 22.
22 † Cõſulere oportere lentè, cõſulta exequi feſtinanter. Ariſtot. 6. Ethico. cap. 9. ait, Tardè deliberandum, deliberata verò celeriter peragenda.
23 † Alias enim temeritas præter quã quod ſtulta eſt, etiam infelix eſt. Liuius lib. 22. hiſtor. Polybius lib. 3. dicens, quod celeritas, & audacia, & impetus præter rationẽ, & vanitas ac typha hoſtibus quidem opportuna; noxia verò maximè amicis. Quare Euripides in Phænis, ait, *Melior eſt Dux circumſpectus, quàm proiectè Audaculus.* Iuſt. Lipſius lib. 5 ciuil. doctrin. cap. 15. & 16.
24 † Vbi ex Tacito lib. 3. Hiſt. ait Militibus Cupidinem pugnãdi conuenire, Duces prouidendo, conſultando, cunctatione ſæpius, quàm temeritate pdeſſe, ac propterea Claudianus dicebat: in lib. de bello Getico.

. . . . Ductorq; placebat
Non qui præcipiti rapiet ſimul omnia caſu
Sed qui maturo, vel læta, vel aſpera rerum
Conſilio momenta regens, nec triſtibus impar
Nec pro ſucceſſu tumidus, ſpatiumque morandi
Vincendique modum mutatis noſſet habenis.

25 † Imperator Carolus V. vt in illius vita refert Sanſoui-

nus, & Bartholomæus Philippus discurs. 1. de consilio, & Consiliarijs dicere solebat, in duabus rebus Principum negotia consistere, in consilio, & exequutione, & quod consilium indiget recto iudicio; executio autem magna fide, & quod mora est anima consilij; & celeritas anima executionis, & quod coniunctæ, erant essentię Principis; Nec etiam sit debilis, aut remissior requiri ad hoc, vt opera quæ fecerit sint ex omni parte perfecta.

26 † Cecropidæ fingebant Gubernatorem, & Ducem suũ, ex superiori parte hominem, & ex inferiori Draconem insinuantes, quod illi, quibus alios gubernare incumbebat, debebant habere prudentiã hominis, robur, & vigilantiam Draconis; Claud. Mino. & Alciatũ emblem. 5. & Demosthe-

27 nes in oratione funebri. † Ab Astrologis pingitur signũ Sagittarij homine medio, & dimidio equo, significando, qđ per globum huius vitæ, & per Zodiacum quem pertransimus mensuratis gradibus, debemus currere robore, & velocitate equi. Postquam considerauerimus cursum maturitate, & consideratione ho-

28 minis; † Nec etiam sine causa pinguntur signa Leonis, & Scorpionis diuisa gradibus sexaginta, & signum Virginis, & Libræ in medio eorum, velut significantes, q si Scorpionis ira velit iungi, cum fortitudine Leonis, seu melius, & magis propriè loquendo: Si maiestas, ac potestas alicuius Regis, velit iræ coniungi, & vniri, conueniens est, vt transeat per designationem, & moderationem libræ, ac dirigi manu virgineæ, syn-

29 ceræ, ac puræ iustitiæ, † idem etiam significant ornamenta, & insignia regia, idemque anulus fidei. Bulenger lib. 2. de Imperatore Romano, c. 11. Sceptrum iustitiæ, ensis vindictæ. Idẽ c. 17. Vinc. Gramigna li. 2. de regim. regni c. 11. pur-

30 pura obedientiæ; † Dicebat enim Cassiodorus libro sexto variarum episto. 21. *Hinc fit, vt cum publicum agentes, purpuram cernerent, de vigore semper* Principis *admonerẽt* Nã & 1. Regũ c. 15. dicitur, *Nunquid vult Deus holocausta, & victimas, & non potius vt obediatur voci Domini.*

Bel-

Bellarmin. lib. 1. de Princip.
31 Christ.cap.1. † Diadema etiam maiestatis, & gloriæ. Antonius Augustinus Dialogo 6.Nummismat. antiquor. Pierius Valerian.lib.40.Hyeroglyph. fol. 304. Iustus Lipsius ad lib.14. Annal.Taciti,Martin. de Roa de die Natali cap. 24. Bulenger. dicto lib.2.cap.3.Dio lib.44.vbi de Iulio Cæsare tractans, ait, *Postquam enim Lupercalibus in regiam venit, & in tribunali regia veste ornatus, & aurea corona splendidus in aurata sella consedit, & ipsum Antonius regem cum collegis Sacerdotij salutauit, & diademate reuinxit.* Valer.Maxim. lib.6.cap.2.§.7. de M. Fauonio. Ammia. Marcellin.lib.17 Arrianus lib.6. de Alexand. Lucian. in Dialogo Alexandri,& Diogenis.Egesipp. lib. 2.antiquit.Iudaic.cap.primo, dicens. *Quid enim sella aurea, albatumque diadema, nisi regni forent insignia?* D.Isidorus lib.19.cap.30. Q.Curtius lib.6.Philo Iudæus lib. de vita Mosis pag.457.Iulius Cæsar Bulenger.libr.2.de Imperato. Romano,cap.3.Carolus Paschalius lib.10.de coronis, cap.10.& seq.Anton.Corset. de potest.Regia, par.quarta, quæst.41.nu.primo, Restaur. Castal. tractat. de Imperato. quæst.33. num.3. Troil.Maluit.de Canonizat.Sanctorum §.incepturus num.20.

32 † Cum Orphæi Cytharæ consonantia, ac genere illo saltationis Lycurgi, qua hominem armatum repræsentabat, qui exercebatur qualiter pugnare debebat,& quod ipsum subsequeretur honestissima quædam Virgo saltans consonanter, ad signifi-
33 candum † Regem duplicem debere habere virtutem, fortitudinem scilicet, &temperantiam, extremũ cuius causat errorem notabilem in effectibus,qui indè resultant,vt operatur modica,vel etiam excessiua ira. Quia excedendo cordis calorem, vnit iracundiã potentiæ maximæ, & absq; culpa & causa plurimũ sanguinis effundi solet;verùm si remissior sit, aut debilis,leuiter, & absque punitione transit,per delicta grauia quę in regno eius committuntur, & sic euenit, vt paruipendatur, nec à suis in veneratione habeatur vasallis,ac multi sę-

pius inordinati affectus in Republic. succedant, qui non facilè remedium sortiuntur; nihilominus tamen si temperamenti proportionati fuerit, irascitur quidem, sed suffert, vsque ad temporis oportunitatem, non amittendo pun-
34 ctum grauitatis, † sic Pub. Scipio distulit punitionem Castulonensium, & Illiturgi norum, donec Charthaginenses ex Hispanijs eiecit, vt ex Liuio lib. 8. Decad. 3. tradit Hieron. Frachetta lib. primo, de Principe cap. 19. in fine,
35 † & ita debent Reges depingi cum virga iustitiæ contra iniquos, & mansuetudinis baculo ergà pauperes, orphanos, viduas, & infirmos, qua profectò virga, & baculo magnoperè indigent Belgici status, ita, vt non immeritò dicere queat Christianus Catholicus miserabilis vidua, ac religiosa, cum Regio Psalte Psalm. 22. *Virga tua, & baculus tuus, ipsa me consolata sunt*; ac si dicerent: Domine consolationem accipere speramus rigore virgæ iustitiæ tuæ, & dulcedine benignitatis baculi tui; cap disciplina dist. 45. & iuxta illud Psalm. 44. *Virga directionis virga regni tui: Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem, propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ cõsortibus tuis.* Psalm. 88. *Visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum; Misericordiam autem meam non dispergam ab eo*; Virga est enim verbum directum, regale plenum potestatis, insigne imperij, vt ait Diu. Ambros. lib. 3. offic. cap. 14. Carolus Paschal. lib. 6. de coronis cap. 21. Virgam hanc mittet Deus Maiestati vest ę ad reparationem magnificentissimorum Belgiæ templorum, à pacifica habitatione dulcis suæ Syon, contra furentes illos inimicos, ac rebelles Ecclesiæ Catholicæ, qui eandem destruere conantur seseque à iusta S. M. Vestræ obedientia eximere meditantur, iuxta illud Psal. 109. *Virgam virtutis suæ emittet Dominus ex Syon, dominare in medio inimicorum tuorum.* vt regantur, ac domentur Virga rigoris ferrea, & tanquam vas figuli confringantur Psalm. 2. Apocalips. cap. 2. Bellarmin. libro primo, de

Prin-

Principe Chriſtiano capite tertio.

36 † Hæc eſt fortitudo,& temperantia quam Rex poſſidere debet,vt ſcribitur de Traiano Imperatore,eò quod facilis, & lenis erat populo,honorabilis in Senatu, veneratus ab omnibus;grauis è contra, & formidabilis inimicis, vt recenſet Plinius in Panegyrico ad eum, quem exornant Lipſius, & Ioannes Maria Catancus in comment.ad eum.

Sed cum tantoperè difficilè ſit reperiri Regem hiſcè temporibus iiſdem quatuor qualitatibus dotatum; ita vt ſi eiuſmodi ſubditorum rebellio contingeret, abſque dubio ſatius eſſet,vt iraſcibilis illa facultas in eis emicaret intenſa, atque exceſſiua quam remiſſa, propter velocitatem, & rigorem, quibus illis occurri neceſſe eſt: †

37 Quia Principis lenitas qua cum facinoroſis iniquis vtitur,in bonos crudelitas eſt,& contra rationem naturalem, parcere malis, & punire bonos; Nam bonis occaſionem hac ratione præbebit, & anſam; vt ij quoque à bonis actionibus declinent. c. dicto, eſt iniuſta cum ſequenti 23. quæſt.4.

Omnia quippè delicta poſt quam admiſſa fuerunt habēt interualla ſua legitima, ac tempus ad executionem pœnæ, adiuncta cum conſideratione qualis,& qualiter infligi debeat; † Rebellio autem, cum ſtatim ab initio eidem non occurritur, filumq; mox inciditur, nullam poſtmodum patitur excuſationē, nec vllus indulgentiæ locus relinquitur. Singulari namque cum ſollicitudine, & ſeueritate executioni demandari debent leges illæ, quæ ad Reges clamant,exhortantes, commonenteſque, vt ſuā Magnitudinem, & Maieſtatē tueantur. Nunc enim non tractatur de corrigendis ſubditorum vitijs,nec de inſtitutione,aut ordinatione Reipublicæ, nec de publicis ædificijs pro ciuitatum ornatu, & decore,nec denique de regni conſeruatione,ac ſtabilitate; ſed proh dolor, cò negotium peruenit,vt etiamnum non niſi de educendo,ac liberando à captiuitate tam magno Chriſtianorum numero; de-

38 (margin, beside "gi debeat")

restituendis, ac reducendis virginibus sacratis ad monasteria; de singulari cura, ne templa tam nobilia, ac sumptuosa demoliantur; ne sacrati Ecclesiæ Catholicæ ministri tantis illusionibus despiciantur, tractandum est; Quin etiam, ne desolata mater, filios tam violenta, ac iniqua morte cæsos, ob oculos videat prostratos, dum omnia armis, cadaueribus, sanguine, ac luctu repleta, & occupata
39 sunt † Denique etiam magis magisque considerandum est, quod hic non agitur de plantanda, aut inserenda fide Catholica, sed oportuno remedio quærendo quantocitius ne omninò eradicetur; præsertim, cum negotium in tali statera positum animaduertamus, quod Imperatores orbis Orientalis, & Occidentalis tractent, eosdem status Belgicos sibi conciliari, paulatimque sub iugum illorum trahere, inexplicabili cum S. R. M. V. honorum, & magnitudinis iactura, ac dedecore. Pro cuius conseruatione magnopere laborandum est, residuum exponere, summamque aliorum regnorum, cum ex ea sola eiuscè stabilitas dependeat, vt indè intelligant, eos contra potentiam, & magnitudinem illius nequaquam præualere posse, idque similiter aliæ nationes, & Principes huius Mundi cognoscant, qui istius negotij finem singulari quodam desiderio expectant, ponderantes tam varios pactorum terminos quæ in hunc vsque diem inita fuerunt, in quibus dolosæ potiùs machinationes vim, locumque habuere, quã rationes conuenientes, & fortia tot Ducum, ac Veteranorum militum facinora, rectaq; consilia quos Belgicus, truculentusque sanguinis vortex multis ab annis absorbuit, absorbebitque si in posterum etiam, cum velis tam remissis contra eos nauigauerit, cum deplorando, miserandoque tot bonorum, Christianorũq; virorum qui pereunt naufragio.

40 † Quid prodest, obsecro, Duces habere fortes in bello? quid Milites expertos, & animosos? quid rerum scientiam, & cognitionem, si eandem non comitentur ingenij ardor, actus, & astus stratagẽ;

ma-

matum? Deus ipse mandauit Iosue, vt Ciuibus Aemiticis strueret insidias, Iosue capit.8. idemque iussit Dauidē Phylistæos à tergo adoriri 2.
41 Reg. cap. 5. † Dum enim iustum bellum suscipitur, nihil ad iustitiam refert, si quis aperto Marte, aut ex insidijs hostem vincat, D. Augustinus super Iosue lib.6. quæstio. 10. cap. Dominus 23. quæstio. 2. Molina tomo primo, de iustit. tractat. 2. disput. 111. cap. noli existimare 23. quæst. prima, Diu. Thom. 2. 2. quæstio. 40. Franc. Curt. Iun. in l. conuentionum num. 11. ff. de pactis, id intelligens dummodo fides non frangatur, Maria. Soccin. in cap. primo, num. 5. de sagittar. Iacob. ScKultes in quæstio. an sit fides seruanda hæretico. num. 366. & sequent. Nihil etiam vtilius dolo iudicatur in bello, qui propterea bonus dolus vocatur, l. prima ff. de donatio. Maria. Soccin. vbi proxi. num. 6. Sunt enim furta pulcherrima belli. Xenoph. in Hypparch: Brasyd: apud Thucydidem lib. quinto, dicit, *illa belli furta, pulcherrimam consequuntur gloriam, quibus, & hostes maxime decipiuntur, amici, atque socij plurimum iuuantur*. Po-
42 lyb. lib. nono, † & Thucydi. lib. 2. dicebat, In bellicis rebus minoris esse momēti quæ manifestè perficiuntur, quam quæ dolo fiunt, bonique Duces non Marte aperto prælium incunt, in quo est commune periculum; sed ex occulto semper attentant, vt integris suis quantum possunt, viribus, hostes interimant, vel certò intereant. Vegetius li-
43 bro 3. cap. 9. † Summaque putatur Ducum gloria, Victoriam sine periculo comparare. Polyæn. stratagemm. primo, Veget. dicto capit. nono. Maximè si fortiores hostes extiterint, & magis militè instructi, Procop. libr. 2. Ioann. Adam: in qq. Polit. Decad. 6. quæstio. quinta; Nam vt ait Valer. Maxim. lib. 7. cap. quarto; Sors hæc calliditatis egregia, & ab omni reprehensione est procul remota. Vannozius in Animad. Politic. p. 2. num. 56. Panor. in cap. vnico, numero primo, de sagittar.
44 † & ait Patritius de regno lib. 7. cap. 7. quod Lacedæmonij post victoriam assequutā, consilio, & prudentia Ducis po-

potius; quam vi, & armis sacrificabant Idolis, Bouem; sed si armis, sacrificabant Gallũ, ostendere volentes, nobiliorẽ rem esse prudentia efficere;
45 quam armis; † Ac propterea Fabio Maxim. concessa fuit corona graminea totius Italiæ; eò, quod non pugnando; sed custodiendo, & conseruando defendit exercitum, & Rempub. Romanam cum decore suo restituit
46 † Et stratagemmata à iure permissa constat, l.nihil interest 26. ff. de captiu. & postlim. reuers. l.2.C.de commerc. & merca. Peragitur namque disciplina bellica, ratione, ac robore; Ratio, vim occultam; sed robur, apertam continet;
47 † Stratagemmata, itaque sunt quæ simulata arte, & prudentia, & singulari cum solertia, vel in cauendo, vel opprimendo hoste excogitata, & perfecta sũt de quibus Theatrum Mundi lib.3.volum. 7.Thucydid.lib. 5.& 8. Plutarch.in Agesilao. Agell.lib.12.cap. nono, Lipsius libro quinto Polit.c.17. Alphons. Aluar. in Speculo Summ Pont.cap.43 Alberic. in l.prima, num.9.C.de dolo, Syluius in hist. Europæ capite
48 43.& libro sexto, Epit: † & quod Dominus iusserit insidijs, & stratagemmatibus vti Numer.cap.2.Iudith 20. Samuel. libro primo, cap.quinto ver.23. Danęus in Polit.Christian.lib.7.cap.6. Alber.Gentil.de iure belli libr. 2. cap.3. Vuarem.in Meditam.pro fœderibus cap.2.num.59. Frachetta lib. 2.de Principe cap. 2.Reusner. libro 2. Artis stratagem. cap.quinto; Laudans Iudith callidum consilium, de quo cap. octauo, & seqq. quo Holofernem obtruncauit, & Bethuliam à durissima Assyriorum obsidione liberauit,
49 † sine quibus stratagemmatibus, arma semper in occasum versa fuere. Vegetius lib.3.de re militari, cap.nono Melchior Iunius tomo secundo, quæst.Polit. quæst. 75.& 77. Nam, & Cornel. Tacit. lib.17.Annal. circa finem dixit, *Sapè honestas rerum causas ni iudicium adhibeas, perniciosi exitus consequuntur*.
50 Prouerb.cap.20. † *Cogitationes consilijs roborantur, & gubernaculis tractanda sunt bella*, id est, prudentia, & consilio, vt interpretatur Simancas libro nono, de Republica cap.

cap. 17. num. 1. Marc. Tull. de senectute, ait, *Non viribus, vel velocitatibus, aut celeritate corporum, res magnæ geruntur; sed consilio antiquorum,*
51 *& scientia* † Galenus in lib. de Exhortatione ad bonas artes ait, quod rectum vnius consilium, multorum manibus prævalet. Madera de excellent. Hispan. cap. 7. num. 1.
52 † & Mar. Tull. 1. de inuent. dixit, quod exercitus is, cui præpositus est sapiens, & callidus Imperator, omnibus partibus commodius regitur; quam is, qui stultitia, & temeritate alicuius administra-
53 tur. † Idque probè intellexisse videtur Dauid Rex, & Propheta, cum in bello, quod ei Absalon filius eius mouit, sem per Deum precatus fuerit, vt intellectum Consiliario ipsius intimo adimeret. Magis enim Consilium Achitophelis, quã arma, & artes reliquorum reformidabat 2. Regum cap. 15.
54 & 16. † Quia Consilia Achitophelis, tàm tempore, quo seruiebat Dauid Regi; quam Absaloni potiùs videbantur prophetiæ à Domino reuelatæ; quã humanæ prudentiæ. Barthol. Philippus de cõsilio, & Consiliarijs discursu primo, pagin: 3. Fridericus Ceriolanus in lib. de consilijs & Consilia. cap. quarto, Vuarem. in Meditam. pro Fœder. cap. primo, n. 3. pagin. 82. vbi
55 probat, † Non tantum corporis; sed etiam ingenij viribus & promptitudine in conflictibus, ac bello opus esse.
56 † Et Xerxes magis victus fuit consilio Themistoclis, quam armis Græciæ, & quidẽ gloriosè, Ioseph. lib. 2. de bello Iudaico pag. 166. Vuarem: in Meditam: pro fœder. num. 113. Symanc. lib. nono de Repub. cap. 17. num. 13.
57 † Hoc est, quod post Salomonem in ore habebat Aristides, erat in Regem, prudentia, & consilio geri bella, quodque Tacitus prodidit, Plura consilio, quàm vi perfici & consilio, & astu externas res moliri. Scipio Ammiratus lib. 2. discursu 6. Farnesius de symulachro Reipublicę libro 3. pag. 87. cap. nono; Camerarius in meditam.
58 Histor. cap 2. † cum teste Vegetio ars militaris, vt cœtera omnes meditatione perficiantur, & intellectu, Terentius in Heautontimorumeno actu

quarto

quarto, scena prima, *Nihil tã difficile est, quin quærendo inuestigari possiet*, ac ratione res præstantiores, quàm ar-
59 mis † Sertorius quoque dicebat, vt in Vita illius refert Plutarchus, ingenium plus
60 posse, quàm vires † Multa enim vno impetu, quæ superari non possunt, paulatim superantur. Farnes. in Apopht. Cardin. Petri Aldobrandini, titu. quinto, cap. 12. Aegidius Roman. lib. 3. de Regim. Princip. c. 1. p. 3. vbi ait, Vt plurimum bellorum industriam plùs conferre ad obtinendam victoriam, quàm faciat multitudo, vel fortitudo bellantiũ. Nam qui non illustrantur, & euigilantur à somno, tubis sanorum consiliorum, & buccinis clarorum intellectuum, & vigilantia illorum qui peruigilant pro exercituum conseruatione, facilè consumentur rapidis, & furentibus ignibus, iræ, atque choleræ imprudentium, ac temerariorũ, ac timidorum hominum immodico flegmate, qui minùs cauti censentur. Et summoperè profectò miserandum est, quod consilia, vota, & artes tot illustrium, ac prudentum virorum, qui Catholicũ S.R.M. Vestræ zelum iuuare suspirarunt, tam longo armorum interuallo, nil dignius, in statibus Belgicis effecerint; Nec etiam Principes qui in bello sibi præstò fuerunt exquisito illorum ingeniorum acumine, ad cognoscendum euiscerandumq; cautelas, occulta dissinia, & machinas inimicorum, ad quærendum modos, & artificia quibus vincantur hi procul dubio fœliciores successus obtinebunt, victoriasque consequentur, vt obtinuere tam in seditionibus sedandis quàm rebellionibus comprimendis qui robori, ac viribus coniunxere sapientiã:
61 † nam vt ait Conradus Brunus tracta. de seditiosis, lib. 6. cap. 6. nu. 13. Ad remouendas seditionum causas instrumentales vim, & fraudem his remedijs vtendum est. Primũ vt vim vi propulsemus, Secundo, vt artem arte deludamus.
62 † Etenim prudentis Irenarchæ officium est, quod Lysander de bono duce dicebat, vt in eius vita Plutarch. refert, & Paul. Manut. in adagijs, col. 1281. vt quo leonina pellis non attigit eò assuta

vul-

vulpina contendat. Idem Plutarch. tomo primo, moral. in Apophtegm. Lysandri. Georgius Pagliar. obseruatio. 270 in Cornel. Tacitum irridere enim solitus erat Lysander illos qui velut ab Hercule prognati bellum apertis viribus, citraque dolum gerendũ esse censebant, cum ipse magis existimaret boni Ducis officium esse, leoninam pellẽ vulpinæ supplere quod quidẽ propemodum indicat Maro
63 cum ait, libro secundo, Aeneid.

. . . . . *Dolus an virtus quis in hoste requirat?*

quod Adagium refertur à Zenodoto, & illi adfine est. qđ Carbo dixisse memoratur apud Plutarchum in vita Syllæ, qui cum non solum Marte aperto, sed dolis bellum gereret dixit. Quod bellum gerens cum vulpe, & Leone (vtrumque enim habitabat in animo Syllæ) à vulpe vehementius angeretur.
64 † Quare non sine ratione gloriabatur Tiberius Imperator scribens Germanico apud Cornel. Taci. lib. 2. annalium scilicet se plura consilijs quàm telis, & manibus gessisse, Georg. Pagliar. obserua. ad eum 599, libro quinto; nam vt dicitur Prouerb. cap. 24. *cum dispositione initur bellũ, & erit salus. vbi multa consi-*
65 *lia*; † dicebatque Polybius libro primo Histor. vnicum rectum consilium magnam militum manum vincere, & Philipp. Comin. libro 2. comment. ait; *Multum hercle positum est sapè in vnius hominis virtute, modo fidem, & authoritatẽ obtineat*. Tacitusque. lib. 12. annal. ait, in summa fortuna plæraque auspicijs quã telis, & manibus geri. Valer. Flacc. lib. 4. Argonaut. dicens,

Non solum viribus æquum credere.
Sed sapè acri potior prudentia dextra.

Suntq; de hoc plenæ omnium ætatum, & temporum
66 historiæ † Philippus enim Macedonũ Rex negotij plus ha-

habuit cum vno Demosthene quam cum vniuersa Græcia, vt ostendunt illius orationes in Philippum, & obseruat Henricus Farnesius in Apophtheg. Cardin. Petri Aldobrandin. titul. quinto, capite 19.

67 † Sic etiam Agamemnon Rex dicere solebat, quod facilè Troiam cœpisset, si in exercitu eius habuisset decē viros, tam sapientes, vt Nestor, & Vlisses, quorum sapientiam concelebrat Plutarchus in libro de Homero tomo primo, Moral. Cicero in Catone Maiori, vbi ait, *Dux ille Græciæ nunquam optat, vt Aiacis similes decem habeat; sed vt Nestoris, quod si accideret, non dubitat, quin Troia sit breui*

68 *peritura* † & apud Homerū lib. 2. Iliad. introducitur Agamemnon Nestorem alloquēs his verbis:

Certè, inquit, *venerande senex te plurima linguæ*
Gratia commendat, prudenti pectore cunctos
Haud dubiè Graios superas, vincisq; loquendo
Atque vtinam tales mihi Dij bis quinque dedissent
Nempè breui nostris manibus caperentur, & alto
Pergama conciderent à culmine.

Symanc. lib. 9. de Repub. cap. 17. num. 9. & 10. Madera de excellentijs Hispaniæ capit. 7 num. 1. Pagliar. obseruat. 201 ad Tacitum, Vuarem. in meditam. pro fœderibus numer. 114. cap. 1.

69 † Hinc meritò asserit Ioann. Magnus libr. 4. Histor. Gothicæ c. 20. Quod quamuis multa ad rem bellicam sint necessaria, nihil tamen, ac consilium valere putandum est. Procopius lib. 2. de bello Persico.

70 † Et ex Euripide ait Lipsius lib. 3. ciuil. doctr. cap. primo, quod mens vna sapiens plurium vincit manus. Et Salustius in Catilin. ait, *Periculo, atque negotijs compertum est ingenium in bello plurimū posse*. Et Cæsar libr. 1. comment. de bello ciuili ait, Non minus esse Imperatoris consilio superare, quam gladio. Iustus Lipsius lib. 5. Polit. c. 16.

71

71 † D. Henricus III. Rex Castellæ, vt refertur à Gariuai libro 15. cap. 4. dicere solitus erat, Plus conferre Principibus consilia sapientium, quã arma animosorum; Quia illustriores res intellectu fiunt; quàm armis. Vndè frequenter solebat referre illud Marci Tullij lib. 1. offic. quod non minus vtile fuit Athenis Solonis consilium; quam Themistoclis Victoria. Salustius quoque in principio Catilinar: affirmat, quod non solum consilia vtilia sunt, & deseruiunt ad conseruationem pacis; sed etiam multum iuuant ad obtinendam victoriam in bello. Bartholomæus Philippus discursu 3. de consilio, & Consiliar. num. 3. & discursu 6. num. 4. & Ducem debere magis consilio, quàm armis hostem superare. Madera de excellent. Hispan. capit. 7. num. 1. & M. Mantua. lib. primo, Polymathiæ c. 11.

72 † Homerus quoque finxit Vulcanum cum claudus esset cœpisse, & illaqueasse Martẽ fortem, ac potentem armis, solo astu, & ingenio. Et Sapiens ait, iustum esse aliquando pugnare dolis, & astutia, præsertim in bello iusto, & cõtra eos qui aperto Marte vinci non possunt

73 † Non modica, aut leuis profectò ignominiæ nota nobis inureretur, si virtus Hispanica, astutijs Belgicis circũuenta vinceretur; vel si eiusce vires, & arma, experientia, & regulæ militares Ducum, ac militum Hispanorum ab iniquis rebellium vnionibus illusæ, dũ se se oppressos nullumque subterfugij locum inuenire posse cernunt, dissimulatam arte, externamque pacem afferant, vt nouas inde vires sibi comparare queant; Quibus artibus multoties S.R.V. Maiestatem, fidelesque suos vasallos, in diuersis partibus debitam, partamq; quasi Victoriam tollentes deceperũt, & generale, pessimumque illud odium quod aduersus nomen Hispanicum conceperunt falsis blandimentorum illecebris sub eiusmodi pacis petitione euomerunt, affirmantes diffidentiam quampiam in pectore S.R. M. Vestræ generatam esse, defectumque exercitus sui, fortiorumque quorundam Ducum, qui in dictis statibus veluti

oues

oues occisionis mactati fuere; idque eam solummodo ob causam, quod excellens, præclarumque eorum consilium, tanquam principalis, & præcipua radix euentuum fœlicium, non fuerit admissum. Et licet nihil horum prudentiæ S.R.V. Maiestatis absconditum fuerit, quæ ijsdem, cunctis q̃ ferè benignitatis, & gratiarum generibus gratificari studuit propter occulta eius iudicia; nihilominus tamen ob illorum innatam ingratitudinem parum, aut nihil fecisse experimur; Nam etsi ad pugnandum numero inferiores sint, ad astus, & insidias recurrunt, vt victoria potiantur, nec etiam desunt eis labyrinthi, retiaque noua quibus fallant omne humanæ sapientiæ genus, & ipsiusmet Lyncis oculos obnubilent, & obtenebrent.

SVMMARIVM.

1 *Vtilitas euidens esse debet, vt contra antiquam obseruãtiam quid fiat.*

2 *Mutatio consuetudinis etsi adiuuet vtilitate, nouitate perturbat.*

3 *Remedia noua non sunt in morbis tentanda, si veteribus potest succurri.*

4 *Sanitatem nil æquè impedit, quàm remediorum crebra mutatio.*

5 *Humanæ naturæ est consueta diligere, & à nouitatibus abhorrere.*

6 *Prudentiæ est abstinere à nouitatibus in omni regimine.*

7 *Discedere à norma, & regulis antiquis, periculosum est.*

8 *Inexpectata plus aggrauant, & nouitas adijcit calamitatibus pondus.*

9 *Vtilitas euidens debet esse in rebus nouis constituendis.*

10 *Pacisci non licet contra libertatem Ecclesiæ, nec in præiudicium tertij.*

11 *Pactum vnius non debet alteri damnum afferre.*

12 *Alteri per alterum non debet iniqua conditio inferri.*

13 *Priuilegia Ecclesiastica firma permanere debent.*

14 *Valentiniano Imperatori quę damna euenerint; quia nõ exe-*

exequutus fuit edicta cōtra Arrianos.
15 *Valenti, Imperatori Arrianorum fautori excidium prædixit Isaacius.*
16 *Vasalli deteriores fiunt ob libertatem conscientiæ.*
17 *Eleazarus potius mori voluit, quam legem transgredi.*
18 *Licentia est impudentiæ mater.*
19 *Licentia maxima difficiliter moderatur cupiditatibus.*
20 *Licentia fiunt homines deteriores.*
21 *Facultas pro libito faciendi periculosa.*
22 *Libertas erroris est pessima.*
23 *Præpositi spirituales, & seculares curare debent ne subditi corruptelam quam libertatem dicunt, sortiātur.*

ARGVMENTVM.

Antiqua sequenda, & nouitates reijciendæ sunt, & in pacis tractatibus, religioni, & Ecclesiæ non præiudicandum, nec conscientiæ libertas permittenda, & de damnis libertatis vasallorum.

CONSIDERATIO XII.



HIC perspicacius quilibet considerare debet quod pax quæ superioribus tēporibus, cum tot nouis, & inusitatis clausulis contra iustam, & veram consuetudinis rectitudinem, & etiam contra S.R.V. Maiestatis, & omnium Prædecessorum amplitudinem stabilita fuit,
1 † secum habere debebat vtilitatis cuiusdam euidentiam, vt ait Vlpianus in l.2.ff. de const.Principū, Plato Dialogo 4. de legibus, & in libro ciuili, siue de regno, Arist.lib.2.Polit. cap.6. & libr.quinto,Ethic.cap.decimo,
2 † Beatus itē August.epist:118 vbi ait,Ipsa mutatio cōsuetudinis,etiam quæ adiuuat vtilitate, nouitate perturbat;
3 † Nec in morbis sunt tentanda noua remedia, si malo succurri veteribus possit. Simāc.

libro quarto de Repub. c.10. num. 6. & septimo, Nam vt ait Seneca lib. primo, epist. 1.
4 & lib. 9. epist. 70. † Nil æquè sanitatem impedit quam remediorum crebra mutatio, & Cornel. Tacit. lib. 15. Annal. dicit, *Super omnibus negotijs melius, & rectius fuisse olim prouisum, & quæ conuerterentur in deterius mutari*. Georgius Pagliar. obseruatio. 121 in Tacitum. Item Ioann. Neuizan. consil. 67. num. 9. ait. Durum esse, & difficilè relin-
5 quere assueta; † Quia humanæ naturæ est, consueta magna custodia diligere, & à nouitatibus abhorrere §. his ita 23. quæst. quinta, & Baldus in l. 2. ff. de const. Princip. inuehit meritò contra nouantes antiqua.
6 † Ad rectum enim prudentiæ actum, spectat à nouitatibus abstinere, cum in omni materia regiminis, nihil odiosius sit, quam ea immutare, quæ antiquitas, vt honorifica introduxit, teste Lelio Zæchio lib. primo de Principe
7 cap. 6. num. 10. † periculosumque est à norma, & regulis antiquis discedere. Rodulphus de Car. Tungren. prop. 6. libro de Canonum obseru. Cassiodor. lib. 12. variarum epist. 25. *plerumque* (ait) *solliciti fiunt, qui mutatos rerum ordines intuentur. Quia sapè protendunt aliqua, quæ consuetudine probantur, aduersa suspenduntur homines, cum sua Reges constituta mutauerunt; Si aliter induti procedant, quam eorum vsus inoleuerat. Quis autem de talibus, non magna curiositate turbetur; si versa vice consuetudinum à syderibus aliquid venire vi-*
8 *deatur obscurum*; † Seneca lib. 14. epist. 92. Inexpectata plus aggrauant, nouitas adijcit calamitatibus pondus. Et lib. 18. epist. 108. dicit, Omnia nouitate grauiora sunt; Petr. Gregor. lib. 23. de Repub. capit. 9. num. nono, Et Augustus ad Senatum dicebat, vt est apud Dion. lib. 52. *Quæ in suo statu eademque manet, & si deteriora sint; tamen vtiliora sunt Reipub. his quæ per innouationem, vel meliora inducuntur*. Lipsius libro quarto, ciuilis doctrin. capite nono; & lib. 6. capit. tertio, vbi ex ipsomet Dione, optimum esse ait, inimicitias omnes, & ambitiosa certami-

na

na prorsus excindere, atque adeò, nec nomina noua, aut aliud quid ex quo oriri dissi-
9 dia possint, permittere. † Et ideò I.C. in d.l. in rebus, ff. de constitut. Principum ait; *In rebus nouis constituendis, euidens esse vtilitas debet, vt recedatur ab eo iure, quod diu æquum visum est.* Bartho-lom: Philipp. tract. de consilio, & Consiliar. discursu 13. num. 10. præsertim, absque perspicua vtilitate. Restringere autem, imò extinguere authoritatem Monarchiæ regiæ tam præclaræ, similibus pactis, in quibus non solum non est vtilitas, aut gloria; sed euidens etiam detrimentum, ac dedecus illius, & Ec-
10 clesiæ, indecens est, † contra cuius libertatem nullus potest facere, vel inire pacta, l. priuilegia, C. de Sacrosanctis Eccles: imò, nec contra vnius hoïs, vt constituit Imperator Tit. Antoninus, relatus à Vlpiano in l. Imperator. ff. de statu hominum, l. cum falsa, l. cum testamentum, C. de iuris, & facti ignor. l. si in nomine, ff. de verborum obligatio. l. transactione, C. de transact. l. interrogatam, C. de liberali causa. Connan. li. 2. commenta. iuris ciuilis cap. quarto, num. 2. Guido Pap. decis. 315 Cassaneus cons. 64. num. 31.
11 † Quia factum vnius non debet alterius iuri præiudicare, l. quidam ita 25. ff. ad Senatusconsult. Trebell. ibi *ne factum cuiusdam alteri damnũ inferat* l. 1. ff. de alienat. Iud. mutan. causa facta, l. electio,
12 §. fin. ff. de noxalib. actio. † & quia alteri per alterum non debet iniqua conditio inferri, l. non debet ff. de regulis iuris, l. si quis, C. de inoff. testa. l. soluendo, ff. de negot. gestis, Martin. Vran. in cap. 1. nu. 2.
13 de iureiur. † Nec priuilegia Ecclesiastica quæ firma, & illibata permanere debẽt, d. l. priuilegia, cap. placuit 16. q. quarta, sunt violanda, aut sub conniuentia, aut dissimulatione paruipendenda, Aut. Cassa, & irrita, C. de sacrosanct. Eccles. leg. quid de Donatistis 40 titulo quinto, libr. 16. C. Theodosiani, lege cuncta priuilegia 15. tit. 8. eodem libro.
14 † Hanc dissimulationem habuit Valentinianus quoque II. Imperator in non exequendis iustis suis edictis

Q 2 con-

contra Arrianos, aditum tri-
buens alteri edicto, quod ad-
uersus Catholicos fecit iniu-
sta eius mater Iustina, quod
ipsum periculo exposuit per-
dendi imperium, cum non
credidisset, Maximo, quamuis
Tyranno, qui prædixerat ei,
quod si cum Hæreticis dissi-
mularet, & aliam religionem,
quàm Catholicam introduci
conniueret, à Deo puniretur,
suadendo, vt bellũ quod con-
tra Ecclesias agebatur, dissol
ueretur, nec tam turpiter pie-
tatem paternam amitteret,
adijciendoque minas belli,
cum exercitu Mediolanum
vsque, vbi tunc degebat, qui
propter inuasionem eius in
Illyrium, aufugere coactus
fuit, perspectum postea ha-
bens, & experientia videns,
quantas aduersitates ob ac-
ceptum matris consilium su-
stineret. Nam licet opera
Theodosij, Maximo occiso, re
stitutus tandem imperio Eu-
genij Tyranni, relictis scho-
lis, in quibus latinarum lite-
rarum professor erat, in pala-
tio militabat, eratque Impe-
ratoris Antigraphæus occi-
ditur, vt recenset Historia
tripartita libro nono, capite
vigesimo, 21. & 45.

15 † Similiter de Valente Impe-
ratore eius filio refert Zona-
ras to. 3. Anna. pag. 27: Quod
cum esset Arrianorum defen-
sor, & assensor, & Orthodoxos
persequeretur, & in vxoris
Domninæ gratiam eosdem
multis malis afficeret. Ma-
gnus Pater Isaacius exitium
ei prædicebat, dicens, *Redde
Imperator Orthodoxis Eccle-
sias, & scito te Victorem re-
diturum*, (proficiscebatur
tunc contra Scythas, qui pro
uincias Thraciam, & Mace-
doniam incursabant.) *Sin
contra Deum militaris inde
non reuerteris*. Quibus com-
motus homo impius custodi-
ri iubet virum sanctum do-
nec redierit; tùm ille, si re-
dieris, inquit, non loquutus
est per me Deus, Congressus
autem circa Thraciam cum
Scythis, turpiter succubuit, &
in fuga domum quandam in-
gressus in aceruo palearum
se abdidit, in qua cũ Scythæ
post victoriam prædas è Pro-
uincia agerent, villasq; incen-
derent, & ipse conflagrauit.
Cuius interitum S. Isaacius
in carcere per spiritum co-
gnouit, ijs qui aderãt, dicens,

Va-

Valentem iam incendio perire,& annotato die compertum fuit,Virum Sanctum non errasse.

16 † Demùm quia naturale est, Vasallos ob conscientiæ libertatem deteriores effici, ac propterea libertas illa nunquam illis concedi, ac permitti debet, vt probat Iustus Lipsius in libro de vna religione aduersus Dialogistam;

17 † Exemplo sit Eleazarus summus Sacerdos Machab. cap. 2. qui potius mori voluit,quã fictè cibum vetitum manducare, & occasionem tribuere ignorantibus rumpendi legẽ paternam illius exemplum sequendo,vt memorat Georgius Pagliar. obseru. 399. ad Corn.Tacitum. Consimiliter Antiocho iubente, vt Iudæi omnes legem eius sequerentur, suamque à Deo acceptã desererent,respondit Mathathias: *Non obtemperabimus, vt transgrediamur nostram religionem* 1. Machab. cap. 2.

18 † Nec alienum est quod ait Plato de legibus dialog. 3. Quod licentia est mater impudentiæ. Idem de Republic. dialogo 8. Licentia vbi est, ibi nimirum quisque propriã vitæ suæ formam constituit,

19 prout cuique placuerit † Et Herodianus libr. 1. memorat M.Antoninum verum dicere solitum; Difficile esse in maxima licentia moderari sibi, & cupiditatibus quasi frenum imponere. Claudianus de 4. Honorij Augusti consulatu dicens:

. . . . proclivior vsus
In peiora datur suadetque licentia luxum.

20 † Et salua pace grauis,& seriosæ materiæ: Terent. in Heaut. dicebat actu 3. scena 1.

Nam deteriores omnes sumus licentia.
Quodcunque inciderit in mentem,volet; neq; id
Putabit prauum,an rectum, quod petet fiet.

Idem in Adelphis Actu 3. Scena 4.

. . . . . . verum nimia illac licentia
Profecto euadet in aliquod magnum malum.

Schen. in Saulo dicebat:

Quapropter vobis, quotquot res curatis publicas
Quibus maiorum decreta, & populi curæ est salus
Summis est enitendum viribus, ne latiùs
Per Vrbem vestram, virosque execranda
Isthac serpat lues.
Sed vt ante eatis dum tempus datur, priusquam
Horum scelera, & blanditia conficta dolis
Plures in erroris sui commercium
Pelliceant.

Mastix Fallitorum Daniel Sauter: cap. 44. sapienterque Arist. lib. 6. Polit: cap. 4. rationem eiusce reddit, dicens;
21 † Nam potestas faciendi quod quisque velit non satis est, quod in quoquo est malo cōtinendo, ac si diceret, facultatem faciendi pro libitu voluntatis, non posse reprimere, & continere malitiam in hominibus radicatam. Bonifacius Vannoz. volum. 2. Animaduers. Politic. num: 1374. di-
22 cens, † Quod peior mundi libertas est, libertas erroris,
23 ac ad libitum viuere; † Quarè Petrus Gregorius libr. 21. de Repub. cap. 1. num. 7. ait, Spirituales, & seculares Præpositos, sollicitè curare debere, ne eò Respublica, aut subditi deueniant, vt eam corruptelam, quam libertatem dicunt, sibi arrogent, vt sibi ex arbitrio, quæ velint, licere operentur. Hoc enim modo sequitur, præclusio spirituum viuificantium, dum mali ita bonos superant, vt nullus viuus, vel efficax spiritus regiminis permeare possit ad mē-

bra, vndè necessario destruuntur Dominationes, cum subditi deficiant: malum certè hoc in Repub: vt Apoplexia in corpore Physico vix vnquam curatur; sed in propinquo esse interitum admonet.

SVMMARIVM.

1 *Principum facta multum differunt à factis priuatorum.*

2 *Laudes qui meretur maximas qualiter in admiratione sit.*

3 *Moyses solus à Deo leges duabus tabulis scriptas accepit.*

4 *Lycurgus leges suas ab Oraculo Apollinis reuelatas fingebat.*

5 *Pub. Romanus, quarè in existimatione habitus superstitione conficta.*

6 *Numa Pompilius leges suas communicatas sibi fuisse à Dea Aegeria. fingebat.*

7 *Minos leges Cretensibus traditas à Ioue accepisse finxit.*

8 *Q. Sertorius à cerua alba quā secum adducebat admoneri prædicabat quæ agenda, & quæ vitanda forent.*

9 *P. Scipio Iouem Capitolinum consulere fingebat, quando in Senatum ibat.*

10 *Seleucus sub Minerua nomine habitus prudentissimus Locrensium Legislator.*

11 *Pax cum inimicis, & Rebellibus fieri debet salua Regis authoritate.*

12 *Verba, & scripta maiorem vim habent, quàm simplicia facta.*

13 *Scriptura inuenta est ad perpetuitatis memoriam.*

14 *Alcibiades quare violauerit pacem inter Athenienses, & Lacedæmonios.*

15 *Romani, qualiter se babuerint contra superbiam Etruscorum, & Vmbrorum.*

16 *Consiliarij Regum cautissimi debent esse in conditionibus pacis.*

17 *Fides in omnibus, maximè in Principibus vigere debet.*

18 *Principis simplex verbum tantū valere debet, quantū Iusiurandum Priuati.*

19 *Spes nulla firmior, quam in bonorum Principum sponsione.*

20 *Fides est fundamentum iustitiæ.*

21 *Homini diuinitus datum est, benefacere, & veritatem sequi.*

22 *Veritas generosa est; mendacium illiberale.*

23 *Reges, & Principes sunt tanquam Dij in terris.*

24 *Boni Principis imperium graue non est.*

25 *Principes sunt Dei Vicarij in terris.*

26 *Principes capita sunt regnorum suorum.*

27 *Principes sunt publici parentes.*

28 *Regis verba, & sapientum quam vim habeant.*

29 *Pauper sanus, & fortis, melior est diuite imbecillo.*

30 *Fraudulentus lucrum amittet.*

31 *Regimen destruitur si fides amittitur.*

32 *Princeps conseruans authoritatem diues censetur, & pauper si eandem amiserit.*

33 *Mendacij verba abominabilia sunt Deo, & hominibus.*

34 *Veritas est sicut negotiatio lucrosa.*

35 *Principis actus ab omni malitia debet esse alienus.*

36 *Fides est sanctissimum humani pectoris bonum.*

37 *Principi conuenit, vt reputetur veridicus.*

38 *Princeps qui fidem regiam seruat, omnium corda sibi deuincit.*

39 *Veritatis labium firmum erit in perpetuum.*

40 *Fide sublata nil superest homini laude dignum.*

41 *Pactis violatis tollitur inter homines commertiorum vsus.*

42 *Amurathis Consilium Mahomethi filio de fide seruanda.*

43 *Fidei seruandæ magna necessitas est inter mortales.*

44 *Principis promissiones firmitatem propè diuinam habere debent.*

45 *Fides seruari debet inuiolata etiam suspitione.*

46 *Fides pro Numine colebatur apud Romanos.*

47 *Veritas omnibus rebus præualet.*

48 *Iustitia distributiua tribuit vni-*

vnicuique quod suum est.

49 *Aristoteles Alexandrum monebat, vt fidem seruaret.*

50 *Graue est fidem fallere.*

51 *Regna, & Ciuitates conseruantur, si regantur à senibus, & à iuuenibus defendantur.*

52 *Regis tribunalia, & Ministri fidem seruare debent illius nomine præstitam.*

53 *Fidem frangere, perfidum, & nefarium est.*

54 *Fides, quas excellentias habeat, recensetur.*

ARGVMENTVM.

Principum facta diuersa à priuatorum actionibus, & qualiter conueniat illos religiosos esse, & fidem seruare, & quid repræsentent in terris, quantumque conferat esse veritatis amatores, & abhorrere mendacia.

CONSIDERATIO XIII.

1
Onsideret hic † Consiliarius necesse est, quod Principum facta, priuatorũ gressibus nequaquam procedere debent, sicut in Principibus magis conspicitur, & illustrior est Dei potentia, quã in hominibus priuatis, atque plebeis, vt obseruat Philipp. Cominæus lib. 10. commenta. cum hi à paucis agnoscantur si boni, aut mali sũt, quia famæ eorundẽ, ac fortunæ coæquales sunt, è contra verò magnanimi alicuius Regis, quæ per famam coram omnium oculis resplendent, veluti norma, & speculum vbique publica fiunt, & secundũ illorum apparentiam ab omnibus dijudicantur, & quæ priuatis alioquin licerent ea pleraque non licent Principi Bald. in l. Imperatorem 91. in fine, ff. de hæred. instituen. Andre. ab Exea tract. de pactis num. 454. vers. *& pleraque sunt*. Frideric. PrucKman. in tract. de regalibus membro 2. cap.

cap.4.effectu 1.nu. 14. Iacobus ScKultes in quæst. An Rex Christianus, ac Catholicus seruare teneatur fidem datam hæretico. num. 164. Quocircà illa velut ipse etiã Principum animus, cum occultis quibusdam respectibus ita prælucere aliorumque gesta anteire debet, vt aliorum animos semper relinquat cum admirationis quodam genere suspensos; ita, vt postmodum singulari cum omniũ opinione, magnitudinis, prudentiæ, grauitatis, ac temperantiæ, illius admiratio tam in subditorum; quàm in aliorum etiam cordibus generetur;
2 † quemadmodum Demosthenes in oratione amatoria dicebat. *Oportet autem eum, qui maximas laudes mereatur, & Dijs charum videri, & hominibus, partim propter semetipsum, partim propter fortunam admirationi*
3 *esse*. † Et vt Moysen prætercam qui solus à Deo Optim: Maxim: leges duabus tabulis scriptas accepit. Exod. capite 20. Deuteron. cap. 5. Leuit. 26. Psalm. 80. & 96. Iosephus lib. 3. Antiquit. Iudaic. & lib. 2. contra Appionem, Anton. August. in lib. de legibus capit. 2.
4 † Hoc idem Lycurgus faciebat, qui ad constituendum, & stabiliendum leges suas in Republic. Spartana, affirmabat illas sibi ab Oraculo Apollinis reuelatas esse, cuius Deitati referebat principium, & causam intentionis suæ. Herodotus libro primo, Plutarchus in vita Lycurgi. Poliænus in lib. 1. Stratagemmat. Petrus Gregor. de Republica lib. 13. cap. 11. num. 11. Vbi ex Polybio lib. 10. simile de Publio Romano recenset dicens;
5 † Neque putandũ est sic Lycurgum fuisse superstitiosum, vt in omnibus Pythiæ obsecundans, Lacedæmoniorum Rempub. instituerit; Neque Publium somnijs, & diuinationibus notum tantum, acquisiuisse Patriæ potentatum; sed quoniam vterque multos viderat mortalium, nec paradoxa facilè cõplecti, nec res graues, ac periculosas sine spe Dei aggredi. Ideò vt Lycurgus perpetuò quidem consilijs suis, famam ex Pythia contractam adhibens, reddebat illa, & acceptiora, & certiora, quæ statuebat

bat sic, & Publius.

6 † Idem faciebat Numa Pompilius, vt sibi, suisque legibus Populum obstringeret volens videri sibi cum Dea Aegeria congressus esse nocturnos, eiusque monita accepta Dijs immortalibus sacra instituere, vt scribunt Plutarchus in Numa, Tit. Liuius lib. primo, Decad. 1. Christophorus Chericus in coronide Centuriæ quæst. Politic. cap. 3. Dionys. Halicarnas. lib. 1. Antiq. Roman. Valer. Maxim. lib. 1. c. 2. Polyænus lib. 8. Stratagemm:

7 Vbi † in hoc, & Minoem, & Lycurgũ eum æmulatos ait. Nam vt inquit ex his alius à Ioue, alter ab Apolline se didicisse leges profitentes, alter Cretensibus, alter Laconibus vt his vterentur persuasit. Plato in Minoe. Valer. Max. dicto capite secundo. Christoph. Chericus dicto capit. 3 Petrus Gregor. vbi supra numer. 10. 13. & seq. asserens;

8 † Quod Q. Sertorius Ceruam trahebat albam, per asperos Lusitaniæ colles, ab ea se, quę nam, aut agenda, aut vitanda essent prædicabat admoneri. Gellius lib. 15. cap. 22. Valerius Maxim. vbi proximè Iustus Lipsius in notis ad lib. 1

9 Politic. cap. 3. † vbi memorat qualiter P. Scipio Iouem in Capitolio consulere finxisset. Patritius li. 2. de Regno cap.

10 16. † Zaleucus etiam sub nomine Mineruæ habitus prudentissimus Legislator apud Locrẽses fuit, vt ait Aelian: li. 2. de varia historia. Cicero li. 2. de legibus, & Suidas Zamolxis Gætis à Dea Vesta. Mercurius Trimegystus Aegyptijs, Atheniensibus Solõ cuius mentionẽ facit F. Paulus Arrighius in libro de bonitate Principis cap. 22. §. 8. Idemque fecere alij excellẽtes viri, qui vt ait Plutarchus in vita Numæ, cum assequuti fuissent iudiciorum, ac mentium suarum acumine, modũ conseruandi in tranquillitate Rempub. eundem ad populũ referebant, non ordinaria; sed exquisita quadam ceremonia, affirmantes illũ à Cœlo peruenisse. Idem quoque multoties eueniebat in Legumlatoribus, & Ducibus generalibus exercituum; Qui cum leges aliquæ promulgandæ ab illis essent, aut in bello conferere manus statuebant, ac dum victoria magis

gis

gis dubia illis videbatur, reuelationem fœlicis euentus habuisse fingebant, qua ratione militum animos in admirationem trahebant, vt audaciores; maioriq; cum prõptitudine hostes inuaderent, victoriamq; sibi sub spe certa pollicerentur. latè Vinc. Gramigna lib. 2. de regim. regni cap. 7.

11 † Considerandum quin etiã est, omnesque in partes enitendum, vt in pacis conditionibus quæ cum inimicis, ac Rebellibus pangenda est, authoritas, & magnitudo omninò conseruetur, velut in reliquis motibus, & signis quibus aduersarijs suis metum incutere intendit; imò magis posteaquã scripta sunt, cũ maiorem vim habeant ver-

12 ba; † quàm facta quæ postquam fuerint, eorundem memoria faciliter obliuioni subijcitur, l. si alij in fine, ff. de vsuf. legat. Insuper etiam Sapiens ille Rex Alphonsus in l. 3. in fine tit. 9. partita 7. facit l. contrahitur ff. de pigno-

13 ribus; † Vnde Cassiodorus dicebat lib. 11. variar. cap. 38. *Est scriptura humanorum actuum, seruans fidele testimonium, præteritorũ loquax, obliuionis inimica; Nam memoria nostra etsi causas retinet; verba tamen commutat: Illic autem securè reponitur, quod semper æqualiter reperiatur;* Ann. Robert. lib. 4. rerum iudicatar. cap. 14. Et Cicero in orat. pro Sylla, ait, qđ literæ posteritatis causa repertæ sunt, vt obliuioni possint esse subsidio. Nam exẽpla omnia iacerent in tenebris; nisi literarum lumen accederet, vt idem Cicero ait in oratione pro Archia. Iust. Lipsius lib. 1. ciuil. doctr. cap. nono.

14 † Fortior autem ratio est, quam reperit Alcibiades ad violandam pacẽ inter Athenienses, & Lacedæmonios contractam, Nam in eiusce capitulis Athenarum dignitas tam turpiter obliuioni tradita fuerat, vt in eis scriptum fuerit, quod Lacedæmonij fœdus cum ciuibus Beotiæ inire possent, & Corinthij quoque inconsultis Atheniensibus, & absque eorundem consensu; nec tamen è contra Athenienses id facere possent, absque expressa Lacedæmoniorum voluntate; ac pro-

propterea Athenienfes cum fe ita circumuentos effe viderent, punctumque verborũ altius confiderarent, pacem ruperunt.

15 † Infolentia autem, fuperbaq; illa verba quibus Etrufci, & Vmbri nomen Romanum tam paruipendebant, dicentes, quod animis, audaciaque flagrarent armorum viribus Romam ingredi; adeò commouerunt animum Fabij Maximi, vt omnibus quibus potuit modis, Romanorũ militum animos, contra Rebelles illos fubditos accenderit, vt furiofo quodam impetu in illos irruerint, vindictãque de tam odiofa verborum elatione promeritam fumpferint, clamantes, Rebelles arma relinquite. Quinimò eodemmet etiam die indignum duxerunt Romani, cum eis manus conferere, imò per medias illorum cohortes, & caftra permearunt, folifque brachiorum tantum viribus, hoftes armatos, militariaque illorum infignia impunè abftulerunt, non aliã ob caufam, quam vt tumida inflataque eorum verba, actis, & factis feueritatis quodammodo reprimerent, ac vindicarent, vt narrat Titus Liuius lib. 9. hiftor. ab Vrbe condita.

16 † Idcircò, vt alij Reges, ac Principes fimilibus animaduerfionibus vafallos, ac Rebelles doment, ac refrenent, magnoperè confiderandum eft Confiliarijs prudentibus, & Catholicis primoribus, qđ nullis in rebus cautiores effe debeant, quàm in pactis, eorumque conditionibus ferendis, & non folùm cum fubditis; fed cum alijs etiam inimicis, ne quando ob improuidentiam, & incuriam illorũ, eadem violare, & irrita reddere, neceffarium fit: imò altiffimo confideretur animo antequam aliquid promittatur, id præterea, vt quod promittendum fuerit regulis, ac præceptis Catholicæ Ecclefiæ confonum fit, vt cum authoritate Regis inuiolabiliter poftea obferuari queat: Quia in hoc plurimum confiftit maiorum imperiornm diuturnitas, & conferuatio: & vice verfa, Rerumpublicarum perditio, & inuerfio, diffidentia Vafallorum, & inimicorum illufio, & poftremò confœdera-

ra-

ratorum amicorum animus
17 pendens, ac dubius. † In omnibus quippè bonis viris fides, & veritas magnoperè laudatur, & æstimatur, multò magis in Regibus, & Principibus, speciosum hoc veritatis, & fidei exemplum coruscare decet, semoto omni verborum fuco, vt tradit l. 3. tit. 4. par. 2. refert Anton. Panormita. lib. 1. de dictis, & gestis Alphonsi Apopht. 58. Petrus Gregorius lib. 8. de Republic. cap. 8. num. 1. Sebastia. Guazzinus tracta. de tregua, par. 2 quæstio. prima, §. 2. num. 49, & sequ. P. Aerod. lib. primo. rer. iudic. tit 3. capite primo, & secundo. Quod Rex ipse
18 † semper hoc in ore habuisse solebat, tantum ad fidem valere debere vnicum Principis verbum; quàm priuatorum iusiurandum, vt ex Isocratis sententia in orat. ad Nicoclem tradit Andreas ab Exea in tract. de pactis num. 452. fallen. 42. Iacob. ScKultes, in quæst. an Rex Catholicus debeat fidem datam hæretico seruare num. 191. & sequ. Anton. Thessau. decisio. Pedemont. 47. num. 11. Ioannes Botero. lib. primo, dictorum memorabilium pagi. 31. de verbo *Principis*, vbi etiam refert quod quandò Rex Frãciæ Franciscus I. in suo regno recepit hospitio Carolum V. Imperatorem honorando ipsum magnificentia vtrique conuenienti, cum aliqui laudarent eidem Regi fidem illius, ipsam magnopere extollentes, respondit, quod vbi promissio, & fides parum valere debuissent inter alios homines, conueniens erat quod firma, & immutabilis foret, inter Principes, nam cum ipsorum potestas libera, & absoluta esset, nec legibus, aut tribunalibus adstricta, nõ posset cum illis tractari, si vacillasset fundamentum verbi, & fidei ipsorum.

Veritas enim licet omnibus conueniat; Principum tamen debet præcipuum esse ornamentum. Vnde Symach.
19 Epist. 19. lib. 10. dicit, † Quod nusquam maior spes est, quã in bonorum Principum sponsione, de quibus illud Psalm. 88. *Quæ procedunt de labijs meis non faciam irrita*, & Xenophon in oratione de laudibus Agesilai, ait, Quod *magna, & pulchra res est, cũ*

alijs omnibus; tum maximè viro Principi fas fidemque seruare, & se talem esse cognosci. Nam, vt inquit Cicero
20 libr. primo offic. † Fundamentum iustitiæ est fides; id est, dictorum, & conuentorū constantia, & veritas, & lib. 2. ait. Nihil vehementius Remp. continere, quàm fidem, quæ esse nulla potest, nisi erit necessaria solutio rerum creditarum. Et Seneca Epist. 89. Sanctissimum humani pectoris bonum, appellat fidem.
21 † Et Pythagoras Phylosophorum Antesignanus, & Princeps dicebat; Duo esse hominibus diuinitus data, longè pulcherrima: Veritatem, scilicet, amplecti; & alijs benèfacere; addebatque, vtrumque cum Deorum immortalium operibus comparari posse, Recte Qui enim veritatis amans est, Deum amat, qui est veritas ipsa, & veracium Princeps. Aelianus lib. 12. de varia histo. cap. 59. Ioann. à KoKier lib. 3. Thesauri Politic. cap. 13. Ioann. Stobæ: serm. 11. de veritate, vbi etiam ex Apollonio ait, †
22 quod veritas est generosa: Mendacium autem illiberale. Aegydius Columna de regimine Principum lib. primo,
23 par. 2. dicens; † Decere Reges, & Principes esse veraces; Quia sunt tanquam Dij in terris, & Dei imaginem habent. D. Augustinus quęst. 35 in Vetus Testamentum. Plutarch. in libr. ad Principem ineruditum. Schualenbergius de Regio animo parte prima, pag. 82. Idem Plutarch. tomo 3. Moral. in Commentario libri, cui titulus, in Principe requiri doctrinam, vbi ait: *Quemadmodum enim Deus in cœlo, pulcherrimum sui ipsius symulachrum constituit Solem, & Lunam, talis est in Repub. imago, & lumen Princeps, qui Dei reuerens iustitiam tuetur*, hoc est Dei rationem gestat. Paris de Puteo, de re militari versic. *An Princeps* num. 3. Plinius in Panegyrico ad Traianum, vbi ait, *Quod enim præstabilius est munus Deorum, aut pulchrius; quam castus, & sanctus, & Dijs simillimus Princeps?* Veget. lib. 2. de re militari cap. quinto; Cassan: in Cathalo. glo. Mundi, 5. par. consid. 24. & 30. n. 16. & Petr. Greg. libr. 6. de Repub.

pub. capite 5. num. 3. & seqq. D. Thomas de regimine Principum cap. 12. Eguinarius Baro in l. Princeps legibus ff. de legibus, Hieron. Gigas tracta. de crimine Læsæ Maiestat. q. prima, num. 8. Patritius in
24 proemio lib. de Regno † Nã Imperium boni Principis graue non est, Cassiodo. lib. quarto variarum epistol. octaua,
25 † Sunt enim Principes Dei Vicarij in terris, l. quinta, tit. primo, part. 2. Rodericus Zamorens. in speculo vitæ humanæ lib. primo, cap. primo, de excellentia status regalis. Redin. de maiestate Principis, verbo *Imperatoriam Maiestatem*, num. 10. Orozco de Regis institutione, tracta. 3. c. 25. Petrus Gregorius libr. 10 de Repub. cap. 3. num. decimosexto, & in syntag. vniuersi iuris lib. 35. cap. primo, num. 1. Marcus Tullius libro secundo offic. Antonius Augustinus libro de legibus, capite secundo, in principio;
26 † Et suorum regnorum capita, Seneca libr. primo de clementia, Symanc. lib. 3. de Repub. cap. 7. num. 4. Nam sicut ex capite nascitur sensus, per quem alia membra corporis gubernantur; sic à Rege qui caput est, & Dominus, debent omnes eius Regni, tanquàm membra duci, & gubernari, vt pulchrè ait,
27 dicta l. quinta. † Sunt enim parentes publici Principes, vt Cassiodor. ait, lib. quarto,
28 variar. epist. 42. † Quarè Regis verba sunt, vt Sapientiũ, de quibus Ecclesiastes c. 12. ait, *Verba sapientium sicut stimuli, & quasi claui in altũ defixi*; Sunt enim veluti calcar, & stimulus, quibus vasalli compelluntur ad procedendum, & itinerandum recto itinere, imitantes Principes suos, in contractuum suorum veritate, qui suspensi, ac pendentes existunt à verbis suis,
29 & promissionibus; † & sic, qui hoc modo robustus, & fortis euadit, non flectitur, & acquirit diuitias, Eccles. cap. 30 *Melior est pauper sanus, & fortis viribus, quam diues imbecillis.* Prouer. c. 10. *Egestatẽ operata est manus remissa, manus autem fortium diui-*
30 *tias parat*, † & cap. 12. *Non inueniet fraudulentus lucrũ, & substantia hominis erit auri pretium*, Quia veritatem amans perpetuam firmitatẽ ha-

habebit, & non qui in fraude, & mendacio innititur; *Nã hic pascit ventos, idẽ autẽ ipse sequitur aues volantes.* Prouerb. dicto cap. 10. vbi subiungitur, quod *qui ambulat simpliciter, ambulat confidenter; qui autem deprauat vias suas, manifestus erit, & opera eius turbida, & confusa*; Quia nunquam liquidũ, aut syncerum ex turbido processit, & status semel turbatus, & confusus difficile gubernatur. Quia tranquillo mari nauta parùm expertus nauẽ regit; sed si turbatione, & concursu aquarum, ventorumque vndæ, & vela turgida fiunt, nauta dexterior inopinato quandoque metu cõ-
31 funditur. † Quin etiam maiori ex parte in functione similis regiminis bonus vsus amittitur, & consuetudo illa, quæ in tranquillitate Veritatis habebatur, cum deficiente ista minuatur fides, & reputatio, quibus amissis, amittitur, & substantia, & patrimonium, ex quorũ omniũ defectibus, in occasionibus necessarijs, & momentaneis causatur ruina statuum, & Monarchiarum, & ita quandoque fit, vt Reges & Principes animo quasi fracti cum humilitate incedant, & in manus suorummet Vasallorum, & inimicorum incidant, Vndè succedit quod Sapiens Ecclesiastes cap. decimo; ait *Vidi seruos in equis, & Principes ambulantes super terrã, quasi seruos.* Nec aliud possibile est, cum dicatur Sapientiæ capite quinto; quod malignitas quæ est mendacium, destruet sedes poten-
32 tium; † Hos operatur effectus in Rege habente, vel amittente coram vasallis, & alijs reputationem. Nam si illam habuerit, diues efficietur distribuendo quod habet; sin verò eandem perdiderit, ad pauperiem redigetur cum re aliena, vnde resultat quod Salomon ait Prouerb. capit. decimotertio; *Est quasi Diues cum nihil habeat: & est quasi pauper cum in multis diuitijs sit*; †
33 Propter quod dicitur ibidẽ cap. 17. *Non decent stultum verba composita; nec Principem labium mentiens.* & cap. 18. *Mors, & vita in manu*

linguæ qui diligunt eam comedent fructus eius. *Nam licet suauis sit homini panis mendacij, postea implebitur os eius calculo*; ac si diceret lapidibus; Prouerb.cap.20.& Psalmo 5. dicitur; *Odisti omnes qui operantur iniquitatem, & perdes omnes qui loquuntur mendacium*; capite.2.22.q.2. propter quod Euripides ait, quod pulchra est lingua, in qua reperitur veritas; & ita consulit Sapiens Prouerb.capite 23. *Veritatem eme, & noli vendere sapientiam, &*
34 *intelligentiam*; † Nam veritas est veluti negotiatio lucrosa, & fructuum collectio fertilis, qui non efficientur gelu furentis Aquilonis, vt sunt verba non adimpleta iactabundi hominis, & inanem gloriam captantis; *Nubes, ventus, & pluuia non sequentes, vir gloriosus, & promissa non complens*; dicitur Prouerbiorũ, capite vigesimoquinto, & ita dicit idem Salomon ibi capite 3. *Misericordia, & veritas te non deserant, circunda eas gutturi tuo, & describe in tabulis cordis tui, & inuenies gratiam, & disciplinam bonam coram Deo, & hominibus*. & capite 20. *Misericordia, & veritas custodiunt Regem, & roborat clementia tronum eius*. Psalm.88. *Et veritas mea, & misericordia mea cum ipso, & nomine meo exaltabitur cornu eius*.

35 † Et propterea actus Principis omnis malitiæ, & diminutionis expers esse debet, vt ait Imperator Iustinianus in Nouella constitut: quę dignitatibus, §.illud collat. sexta. Decet enim Principem omnem fallaciæ materiam remouere, lege quoties, vbi Lucas de Penna, C. de ponderato, & auri illatione libro 10 leg.omnes, verbo fraudare, C. de Metat.& Epidemet. libro duodecim, Matth. de Afflict. decisio. Neapolita.403. num. nono, & sequentibus, vbi post D. Ambrosium ait, Quod hæc est regula iustitię, à qua non decet Principem declinare, vt non afficiat quenquam damno iniusto, nec doli aliquid annectat,
36 fraudis uè componat; † Fides enim sanctissimũ humani pectoris bonum est, nulla neces-

si-

sitate ad fallendum cogitur, nulloque corrumpitur præmio; Seneca libro 13. epist. 86. & 99. Quintilian. declamat. 343. vbi ait, *Fides supremum rerum humanarum vinculum est. Sacra laus fidei inter hostes, sacra inter Pyratas, magnæ etiam apud malos auctoritatis.* Annæus Robertus libro 2. rerum iudicatar. cap. decimo, & latè Lipsius libro secundo, ciuilis doctr. cap. decimoquarto;

37 † Hinc rectè Xenophon in oratio. de laudibus Agesilai inquit, Magna, & perpulchra res est cum alijs omnibus, tum Viro Principi fas fidemque seruare, & se talem esse cognosci. Elias Reusner. libro tertio, artis stratagemmatic. capite secundo, pagin. 491. quia Deus è contrario permittit, vt ijsdem vijs, quibus animo ficto, & fallaci aliquis sibi promittit, stabilitatem, Principatus illius tandem turbetur, ac demoliatur, donec prorsus, ac totaliter ruat, non ob aliud, quam ex eo, quod quæruntur remedia grauiora, & acerbiora ipsis periculis, quæ vinci procurantur remedijs periculosioribus.

38 † Quare Princeps qui verbum, & fidem regiam seruat habet corda sibi deuincta, tam amicorum, quam inimicorum, & in medio laborum, & insultationum, melius supplet infortunij sui necessitatem; quam fractitius cum regnis integris. Placido enim, tranquilloque Regi fida sunt auxilia sua, quibus ad communem salutem vtatur, vt ait Seneca libro primo, de clementia capite duodecimo;

39 † Quia dicitur Prouerbiorũ capite 12. *Labium veritatis firmum erit in perpetuum; Abominatio autem Domino labia mendacia; Qui autem fideliter agunt, placent ei. Non inueniet fraudulentus lucrum, & substantia hominis erit auri pretium*, Et capite decimotertio; *Verbum mendax iustus detestabitur.*

40 † Nam si fidem tollas, nil superest homini, quod sit laude dignum. Quia fides, vt ait Cicero libro primo, offic. est fundamentum iustitiæ, & sanctum humani pectoris bonum, sine qua, vt ait Sy-

lius Italicus, *nec tellus pacem,*
41 *nec aequora norunt*; † Nam dicit Aristot. Rhetoric. ad Theod. infirmatis, violatisque pactis tollitur inter homines commerciorum vsus Georgius Pagliar. obseruat. 158. ad librū primū, Cornelij Taciti. Titus Liuius libr. primo, Decad. 6. ait, Quod fide abrogata omnis humana tollitur societas. *Fidem qui violat*, (ait Cicero pro Roscio) *oppugnat commune omnium praesidium, & quantum in ipso est, disturbat vitae societatem*; Annaeus Robertus libr. primo, rerum iu-
42 dicatar. cap. 10. † & Martinus Barletius libr. quinto de vita, & gestis Scanderbei refert Amurathem eius filio Mahumethi dixisse, Nullam maiorem inter mortales esse necessitatem, quam fidei seruandae, qua sublata, neque imperia, neque aliud quicquam permanere posse: Et in claro Principe qui magnarum rerum imperia spe, animoque complexus est, alteram omninò esse debere, aut veram, aut simulatam tantum, vt eo modo hominum ingenia concilientur, alliciantur que. Et Schualenberg. de regio animo part. 1. pag. 344.
43 † Nulla enim inter mortales maior necessitas est, quàm fidei seruandae, qua sublata, nec imperia possunt, nec aliud quicquam permanere ex Schrodensi Rich. Dinoth.
44 in sentent. Histor. † Ac proindè meritò Principis verba, & promissiones ad firmitatem propemodum diuinam accedere debent, postquam fidem dedit. Petrus Gregorius de Republic. libro 8. capite octauo, numer. 9. Tanto enim splendore fulget in Principe fides, vt sine ea omnes Regum, ac Principum virtutes fiant obscuriores, & ab ea singulae lumen sic accipiant, vt à Sole, Luna, Sydera, ac stellae omnes. Franciscus Patritius libro octauo, de regno titulc vigesimo, Ioann. Vitus Decad: tertia, qq. Politicarum quaest. secunda, Author Politiae de regno contra Machiauell. libr. 3. theor. 21. Hinc meritò Augustissimus Imperator Carolus V. vt refert Zenocarus, libro

pri-

primo, vitæ illius dicebat fidem rerum promissarum, & si toto mundo exulet, tamen apud Imperatorem consistere oportere.

45 † Quandoquidem, vt Liuius ait libr. quarto. Non modò fidem inuiolatam tueri oportet; sed etiam ab omni suspitione remotam. Idẽ Liu. lib.21.& 31. Dion.in Marc.

46 † Ideoque Romani fidem tanquam sanctam pro numine colebant, & sacrarium solemne fidei instituebant, in quo fœdera,& inducias iureiurando confirmabant. Liui. libr.primo,& 24. Vuarem.in meditam.pro fœderibus cap. 3.num.13. *Omnibus, quidem* Agell.ait lib.20. Noct. Attic. cap. primo, *Virtutum generibus exercendis, colendisque Populus Romanus è parua origine ad tantæ amplitudinis instar emicuit; sed omnium maxime, ac præcipue fidem coluit, sanctamque habuit tam publ ce quam priuatim*. Annæus Robertus libr. secundo, rerum iudicatar. capite decimo. Numaque,vt in illius vita Plutarchus tradit, templum quod Romæ construxerat, fidei dicauit, docuitque Romanos per fidem iurare. Et inquit Valerius Maximus libro nono, cap.6. in princip. *Occultum, & insidiosum malum perfidia, quæ tantum incommodi humano generi adfert, quantum salutis bona fides præstat; Habeat igitur non minus reprehensionis, quam illa laudis consequitur*. Quoties enim de bona fide agitur,non disputatur de apicibus iuris,l.si fideiussor,§.quędam, ff.mandati. Et Posthumius apud Liuium libro nono, dicebat. *Non indignitas rerum sponsionis vinculum leuat*. Annæ.Robert libr. primo,rerum iudic.cap.7.& 11. Vbi ex Symacho libro 10. epist. 54. ait, *Omnia quidem Deo plena sunt, nec vllus perfidis tutus est locus*. Iustus Lipsius libro 2.ciuil. doctrin. cap.14.Cassiodorus libro 10. variar. epist.17. vbi ait, *Fide vobis constringimur, qui vel solo verbo promissa seruare sacris lectionibus admonemur*.

47 † Vndè meritò vnus ex Cubicularijs Regis Darij libr.3. Esdræ cap. 4. probauit, omnibus præualere veritatem,

Ideò merito Apostolus in epistol. ad Ephes. cap. quarto, ait, *Induite nouum hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia, & sanctitate veritatis, Propter quod deponentes mendacium, loquimini veritatem vnusquisque cum pro-*
48 *ximo suo.* † Vlpianus I. C. in l. iustitia ff. de iustitia, & iure, ait, Proprium esse iustitiæ, distribuere res vnicuiq; quod suum est tribuendo, vt conuenit, M. Tullius 2. Rhetor. Petrus Burgius libro primo, elect. cap. 1. cap. cum deuotissimus 2. quæst. 2. Alban. Spinasati. libr. primo, Polit. cap. 7. Aegid. Roman. de regimine Principum lib. primo, part. 2. cap. 10. Aristot. apud Diog. Laert. lib. quinto, de dictis, & factis Philosophorum. Cicero etiam lib. tertio, Rhetor. & ex Euripide tradit Andreas Eborensis in tomo sententiarum dum de iustitia tractat, iustitiæ propriè distributiuum esse eius, quod est secundum cuiusque dignitatē, & patrias consuetudines tueri, & instituta, & scriptas leges seruare, & veridicum esse in controuersijs, & stare conuentionibus, l. prima, ff. de pactis, l. ex empto ff. de actioni-
49 bus empt: † Quare Aristot. vt refert Baldus in d. l. prima num. primo ad Alexand. dixit: O Alexander obserua fidem datam, & fœdera confirmata, alias sequetur malus finis, sicut ipse ponit in libro qui vocatur Secreta Secretorum; Iacobus ScKultes in quæst. an Rex Catholicus debeat fidem hæretico seruare, num. 207. Quia vt Vlpianus ait in lege prima, ff. de const.
50 pecun. † *Graue est fidem fallere.* c. si infidelis 28. q. 2 Speculator tomo 1. titu. de Actore num. 17. Latè Mar. Tullius libro primo, & 3. offic. Budæus in prior: Annot. ad pandectas ad l. primā, ff. de ijs qui notan. infamia, F. Vardentius super Ruth cap. 4. sect. prima, vers. 1. Guazinus in tract. de tregua part. 2 §. 2. quæst. prima, num: 6. & 7. Adeò vt Liuius libro 3. dixerit, Quod famæ, ac fidei damna maiora sunt, quàm quæ æstimari possint. Annæ. Robert. lib. 2. rerum iudicat. cap. 10.

51 † Et sicut Regna, & Ciuita-

ta-

tates conseruantur, si à Senibus regantur, & à Iuuenibus fortiter pugnantibus defendantur. Plutarch. tomo 2. Moral. tit. An seni sit gerenda Respub. Euripides in Bellerophonte. Simanch. lib. 7. de Repub. cap. octauo, num. 15.

52 † Eodem modo augentur, ditescunt, & inimicos vincũt Principes, si illorum tribunalia fidem, & verbum obseruent, & pro fundamento habeant grauitatem, & pondus veritatis, quamuis falsa imagine videatur debilitari pro illius obseruatione, cum verius, certiusque si ipsa violetur confundatur, ac in irritum reddatur commercium publicum. Fides enim quando promittitur etiam hosti seruanda est, c. noli 23. quæst. prima, Molina tomo primo, de iust. tract. 2. disputat. 111. vers. *Quod vero* pulchrè, Diu. Ambrosius libr. primo, offic. cap. 29. Sylius Italicus lib. 2. bellorum punic. ad finem, dicens, *Audite Gentes neu rumpite fœdera pacis, nec regnis post ferte fidem*. Et text. in cap. innocens 22. quęst. quarta, Hippol. de Marsil. cons. 9.

53 num. 22. lib. 1. † Et Marcus Tullius in orat. pro Roscio Comœdo, perfidum, & nefarium, ait frangere fidem. T. Liu. Decad. 1. lib sexto, ait, Quod cum fidei abrogatione omnis humana societas tolli-

54 tur † Vndè Cassiodor. lib. 5. variarum epistol. 40. inquit, *Quod fidem diuina diligunt, mortalia venerantur. Nam inter Mundi fluctuantes procellas, vndè se humana fragilitas contineret, si nostris actionibus mentis firmitas non adesset? Hæc inter socios amicitiam seruat; hæc Dominis pura integritate famulatur; hæc superna* Maiestati *reuerentiam pia crudelitatis impendit, & si beneficium tantæ rei latiùs quæras, immutabilis fidei est, omne, quod benè viuitur.*

SVMMARIVM.

1 *Diffidentia prudens securius ciuitatem custodit quàm mœnia.*

2 *Hostes vigilant, vt captent occasiones opprimendi.*

3 *Diffidentia est salutis custodia, & ibi exempla Vlyssis,*

sis, & aliorum.
4 *Iactura turpissima est, quæ per negligentiam euenit.*
5 *Securitas frequentissimum est calamitatis initium.*
6 *Despici nihil tuto potest in hoste.*
7 *Fiducia nimia mortem causauit Alexandro Magno, & Iulio Cæsari.*
8 *Principes sua vigilia omnium quietem curare debent.*
9 *Aegyptij Principis curam significabant per sceptrum supra quod stabat oculus apertus.*
10 *Alexander Magnus dormiens habebat pilam eneã in manu, vt cadens suscitaret eum.*
Agamemnon Rex alijs dormientibus vigilare solebat eod. num.
11 *Carolus Magnus si dormiebat, vt quater, vel quinquies somnum interrumperet.*
13 *Hispanorum quot millia periere propter aliquorum Regum improuidam confidentiam.*
13 *Hispani quot Victorias aduersus Romanos habuerint recensetur.*
14 *Nationes quot Hispanias dominatæ fuerunt.*
15 *Hispaniarum Reges per septingentes annos bella gessere contra Saracenos.*
16 *Machabæorum pulchra verba pro recuperanda patria adducuntur.*

ARGVMENTVM.

Diffidentia prudens quàm sit proficua, quamque periculosa negligentia, & securitas, & de vigilantia Principis, & Hispanorum victorijs aduersus Romanos, & Saracenos.

CONSIDERATIO XIV.

Iligenter etiam considerandũ est Principi, & Cõsiliarijs eius si fortè sub nomine illius pacis quæ contrahenda foret, lateat, absconditumquè subsit

sit atrocius aliquod bellum. Huic etenim, qui per inobedientiam, ac rebellionem, tàm humanas, quàm diuinas leges transgredi non horruit nequaquam in posterum fides adhibenda censetur, vt pacta, nouasque conuentiones seruaturus sit; nisi ex signis aliquibus externis, ac euidentibus, quod facti, præteritique erroris commissi eum
1 pœniteat, agnoscatur † Demosthenes in orat. 2. in Philippum cuius meminit Petrus Gregorius lib. 13. de Repub. cap. 4. nu. 37. Reipublicæ suæ Atheniensi pro conseruatione sua facile, & salutare consilium adhibebat, dicens, *Sūt quidem certè varia reperta ad Vrbium custodiam, ac defensionem, veluti aggeres, mænia, & fossæ, & quæ sunt eius generis alia; quæ omnia manu fiunt, & magnos sumptus postulant. Vnum autem quoddam commune natura prudētium, in semetipsa possidet præsidium. Quod enim omnibus bonum est, & salutare, tum vel maximè liberis ciuitatibus contra Tyrannos. Quodnam igitur est?* Diffidentia, *hanc custodite, hanc amplectimini, hanc si conseruabitis extra omne periculum eritis;* †
2 Vigilant namque hostes, vt captent occasionem opprimendi, & qua hora non putatur, insidias instruunt, & aggrediūtur, ꝙ in ꝑlio spirituali admonuit Dominus apud D. Lucā c. 12. & j. epist. Petri c. 5. & sñtia Thegonidis est, *res nihil fracta fide, res diffidendo retenta,* †
3 hācque diffidentiam omnibus hominibus qui sapiunt à natura communiter concessam custodem salutis, ait Petrus Gregorius libro 22. de Republ. cap. 11. num. 2. & per eam Laertiadē Vlyssem tot euitasse pericula. Epicharmus Poeta Siculus dicebat: Sobrius sis, & memor esto nulli credere, seu confidere. Et Helena apud Sophoclem in Antig. ait: *prudenti diffidentia, nil melius, aut vtilius est mortalibus,* quod ex Euripide tradit Iustus Lipsius lib. 4. ciuil. doctr. c. 14. futura enim sunt precauenda, cap primo, vbi glos. de seruis non ordin. & facit capit. 1. de rebus Ecclesiæ non alienand. & ex Diu. August. lib. 14 de Ciuit. Dei tradit Afflict. lib. primo, cōment.

ad

ad constitut. Neap rubr. 9. de illici. portatio. armo. num. primo, quod præcauere insidias, est actus prudentiæ, & prudentis bene consiliari, Aristo. 6. Ethicorum, D. Thom. 2. secundæ, quæst. 47. artic. 8.
4 † E contrario autem turpissima est iactura, quæ per negligentiam fit, teste Seneca epist. prima, Auilesius ad cap. 6. Prætorum glos. diligẽtia num. 1.
5 † Securitas enim ipsa frequentissimum est calamitatis initium. Nemo enim celerius opprimitur, quã qui nil timeret, vt ait Velleius Patercul. lib. 2. histor. subdens frequentissimum initium calamitatis, securitatem;
6 † Nihil enim tutò in hoste despicitur, vt ait Q. Curtius libro 7. eam subiungens rationem; *Quia, quem spreueris valentiorem negligentia facies.* Sæpè enim contemptus hostis cruentum certamen edidit, & inclyti populi, Regesque per leui momento victi sunt. Liu. libro 21. Aemil. Probus in Thras. dicit, In bello nihil oportere contemni; Quia nimia fiducia, magnæ calamitatis solet esse initium. Idem in Pelop. Iustus Lipsius libro quinto, ciuilis doctrin. c. 16. *Nam qui præsumit* (inquit Tertullianus libro de cultu fœminarum in princip.) *minus veretur, plus periclitatur, timor fundamentum salutis est*; Annæus Robertus lib. 2. rerum iudic. cap. 7.
7 † Exemplo sint Alexander Magnus, & Iulius Cæsar, quibus nimia fiducia mortẽ causauit, vt ait Franc. Patritius libr. 7. de regno cap. 9. Egregiè Ioannes Stobæus serm. 41. Georg. Pagliar. obserua. 3. ad librũ primũ Cornelij Taciti; & obseruat. 454.
8 † referens ex Seneca in libro de breuitate vitæ, Principes ex ea causa institutos, vt omnium quietẽ illorum vigilia; omnium otiũ, eorum labor; omnium delitias, illorum industria; & omnium vacationes illorum occupatio defendat. Nam vt ait Homer. in Iliad. B.

Non decet hunc somno totas impendere noctes
Cuius consilio Populus committitur.

Et

Et Ioannes Botero li. 1. dictorum memorabiliũ de officio Principis tractans, refert Quod in noua Hispania Princeps qui in regno succedere debebat, anno integro in tẽplo assistebat, tanquam in loco pœnitentiæ, aut purgationis, & si tempore quo vigilare debebat obdormisset, pungebatur stimulis, dicendo illi quod vigilare debebat curã, & solicitudinem habiturus suorum vasallorum, nec habebat assumere onus regni, & regiminis eius ad dormiẽdum. Dicebatque Salust. in Catilina. Vigilando, agendo, bene consulendo, prospere omnia cedunt. Imperator Iulianus episto. 12. ad Basilium: Sanctimonia clarum dicebat quod assidua cura Reipublicæ molesta est ijs qui negligentius in ea versantur, atqui diligentia, & industria vtuntur, æqui sunt mea quidẽ sententia, & prudentes, omninoque ad omnia idonei. Et Cyrus apud Xenophon. de Pædia illius dicebat. *Equidẽ arbitror eum decere alijs anteire, non vita deside, & laborum experte, sed eo quod rebus prouideat, laboresque libenter subeat.*

Nam vt præclare ait Ammian. Marcellinus libro 29. *Nihil aliud est imperium nisi cura salutis alienæ.* Annæus Robertus lib. 2. rerum iudic. cap. 11. Regnum autem, aut Principatus non tam ad Regis, aut Principis, quam ad ipsius Regni, & Ciuium vtilitatem introductum fuit, vt post Platonem tradit Marcus Tullius, lib. primo, offic. Diu. Irenæus li. quinto, contra Hęreses, D. Thomas opuscul. 21 ad Ducissam Brabantiæ. Aristot. libro 5. Politic: Abb. in clement. vnica de Baptis. Lucas de Penna in lege militaribus, C. de decur. lib. 10. Alphon. Guerrer. in thesauro Christian. Religion. cap. 54. num. 52. Vasquius in præfatio: lib. 1. controu. illustr. num. 101. & 104. & libr. 2. cap. 82. num. 2.

9 † Nec aliud est virga vigilans de qua Hierem: cap. 10. nisi Princeps mysticè ab Aegyptijs significatus per sceptrum, super quod erat ocu-
10 lus apertus; † Hanc tanquam Nortem habebat prosperorum euentuum Magnus ille Alexander, qui, ne in sta-

te-

ra poneret belli fortunam de sidia sua, vtebatur ænea pila, vt si longa vigilia fatigatus obdormiuisset pilæ stræpitu in peluim cadentis expergisceretur; quod, & Magistrum illius Aristotelem fecisse narrat Andreas Eborensis in lib. Exemplorum cap. de somno. Erat enim suauis ille strepitus factitius; quia illum vigilantẽ reddebat aduersus tumultus, ac veros, periculosioresque strepitus, quibus multoties subijciuntur Reges, ac Principes desides. Sic Homerus in Iliad: B. Agamemnonem celebrans ait,

Cæteri quidem apud naues Principes omnium Archiuorum.
Dormiebant per noctes molli domiti somno;
Verum non Atridem Agamemnonem Pastorem populorum
Somnus tenebat dulcis multa animo voluentem.

Refert Thesaurus Aphorismorum Politicorum lib. 3. cap. 3
11 † Eginhartus in vita Caroli Magni ait, quod noctibus sic dormiebat, vt somnum quater, aut quinquies non solum expergiscendo; sed etiã surgendo interrumperet.

Si in dictis statibus Belgicis hæc diffidentia regnasset, locumque habuisset, vsq; ad ima cordis penetralia irrepsisset, cumque ea tantoperè infecta comperisset, satiùs profectò, laudabiliusque fuisset honorificum bellum protraxisse; quàm iniustam dolosamque illam pacem admisisse, non relinquendo illis tam cæca diffidentia, libertatis habenas adeò remissas, neruosque, vt sunt arma, arces munitæ, & præsidiaria munimenta, instar illius qui phrenctico gladium acutum porrigit quo circumstantes ferire, ac periclitari faciat. Addo, quod hac cum diffidentia, tam inexplicabiles expensas, totq; mille millium auri pondo iacturam vitasset, quæ in alias fortè expeditiones, ex quibus S. R. V. Maiestati maior vtilitas, & gloria resultasset applicari potuissent, absq; eo, quod abundantes illæ diuitiæ quas prõpta Hispanorum vigilantia

con-

concefferat in Antartico Oceano,& Suri miserãdo mergerentur naufragio, vortiginosaque miserabilium illorũ statuum Charybdi implicarentur; Et quod magis deplorandum est,quod paucorũ annorum interuallo occubuere plures innocentes Christiani, quorum sanguis tam miserabiliter in luctuosis illis Tragædijs turpiter effusus sterile illud solum Belgicum
12 rigauit,atque respersit.† Septingenta Hispanorum millia,vt Historici referunt,desiderata fuere, propter improuidam Regum aliquorum confidentiam, qui vanis persuasionibus adacti suspenderant arma, vnde splendor, & amplitudo regni, quam non nisi aduersus Romanos defenderant, cecidit,vt testatur Velleius Paterculus libro 2. Histor. & Onophrius Panuinus de Republica Romana cap. de Hispaniæ Prouincia
13 † vbi post Velleium Paterculum d.li.2. Histor.ait, *Hispaniæ, nunc ipsius præsentia, nunc Agryppæ quem vsque ad tertium Consulatum, & mox collegium tribunitiæ potestatis,amicitia Principis euexerat, multo,varioque Marte pacatæ. In quas Prouincias cum initio Scipione, & Sempronio Longo Coss. primo anno secundi belli Punici ab hinc annos CCL. exercitus Romani missi essent, duce Cn: Scipione Aphricani Patruo per annos CC. in his multo,mutuoque ita certatum est sanguine, vt amissis Pop. Rom. Imperatoribus, exercitibusque sæpè contumelia, nonnunquàm etiam periculum Romano inferretur Imperio. Illæ enim Prouinciæ Scipiones consumpserunt, illæ contumelioso xx. annorum bello sub Duce Viriatho maiores nostros exercuerunt; Illæ terrore Numantini belli Populum Romanum concusserunt; In illis turpe Q. Pompei fœdus, turpiusque Mancini Senatus cum ignominia dediti Imperatoris rescidit; Illa tot consulares,tot prætorios ab sumpsit Duces, patrumque ætate intantum Sertorium armis extulit, vt per quinquennium dijudicari non potuerit, Hispanis, Romanisuè in armis plùs roboris esset, & vter populus alteri pariturus foret:* Madera de Excellentijs Regnorum Hispaniæ capit.

pite 8, num. 1. Camillus Borrellus, de Regis Catholici præstantia cap. 82. num. 17. Reusner. libro 3. Artis stratagemm. capite 2. pag. 491. Palac. Rubios de fortitud. bellica c. 20. Panuinius & lib. de Imperio Romano, pag. 285
14 dicit, † Gothos, Vandalis, & Alan ex Hispania eiectis, & expulsis Romanorum præsidijs longo tempore fuisse potitos rerum. Quarè armis cõseruari Regnum debebat, inflictumque vetus illud vulnus, in Hispaniarum Regum cordibus recens esse debet, quod Antecessoribus suis tãtam sanguinis effusionem
15 causauerit, † ob continuum septingentorum annorum bellum, vt paulatim tandem, tot castra, tot Vrbes, totque Regiones amissas recuperarent, donec etiam à Bætica Prouincia omnique ex Hispania Saracenos expulerunt, vt recenset Thomas Bozius de signis Ecclesiæ tomo primo, libro quinto, signo 17. pagin. 206. & tomo 2. lib. 24. signo
16 99. pag. 581. † valentes dicere quod habetur libro primo Machabæor. capite 15. *Neque alienam terram sumpsimus, neque alienam detinemus; sed hæreditatem Patrum nostrorum quæ iniustè ab inimicis nostris aliquo tempore possessa est. Nos verò tempus habentes vindicamus hæreditatem Patrum nostrorum*, Gregorius Lop. Madera de Excellent: Hispaniæ capite 9. num. vltimo, & alter Gregorius Lopez in leg. 32. titulo 18. par. 2. glos. 7. & ex capite Hadrianus 22. vbi glo. verbo *per singulas*, distinct. 63. tradit Rebuff. in Auth. habita. verbo *dignum namque*, C. ne filius pro patre, Belluga in Speculo Principum, rub. 14. Couarr. in regu. peccatum 2. p. §. 9. nu. fin. de regul. iur. nu. 6.

SVMMARIVM.

1 *Reges debent optimos Reges antecessores suos imitari.*
2 *Consuetudo, & obseruantia legis authoritatem habet.*
3 *Consuetudo est optima legum interpres.*
4 *Antiquæ viæ sequendæ sunt.*
5 *Patrum antiquorum dogmata sequenda, nec aduersus ea*

ex quidquam innouandum.

6 *Rebelles non debent admitti ad reconciliationem nisi priùs arma deponant.*

7 *Libertatem inopinatam assequuti ad maiora perpetranda insolentiores fiunt.*

8 *Romani etiam calamitatibus prostrati pacem tamen non faciebant cum Rebellibus, aut inimicis armatis.*

9 *Iugurthæ Legatis quid à Romanis responsum fuerit.*

10 *Auli Fuluij pax Aphrica tractata à Romanis reiecta.*

11 *Pax impia est quæ conceditur Rebellibus, aut Hæreticis.*

12 *Proconsules, aut Duces Romanorum inconsulto Senatu pacem facere non poterant.*

13 *Platonis lege morte mulctabantur, qui inscia Republica bellum, aut pacem faciebant.*

14 *Dux belli ex iusta causa inducias facere potest.*

15 *Senatus Romanus reuocauit pacem cum Samnitibus, & Numantinis contractam.*

16 *Rebellibus Romani terminũ præfigebant ad deponendum arma.*

ARGVMENTVM.

Reges debere suos imitari prædecessores, & de effectu consuetudinis, quandoue rebelles sint admittendi ad reconciliationem, & Romanorum in hoc mos, & in annullãdis inhonestis pacis conditionibus.

CONSIDERATIO XV.

1 Onsiderare, quin etiam debet Consiliarius circũspectus quod Reges tenentur imitari Prædecessorum suorum, aliorumq; bonorum Principum exempla, vt ait Calistratus Iurisconsultus, Imperatorem Seuerum statuisse, vt in dubijs ca-

casibus id obseruetur, quod Antiquiores statuerunt, leg. nam Imperator, ff. de legi-
2 bus; Nam iusta consuetudo, & obseruantia legis authoritatem habet, cap. consuetudo, distinct. 2. Tertullian. lib. de corona militis, dicens; *Consuetudo etiam in ciuilibus rebus pro lege suscipitur cum deficit lex, nec differt scriptura an ratione consistat, quãdo, & legem ratio commendet.* Annæ. Robert. lib. 2. rerum iudic. cap. 1. Bart. in l. de qui-
3 bus num. 6. ff. de legibus, † nã est optima Interpres l. si. de interpretatione 37. eodem titu. & facit illud Deuteronom: cap. 32. *Interroga Patrem tuum, & annunciabit ti-*
4 *bi*, † Iob cap. 8. *Interroga enim generationem pristinam, & diligenter inuestiga Patrũ memoriam.* Ieremiæ capit. 6. *State super vias, & videte, & interrogate de semitis antiquis quæ sit via bona & ambulate in illa.* Et Sapiens Prouerb. cap. 22. ait, *Ne transgrediaris terminos antiquos quos posuerunt Patres tui.* & Leo Papa IV. relatus in cap.
5 ideo 25. quæst. 1. ait, † *Quod Patres nostri, siuè in sanctis canonibus, siuè in mundanis, affixere legibus, excedere minimè debemus; contra eorum quippè saluberrima agimus instituta, si quod ipsi diuino statuerunt consulto, intactum nõ conseruamus*; inquit enim Diu. Cyprian. lib. 1. epist. 8. *Adulterum est, impium est, Sacrilegum est, quodcumque humano furore instituitur, vt dispositio diuina violetur.* Annæus Robertus lib. 1. rer. iudi. cap. 7.

Præcipuè si adest ratio accomodandi præteritas res, præsentibus casibus attentis opere, tempore, loco, & personis quibus omnibus ponderatis ad veritatis cognitionẽ peruenitur, & in casu rebellionis, vt præsens est, ad operandum infortunia quæ euenerunt in Rebus publicis, & Regnis qui à veris regulis cõseruationis suæ recesserũt, non datur medium, nisi S. R. V. Maiestas; in integrum restituatur ad pristinum illorum statum; ita, vt nec punctus quidem deficiat, alias satiùs foret residuum in stateram & aleam mittere; quàm pacem subditis elargiri, † nisi 6
priùs arma deponant. Sin ve-

vero armata manu illam petere præsumant, deneganda meritò illis est, omnique ex parte enitendum, vt gloriosa cum victoria domentur prius q̃ turpibus, illicitisq; ac indecoris Regiæ Maiestati pactis, perpetua demum pax amittatur. Ideoque magnopere elaborandum est, & singulari ingenij acumine prospiciẽdum an eiusmodi pacis petitio ex mera cordium syncceritate, vel occulta quadam astutia procedat, vt securiùs illa concedatur, vel è contrario illis occurratur. Vtiliùs enim est, vt Rex qui pacem impertiri debet, arma tractanda, ac protrahenda demonstret, vt videatur eandem armis, & ui extorquere velle, vt hac ratione subditis Rebellibus maiorem incutiat metum, eosque ad vtiliores, & Regiæ Maiestati gloriosiores pacis conditiones constringat, & si hac illos via præuenerit Princeps, suoque iuri, & authoritati nequaquam cedere velle ostenderit, futura illa pax (si eis concedatur) firma, ac diutius duratura foret; nec tam facili modo, & occasione vio-
labitur, quemadmodum iniustæ pacis induciæ quæ viriũ comparandarum, renouandarumque causa multoties, inter Principes fieri, & contra antiquas Romanorum
7 regulas concedi solent † Est enim pulchra sententia Nicætæ Choniat: in Annalibus Balduini, quod qui ex seruitute inopinatam libertatem, fortuna propitia consequuti sunt, maxima perpetuò affectantes, neque se in posterum vlli calamitati obnoxios fore opinantes, successibus fœlicibus, ac victorijs effusi, elatiq; indulgent, pristini sui status obliti, præsenti verò læti, & insolentes, maioribus calamitatibus iterum subijci solent.

8 † Et hoc maxime ex Romanorum Historijs liquet, quod nullo vnquam tempore, maximis etiam calamitatibus, quandoque prostrati, cum Rebellibus, aut cum inimicis alijs armatis in pacis vllas cõditiones descenderunt; nec etiam de eius tractatu quicquam audire voluerunt.

9 † Quod ex hoc maximè elici potest, quod decem Legatis Iugurthæ Numidiæ Re-

gis Italia eccedere præceperunt, & priusquam Romam introirent, si pacis eorundem Legatio non tractaret se, seque offerret cum Regno ipso, Populo Romano subicejre; quo audito, infecta legatione ante Vrbis etiam ingressum, in Numidiam redierunt.

10 † Et quamuis Aulus Fuluius qui cum exercitu Romano in Aphrica morabatur, seque quamplurimis mortis, ac internecionis periculis, non absque notabili exercitus Romani strage expositum videret, pacem cum illis conclusisset, magnoperè tamen à Senatu Romano reprobata fuit, vt ait Salustius, maximum indè metum, mæroremque Romæ fuisse; eò quod authoritati, & gloriæ Populi Romani obstreperet, timentes ne alij quoque contra eos simile quid auderent, idque pręcipuè notatu dignum est, quod Romæ dicebatur, Pacem Aphricæ factam fuisse, ijsque subitaneam indè natam fuisse tristitiam, & quod propterea verendum esset, quod parùm duratura erat.

Sed in hoc Belgicorum statuum negotio dispar ratio est, & similitudo. Nam omnes pacem, dum bello præmuntur, clamitant, & expetunt, omnesque ad eandem cohortantes quasuis cōditiones amplectuntur, difficultates explanant, & omnibus Principis iuribus cedunt, vt eam consequantur, imò, & Ecclesiæ Romanæ fauere pronunciant, & simulant; vt nouitates experiantur, non obstante,

11 † quod impia pax sit quæ hæreticis, & eiusmodi Rebellibus datur. Conrad. Brunus in tract. de Hæreticis lib. 3. c. 15: n. 6. Siman. de catho. inst. c. 56. n. 52. Marc. Becan. q. 8. an sit fides hæret. seruan. num. 3. hæretici enim respectu Ecclesiæ, & Christianæ Reipublicæ sunt velut rebelles aliarum Rerūpublicarū, vt obseruat Fab. Albergati lib. 1. de Cardinalis munere c. 8. pag. 32. Et ideo Diu. Hieronym. in Apolog. posteriori ad Ruffinum dicebat. *Canes latrant pro dominis suis: tu non vis me latrare pro Christo? In vno tibi consentire non potero, vt parcam hæreticis, vel vt me Catholicum non probem*

bem ; si ista est causa discordia , mori possum , tacere non possum . Sit inter nos vna fides, & illico pax sequetur . refert Heribertus Rosuuerdi in Anticapello pag. 33 .nec sine ratione , cum Hæretici non sint serui Dei , sed Dia boli.nec gaudere debant protectione Summi Pontificis, licet sub eius vindicta sint , Baldus in proœm. Decretal. verbo *Gregorius* , num. decimo octauo, ibi , sequitur in Textu. Dei , Tiberius Decian. in tractat. crimin. libro quinto, cap. 41. rubric.de pœnis hæretico. spiritualibus,num. duodecimo,versic. septimo. Quia in illis non valet reperiri pax, dicente Diu. Paulo 2. ad Timothæ. capite tertio ; *In nouissimis enim diebus instabunt tempora periculosa , erunt homines seipsos amantes , cupidi , elati, superbi, blasphemi , parentibus non obedientes , ingrati, scelesti, sine affectione , sine pace , criminatores , incontinentes, immites, sine benignitate, proditores , proterui, tumidi , & voluptatum amatores , magis quam Dei . habentes quidem speciem pietatis, virtutem autem eius abnegantes* , vt obseruat Ioannes Molan. libro primo, tractat.an sit fides hæretic. seruan. cap. primo ; Quia hæretici licitè bello oppugnari , & prosequi valent, vt ex Francisco Arias tractat.de bello, num. 101. tradit Farinacius tracta.de Hæresi.quęstio. 189. §. tertio, num. 34. facit leg. quemadmodum, §. illud, ff. de iureiurando , Sebastian : Guazzi.tractat. de pace,parte prima,questio. vigesima tertia, num. tertio,& septimo, allegans leg. final. C.de abolitionibus . Quia Hæreticus hosti publico comparatur , vt probat P. Aerodius, lib. 7. rerum iudicatar. titul.7. cap.2.cui non est pax seruanda,vt in Bannito , seu proscripto Ciuitatis , tradit Curtius Iunior infra num. 14 & meminit Hippol. de Marsil cons.9.nu.22.lib.1. & singula.352.& tract. de Bannitis, verbo *pace* nu.24.Bannito non debere seruari pacem Farin. qq. Crim.to. 1. par.2. q.103.n 46. Ang.in l opprimẽdorũ n.3. C.qñ lic.vnicui sine iud. se vindicare . Demũ quia ex prædictis Sena-

tus reuocauit pacem Auli Fuluij, tanquam contra authoritatem, & voluntatem eius factam. † Nam de iure, pacem ille solummodo facere potest, qui bellum valet indicere, Decian: Respon. 20. numero octauo, volumine secundo; Ideoque non poterant Proconsules, aut Duces Generales Exercituum pacem contrahere cum Reipublicæ Romanæ inimicis. Quia hoc ad ipsum Senatum, aut ad alios Principes sub quibus militabant spectabat, vt resoluit Petrin. Bellin: tractat: de re militari part. decima, titu. 2. numer. 19. Post Bartolum. Angelum Iacobin. num. 2. & alios in l. conuentionum, ff. de pactis, vbi Curtius Iunior num. 18. hoc limitauit. Si Capitaneus Guerræ, siue militum esset Locumtenens Principis pro quo bellum gereret, quia posset omnia facere, quæ Princeps posset, ratione Locumtenentiæ per tex. in lege secunda, C. de offic. eius qui vices alterius gerit & per ea quæ notant Bartolus, Baldus, & omnes in lege prima, §. à Præfecto, ff. de legatis tertio;

12

13 † Et extat lex apud Platonem lib. 12. de legibus, Quod si quis proprio motu, vel bellum, vel pacem cum quopiam sine Reipublicæ iussu fecerit, morte mulctetur, cuius meminit Petrus Gregor. de Republic. libro decimo, cap. primo, num. 5. † Solum enim ex iusta causa Dux belli inducias facere potest. Mart. Laudens. in tract. de bello, quæstio. octaua, Petrus Gregorius lib. 11. de Repub. cap. decimotertio, num. octauo, in fine, Vuaremund. in Meditam. pro fœderibus, capit. secundo, num. 29. capite tertio, num. 41. Curtius Iun: in dicta lege conuentionum, numer. decimo sexto, & 17. Vbi Iacobin. de S. Georgio, num. quarto, assignat exemplum quando tregua, seu induciæ fierent ad modicum tempus, putà ad restaurandum armigeros vulneratos in bello, vel vt Capitanei prouideant de rebus necessarijs ad bellum, vel exercitum, † Et ita Senatus Romanus idem obseruauit cum Samnitibus, & Numantinis reuocando pacta Mancini Hostilij Consulis,

14

15

quem

quem per Fœciales nudum, & manibus post tergum religatis dedendum hostibus cẽsuit, quem tamen illi recipere negauerunt; sicut quondam Caudini fecerunt, dicentes, publicam violationem fidei, nõ debere vnius sanguine lui, vt recenset Velleius Paterculus in princ. lib. 2. Histo. Petr. Aerodius lib. 3. rerum iudica. titu. 5. cap. 18. & multis alijs vicibus idem fecerunt, non tam desiderio gerendi bellũ in Prouincijs extraneis cum tanto sanguine emerent, quã ex eo, quod pacem cum inimicis armatis fecissent contra antiquam illorum consue
16 tudinem; † Tanto magis cũ Rebellibus, quibus tanquam non habentibus ius hostiũ, vt refert Ioan. Molan. in tract. an fides rebellib. seruanda sit; li. 3. cap. 4. terminum præfigebant arma deponendi, vt visum fuit in rebellione Catilinæ, qui cum formasset exercitum suum intus Italiam, peruerterat C. Manlium in Fesulanis degentem, ad quẽ Q. Martius Romanorum Legatus dixit, ne faceret quicquam in populi Romani præiudicium, & si aliquid prætẽderet contra Senatum, arma deponeret, & humiliter Romam peteret, & quod hac ratione inueniret ea, qua semper mansuetudine, ac misericordia affectũ Senatum, eò q̃ nullus vnquã auxiliũ eius frustrà postulasset. Verùm cum consilium, & resolutio illa, ipsi, & coniuratis nequaquã placuisset, eosdem Senatus Romanus iudicauit, declararauitq; inimicos Patriæ Manlium, & Catilinam, absque vlla vitæ remissione, aijsque omnibus terminum ad deponendum arma præfixit, affirmando, quod elapso illo termino, etiamsi arma deponerent, nil omnino eis profuturum esset, vt Salustius refert in Catilinar.

SVMMARIVM.

1 *Periculum est æquale, potestatem Viro maligno tribuere, vt gladium furioso.*

2 *Armorum tractatio homines audaciores, & crudeliores reddit.*

3 *Viriatus retentis armis pace violata, bellum cum Romanis renouauit.*

4 *Armorum Domini, sunt etiã mutationis status, vel Reipublicæ.*

5 *Traianus Imperator rescripsit Plinio nè collegium Fabrorũ crescere permitteret.*

6 Carolus V. *Imperator moderauit vexilla Ciuitatis Gãdauij.*

7 *Ferri origo adducitur, & eius vtilitates, & quare dominetur auro.*

8 *Princeps debet curare, vt Vasalli eius agnoscant robur illius bellicum.*

9 *Alcibiades Cupidinem in clypeo depictũ ferebat, quantumuis Dux insignis esset.*

10 *Gentium quies sine armis consistere nequit.*

11 *Arma, & æquitas sunt custodes* Reipublicæ.

12 *Vrbes illæ fœlices sunt, quæ ensibus magis, quã mœnijs muniuntur.*

13 *Homines, ne alijs seruire cogantur, cogitationes bellicas obseruare debent.*

14 *Iudas Machabæus laudatur ob fortitudinem.*

15 *Asma sunt necessaria Militibus, ne de turpi fuga meditari cogantur.*

16 *Spartanæ Ciuitatis laus erat, quod omnes cogitabant, qualiter præcipere, & obedire deberent.*

17 *Princeps habenas obedientiæ nequaquam in Vasallorum arbitrio relinquere debet.*

18 *Arma debent habere Ciues, vt ordine publico illis vtãtur, & pro Republicæ beneficio.*

19 *Arma debent auferri Rebellibus, & collocari in Armamentarium publicum.*

20 *Reipublicæ qui præsunt, ad quos fines debeant arma habere.*

21 Romani *ciues arma olim priuatim non habuere.*

22 *Arma ex publico Armamentario sumpta fuere in seditione Saturnini reprimenda.*

23 *Iustinianus decreuit quod arma reponerentur in publico Armamẽtario cuiusuis Ciuitatis.*

24 *Maiestas proprijs carens viribus parum secura est.*

25 *Respublicæ armis, & viris flo-*

ren-

rentes sunt inexpugnapiles.

26 *Iustinianus Imperator Vicario Ponti facultatem concessit inquietos armis priuandi.*

27 *Demetrius rebelles Antiochiæ arma proijcere compulit.*

28 *Saulis tempore non erat Faber ferrarius in Israel propter probibitionem Philistijm.*

29 Romani *abstulere arma Celtiberis.*

30 Lutius *Domitius cruci affigi fecit pastorem, quia venabulo aprum occiderat.*

31 *Cyrus Lydijs rebellãtibus abstulit arma, & viros fœmineis vti vestibus coegit.*

32 *Darij filius Babylonijs rebellantibus abstulit arma.*

33 *Sesostris Aegyptiorum Rex quid fecerit vt rebelles subditos effæminaret.*

34 *Aristodemus Cumanorum Tyrannus illis abstulit arma vt securus esset.*

35 *P.Scipio arma abstulit Carthaginensibus, & classem succendit.*

36 *Dionysius Siracusanus Dionysij filius arma abstulit illis quibus fidebat parum.*

37 *Catholici* Reges *D.Ferdinandus, & Elisabeth. Mauris Granatensibus arma abstulere.*

38 *Carolus VIII. Rex Franciæ quid statuerit in armorum teria.*

39 *Pij IV. constitutio circa delationem, & prohibitionem armorum, recensetur.*

40 *Guillelmus Dux Mantuæ artes bellicas Casalensibus interdixit, & quare.*

41 *Rebellibus ne valeant recalcitrare sunt arma auferenda.*

42 *Languor prolixior grauat medicum.*

43 *Lycurgus probibuit bellum cum vna natione continuari.*

44 *Macedones assiduis certaminibus bellicosi facti fuere.*

45 *Anthalcidas Agesilaum saucium sugillauit quod Thebanos dimicandi artem docuisset, factis expeditionibus in Bœotiam.*

46 *Populi bellantes cũ viris bel-*

furioso homini gladium acutum,& euaginatum tradere. Petrus Gregorius lib. 23. de
2 Repub. cap.9. num.5. † Et enim armorum tractatio homines audaciores reddit, & crudeliores, atque ad innouanda negotia,turbandamq; quietem promptiores, lege si seruus, C.de his qui ad Eccl. confug.l.si quis in hoc genus C.de Episcop. & Cler. Matth.de Afflict.lib.1.ad Constitutio.Neap.rubr.9. de illicita porta.armorum, nu.1. Campagna ad cap.Regni Neapo. de prohibita portat.armorũ, num.7. Adam Kellerius lib. 2.de offic.Iurid. Polit.cap.3. versicul. *sed respectu*, Petrus Gregorius libr.4. de Republ. cap.1.num.17.Aegid.Roma: lib.3.de Regim. Principum par.3.cap.6. † refert Plinius
3 de viris illustribus in Viriato, Quod cum bellum aduersus Romanos sumpsisset, eorum Imperatorem Claudium Vnimanum, deinde C.Nigidium oppressit,& cũ pacẽ à Pompilio maluisset integer. petere, quam victus,cum alia dedisset, & retinuisset arma bellũ
4 renouauit,† Arist.lib.7.Polit. cap.9.vbi ait, Quod qui armorũ Domini sunt,Status,vel Reipu. mutationis ijsdẽ armis etiam Domini sunt,Georgius Pagliar.obseruat.2.ad libr.1. Cornelij Taciti, Petrus Gregorius lib.22.de Repub.cap. 11.num.1. Verè igitur teste Diodoro lib.37.ab armis omnia pendent,quibus qui praeualet eius legibus omnes necessariò obtemperant. Reusnerus lib.1. Artis stratagem.
5 cap. 21. † Hinc Bartholom. Philippus in tract.de consilio, & Consiliar. discur.13. n.15. refert,Traianum Imperatorẽ scripsisse Plinio Secundo Bythiniam gubernanti,vt non sineret intantum crescere collegium Fabrorum, quod nocumentum aliquod generaretur Reipublicae, vt per ipsũ Plinium libro 10. Episto.33.
6 †Et D.Imperator Carolus V. limitauit facultatẽ vexillorũ militum Ciuitatis Gandauij vt per Mambrin.part.2. Hist. Mundi lib. 3. & Marcũ Guazo.in hist.Mundi † Hinc ait
7 Cassiodor. lib. 3. variarum epist. 25. quod *rigorem ferri parturit terrena mollities, & igne decoquitur, vt in duritiẽ transferatur. Hinc auxiliante Deo defensio patriae venit,*

hinc

hinc agrorum vtilitas procuratur, & in vsus humanæ vitæ, muliplici commoditate porrigitur, auro ipsi imperat, & seruire cogit locupletes pauperibus constanter armatis.

8 † Vlterius curandum est Principi, vt ex rebus gerendis, gestisque Vasalli eius cognoscant virtutem, & bellicum eius robur, vt maius etiam quam habeat, sibi exteriùs imaginentur. Illi namque non secreta, nec intimam cordis eius voluntatem tam auidè scrutātur; quā ea quæ extrinsecus apparent intuentur, verbi gratia, si Princeps est animosus, bellicosus, constans, prudens benignus, aut seuerus, &c: Ea enim plerumque vulgò indita est natura, vt diuersos colores in diuersis subiectis etiā attentè considerare studeat, cum oculis prominentibus, & nunquam ad verum negotiorum rhombum penetret, ex quo iudicia etiam vana

9 oriuntur, † vt euenit Alcibiadi, qui, & si Dux magnanimus ab omnibus haberetur, probro tamen sibi dabatur, quod in clypeo suo depictum portaret Cupidinem sagittas, telaque iacentem. Nam si oculos magis aperuissent, vidissent vtique quod in corde suo Mars reconditus latebat, qui lanceas, hastas, & alia eius generis instrumenta bellica in hostes suos explodere machinabatur; Propterea Principem fortem, ac magnanimum decet, vt dum alios robore, & virtutibus antecellit, etiam, atque etiam curet, vt magnanimitas, & aliæ eiusce virtutes, ex actionibus suis quotidianis digno scantur, in his præsertim, quę fortitudinem, & seueritatem concernunt, cuius theorica, absque practica nequaquam vtilis est ei, qui Rempublicā gubernat, ac regit; Ex quibus rebus primaria est, armorum vsus, à quo pendet stabilitas, & fundamentum quietis eius, quo Rex magnopere pollere debet per totum suū regnum, vt quouis tempore, aut loco necessitas id expostulauerit, insolentes suos vasallos domare, ac prosternere queat; Aliquibus tamen secundum illorū naturam, qualitatem, aut loci constitutionem, & distantiam, armorum aliquorum vsus permitti potest,

test, eò, quod in eis innixa sit essentia, & conseruatio Rei-
10 publ. † Dicit enim Cornelius Tacitus libro 20 Annal: quod non sit Gentium quies, absque armis, Iustinianus in
11 proemio Institut: † Cassiodorus lib.4.variarum Epist.6. dicit, Quod arma, & æquitas sunt Reipublicæ custodes, & ibi episto.12. ait, Prouincias armis defendi, & legibus ordinari & Lęlius Zechius li.2. de Principe cap.3.num.3.ait quod Principi ad dominium tutandum, & etiam augendum, necessaria est armorum copia, & præstantia tam ad offensionem, quàm ad defensionem, sine quibus cœtera
12 nihil prosunt. † Hinc Manuel Comnenus, vt Nicætas lib.2. Annal.illius refert. Eas Vrbes fœlices iudicabat, quę non mœnijs, sed ensibus munirentur. Nam qui bellum pacis amore fugiunt, non animaduertunt plures sibi, vt puluerem è terra friabili erumpere hostes, qui, & imperium eorum accendāt, nec stabili ipsos frui pace patian-
13 tur; † Et Aristot.lib.7. Politicor.cap:14. ait; Bellicas exercitationes homines cogitare debere, ne alijs seruiant, & vt subiectorū vtilitati consulant. S. Ambrosius lib. primo offic.cap.41.ait, Quod vtilior est in conflictu lorica ferrea, quam stola linea, licet
14 oneri illa sit; † Laudatur Iudas Machabæus primo Machabæorum, capite tertio; *Quia dilatauit gloriam populo suo, & induit se lorica sicut Gigas; & succinxit se arma bellica sua in prælijs, & protegebat Castra gladio suo similis factus Leoni in operibus suis*, & dicit Lælius Zechius libro 2. de Principe cap.3. numer. 3.
15 † Necessaria esse arma militem tuentia, ne ijs in conflictibus carens, & se tueri non valens in fuga spem locet. *Non enim de pugna, sed de fuga cogitant, qui in acie nudi exponuntur ad vulnera*. inquit Vegetius lib. 1. cap: 20. Reusner. libro 1. artis stratagem.cap.21.pag.3. Symanc. lib.9 de Repub. cap. 15. nu. 2. Redin. de Maiesta. Princip. verbo *non armis solum* num. 66. Bouadill.lib.4. Politicor. cap.1.num.30. pulchra l. 1.
16 tit.6.lib.6.recopilat. † Non sunt oēs Ciuitates, vt Spartana, in qua omnes exerceban-

bantur, qualiter præcipere, &
17 obedire deberent; † Idcirco non debet Princeps ad arbitrium vasalli relinquere habenas obedientiæ, quæ arma solummodo sunt eius, qui iisdem dignus à Principe habetur, & qui eadem ferre quoque possit, quique Rempublicam cum iisdem iuuare, & oblata occasione defendere valeat; iis è contra qui iisdem ad Regis, & Patriæ defensionem nequaquã vti vel le præseferunt tollantur, & prohibeantur, leg. vnica, C. vt armorum vsus lib. 11. Auth. de armis, §. prohibemus, coll. 6. l. 1. ff. ad l. Iuliam de vi publica, Ioann. Vincentius de Anna in constitut. Regni Neapo. si quis aliquem, num. 4. & sequent. Didacus Couarru. in practic. quæstio. cap. 33. Iulius Clar. lib. 5. sentent. §. fin. quæst. 36. Menoch. lib. 2 de arbit. iudic. casu 393. Petrus Gregorius lib. 1. de Repub. cap. 4. num. 17. lib. 9. capit. 1. num. 19. Ioann. Ferra ult. de iuribus, & priuil. Regni Franciæ, priui. 19. Carol. Degrassal. regal. Franciæ libr. 2.
18 iure 17. pag. 291. † Bartholom. Caual. epist. 1. de reformat. Reipub. dicens, Ciues tali lege debere esse armatos, vt armis non vtantur, nisi ordine publico, & pro beneficio Reipub. Considerandum est enim quod dicitur Ecclesiastici cap. 33. *Disciplina, & opus seruo, Operatur in disciplina, & quærit requiescere, laxa manus illi, & quærit libertatem Iugum, & lorũ curuant collum durum. ita nerruus, & tormenta seruum malitiosum.*

19 † Quare necesse est, vt talibus vasallis auferantur arma, eademque pro ornamento regij, vel alterius Reipubli. Armamentarij loco ab illis distincto, ac diuiso reponantur, adeò, vt sic inermes facilius domentur, & cum timore ad Principis obedientiã reducantur & vires Principis ex aduerso maiorem firmitatem acquirant, vt tradunt Coteræus lib. singul. de officio Imperatoris, & Clapmar. lib. 2. de Arcanis Imperij, cap. 6. Lælius Zechius lib. 2. de Principe cap. 3. num. 3. Iacob. Bornitus in partitionibus libr. 2. de Repub. conseru: tit. de armis, & militibus pag. 108. Hiero. Frachet. li. 2. de

Prin-

20 Principe cap. 3. † Et Aristot.lib.7.Politic.cap.8. dixit, Qui Reipublicæ præsunt hos armis tam ad tuendum imperium, vt detrectantes coerceantur;quàm ad vim,si quis iniuriam extrinsecus inferre conetur, propulsandam,instructos esse necesse est. Idem tradit Imperator Iustinianus in leg.2.C.de officio Præfecti Prætor.Aphricæ, Phylon Iudæ:libr.1.de vita Moysis, D. Chrisostomus serm.de Ascensione. Symanch.lib. 9. de Repub.cap.18. fere per totũ, Frat.Ioan. Guardiola de Nobilit. Hispan. cap.15. fol.39. Azeuedo in leg.1.titul.6. lib: 6.recopilat.Bouadill.li.4.Polit.cap.1.num.30. Redin. de Maiestate Principis, verbo *non armis*,num 27.Bernardinus Mendoza in libro Theoricæ,& practicæ belli pag. 9. Lipsius lib.5.Polit.cap.6.Petrus Gregorius de Repub.lib. 11.cap.3. nu.16. Lælius Zechius libro 2. de Principe cap.4. num.2. Sebastian. Foxius lib.2. de Regno,Regisq;
21 instit.† Satis enim constat Ciues Romanos olim arma priuatim non habuisse; sed in rupe tarpeia recondita fuisse, vndè accipiebantur quotiescunque exercitus deducendus erat: Vuolff.Lazius lib.4. de Republica Romana cap.6. Blond.lib.6.Romæ triumphantis; Marlianus lib.5. antiquitat.Roman cap.4. Siman. de Cathol. institution. tit.24.num.28. Bouad.d. nu. 30. Surgen.lib.1.de Neapo. illust.cap.11.à num.13.& 14
22 † M.Tullius in orat:17. pro Caio Rabirio cum de seditione contra Saturninum tractaret,ait, Eo tempore ex ædificijs, Armamentarijsque publicis,arma Populo Romano, C.Mario Consule distribuente, data, vt Imperium Populi Romani, maiestasque conseruaretur,Petr.Grego.lib.9. de
23 Repub.cap.1.num.13. † Et Iustinianus constituit, quod in cuiusque Ciuitatis publicis Armamentarijs arma publica reponantur,reparentur ac renouentur,&quod nullus possit esse faber ad arma facienda nisi deputatus à publico,vt in nouella const. 85. de armis, coll. 6. Auth. de mand.Princ.S.fin. Afflict.in rub.de illicita portat.armorũ nu.2.Symanc.lib 9.de Repu-
24 bli.cap.18.num.13.† Nam

vt

vt Liuius inquit li. 10. Maiestas quæ caret viribus, parum secura est, nilque rerum mortalium tam instabile, ac fluxũ est; quam fama potentiæ nòn sua vi nixę, fuit sententiã Taciti li. 13. Annal. cuius meminere Gabriel Simeon. in libro cui titulus illustratio de gli epithaphi fol. 125. Læl. Zech. libro 2. de Princi. cap. primo, nu. 8. Et idem Cornel. Tacitus lib. 15. Annal. dixit, *Non enim ignauia, magna imperia contineri virorum, armorumq; faciendum certamen, id in summa fortuna æquius,*
25 *quod validius*, † Phylon Iudæus libro primo de vita Moysis, viris, armisque florentes copias murum inexpugnabilem esse ait. Symancas d. cap. 18. num. 3. & 4. Vegetius de re militari in Prologo Aristoteles vbi supra cap. 14 Madera de Excell. Hispaniæ c. 7. n. 1.
26 † Hoc etiam obseruauit Imperator Iustinianus dum institueret Vicarium Generalẽ qui pacis, & belli negotia tractaret in Ponto Bythiniæ, vsque ad Armenos, & Trapezuntas, cui potestatem concedebat priuandi armis eos, qui illis ad nullam militiæ necessitatem haberent, eaque in publico magnæ Vrbis Cõstantinopolitanæ inferret Armamẽtario, vt constat edicto 8. de Pontici tractus Vicario.
27 † Demetrius item Rex, vt narratur lib. 1. Machabęorũ, cap. 11. auxilio misso à Ionatha aduersus eos, qui cum Antiocho filio contra ipsum rebellauerant in Ciuitate Antiochia compulit ipsos, vt arma proijcerent, & pacem postularent rogantes, vt Iudæi cessarent oppugnare eos, & eorundem Ciuitatem. Malo enim persuasus consilio, totum dimiserat suum exercitum, vnumquemque in locum suum, excepto tantum modo peregrino exercitu, quem ex Insulis Gentium contraxerat, quorum causa omnes Patrum suorum exercitus inimicos sibi reddidit; ita vt nisi prædicta auxilia à Ionatha missa sibi fuissent, quibus sæua illa suorum rebellio sedata fuisset, luxisset, vtiq; miserabiliter inopinatũ aduersæ fortunæ suæ casum.
28 † Tempore Saulis non inueniebatur Faber ferrarius in terra Israel, cauerant enim

Phy-

Phylisthini, ne Hebræi fortasse facerent gladium, & lanceam; Cumque venisset dies prælij, non fuit inuentus ensis, aut gladius, aut lancea in manu totius populi qui erat cum Saul, & Ionatha, exceptis ipsis, vt habetur 1. Regū cap. 13. Petrus Gregorius de Repub. lib. 23. cap. 9. num. 6.

29 † Romani abstulere Celtiberis arma quod illis tam graue fuit, vt multi sibimet ipsis consciuerint mortem, significantes virum bonum, & egregium non decere sine armis viuere, vitam inermem pro morte iudicātes, vt Liui. ait lib. 44. ab Vrbe condita, siue lib. 3. Decad. 4. cap. 6. Iustinus libro 44. vbi dixit, *Velocitas Genti pernix, inquies animus, plurimis, militares equi, & arma, sanguine ipsorum chariora.* Madera de Excellent. Hispaniæ capite 8. num. 1. Et postea muri, & munimenta, arces præsidiariæ, & Castella fuere diruta, Cælius Rhodigin. libro 18. lectio. antiq. cap. 22. dicens. *Quum omnibus cis Iberum Hispanis arma Portius Cato ademisset, adeò ægrè passi, vt multi mortem sibimet ipsis consciscerent, ferox gens nullam vitam rati sine armis esse:* Bouadilla. li. 4. Polit. c. 1. n. 30.

30 † Lucius Domitius cum Siciliam Proprætor regeret, & ad eum eximiæ magnitudinis Aper allatus esset, adduci ad se Pastorem cuius manu occisus fuerat, iussit, interrogatumq; quo telo bestiam illam confecisset, postquam comperit vsum venabulo, cruci eum suffixit: Quia ipse ad exturbanda latrocinia, quibus prouincia vastabatur, ne quis telum haberet, edixerat, Marc. Tullius act. 1. in C. Verrem. Valer. Max. lib. 6. cap. 3. §. 5. tradit Polyænus lib. 7. stratagem.

31 † quod Cyrus Lydis post Cræsi captiuitatem iterum deficientibus, ipse Babylonem versus profectus Mazarem Medum cum præcepto misit, vt cum regionem subegisset, arma pariter, & equos eis adimeret, vestitumque muliebrem eos gestare cogeret, neque ad iaculandum amplius exerceri permitteret; sed omnes texere, ac psallere cōpelleret, vt his nimirum studijs animi illorū mollescerent, & effœminarentur, sic deinceps omnium Bar

barorum inutilissimi ad bellũ euaserunt Lydi, cùm antea bellicosissimi essent; Recenset idem Iustinus li. 6. dicens, Occupato alijs bellis Cyro, Lydi rebellauere, quibus iterum victis, arma, & equi adempti, iussitque cauponas, & ludicras artes, & lenocinia exercere, & sic gẽs industria, quondam potens manibusq; & actis strenua, effæminata mollitie, & luxuria virtutem pristinam perdidit; & quos ante Cyrum inuictos bella præstiterant, in luxuriam lapsos, otium, ac desidia superauit;
32 † Idem fecisse Darij filium colligitur ex Apophteg. Plutarchi dicentis, Xerxes iratus Babylonijs ob defectionem, cum eos in potestatem suã redegisset interdixit armorum gestationem, iussitque fidibus, & fistulis canere lenocinium, & cauponam exercere, ac tunicas gestare sinuosas.

33 † De Sesostri autem Rege Aegyptiorum ex Nymphodori historia libro 13. tradit Sophoclis Scholiastes dicens Consilium tale cœpisse, vt mulieres foris versarentur, nerent, ac texerent domi viri, vt tali vitæ ratione virilem sexum effæminaret, illisque obedientibus Imperio vteretur, quod se consequuturum putauit, iniunctis muneribus virorum fœminis, & harum viris. Ita enim non modò inermi corpore; sed etiam animo molli promptè facturos imperata credidit. Voluit igitur, & comam nutrire viros, & mulieres tondere, itemque illos onera capite gestare, has humeris; præterea viros binas, mulieres singulares tunicas ferre. Postremo stantes mulieres, subsidentes viros mingere, vt pro vitæ modo, animi quoque eneruarentur. Callidè profectò, & non sine causa scribit Aelian. lib. 12. cap. 4. variar. histor. Aegyptios dicere, Sesostridem à Mercurio solertiam, & consilia didicisse;

34 † Idemque fecit Arystodemus Cumanorum Tyrannus, vt refert Halycarnas. libro 7. Antiquit. Roman. Ianus Gruter. in dicurs. ad Cornelium Tacit. p. 2. pag. 49.

35 † Publius Scipio Carthaginensibus abstulit arma, & cũ agnouisset quod maior pars virium illorum in mari consi-

flebat, ante oculos illorũ incẽdit quingentas naues, cũ omnium dolore, & commiseratione Charthaginis, eo quod viderent nullas sibi vires residuas esse posse, quibus aduersus Populum Romanum caput erigere valereent.

36 † Dionysius Syracusanus Dionysij filius, ijs quibus parum fidebat arma adimere solebat. Diodorus Siculus lib. 16. Biblioth. Petrus Gregor. lib. 36. syntag. Iuris cap. 26. num. 8.

37 † Reges quin etiam Catholici D. Ferdinandus, & D. Elisabeth, disposuere, vt nouiter conuersi regni Granatensis è Maurorum genere arma non gestarent, nec illa, nec publice, nec secretò haberent, ac nec etim Ministri Iustitiæ associarentur ab eis, quod D. Carolus V. cõfirmauit, vt apparet Legibus 8. & 9. titul. 2. lib. 8. nouæ recopila. quod, & alij Principes fecerunt, vt apparet in Capitularibus Caroli Magni lib. 3. cap. 4. & 5. &
38 cap. 22. † & in regno Franciæ Carolus VIII. anno 1487 artic. 2. & Franciscus I. an-
39 no 1532. † & Pius IV. in constitut. sua 65. incipit cum vices in Bullario Cherubini, vt memorat P. Gregorius de de Repub. d. lib. 23. cap. 9. n. 6

40 † & Guilielmus Mantuanorum Dux, cum animaduertisset, quod Casalẽses qui successionis iure ad eum deuenerant, qui alioquin natura feroces erant contra eum commoueri incipiebant, abstulit illis armorum exercitiũ & equitandi artem, relicto illis omni alio delectationis, & spectaculorum genere, quod ante ipsum fecit Cyrus cum Lydijs quibus, vt ait Iustinus lib. 6. arma, & equos abstulit, iussitque illos cauponas, lenocinia, & alias artes ludicras exercere. Georg. Pagliar. obseruat. 172. ad lib. 1. Cornelij Taciti, vt supra retuli.

41 † Quocirca si hoc facere necesse habet is, qui subditos rebelles domare, & ad veram obedientiam reducere vult; Quo igitur animo, aut serena fronte, vllus aliquis reperietur, qui S. R. M. Vestræ ex imis cordis sui penetralibus faueat, regnaque salua esse suspiret, non consulat sibi, vt rebellibus Belgis omnia arma tollat; cur igitur in eam

T len-

ſententiam condeſcenderunt
Conſiliarij,vt arma propria ,
munimenta,ac præſidia S.V.
Maieſtas tollere non dubita
rit ? Ex eò profectò comper-
tum habemus ſuperioribus
annis, quod Rebelles illi va-
ſalli potentiores, & ad nouas
rebellionũ cauſas moliendas
accincti prõptiores fuere,ꝙ ex
ſola mora recuperationis di-
ctorum ſtatuum,natum fuiſſe
42 experimur † Quia, vt Eccle-
ſiaſticus ait c. 10. *Languor
prolixior grauat Medicum,
breuem languorem Medicus
43 præſcidit.* † Lycurgus,vt in
vita illius Plutarchus ait , in-
terrogatus aliquando , quã-
obrem vetuiſſet frequenter
aduerſus eaſdem gentes ex-
peditiones fieri, ſapienter re-
ſpondit, ne repugnare aſſue-
facti,ipſi quoque bellicoſi e-
44 uaderent, † Nam de Mace-
donibus ait Iuſtinus libro 7.
Quod aſſiduis certaminibus ,
armis veluti quotidiano exer
citio indurati , finitimos ter-
rebant,vt hodiè faciunt Tur-
cæ, qui frequenti bellandi v-
ſu , Chriſtianos taliter hinc
inde affligunt , vt cum veri
tate poſſimus dicere,quod ſi-
ne illa Iulianus Imperator
Apoſtata apud Paulum Dia-
cõn. libro 11. proprijs pen-
nis vulneramur cum noſtris
armati conſcriptionibus con-
45 tra nos bella ſuſcipiant † Vn
de,& Ageſilaus grauiter ac-
cuſatus fuit, quod crebris in
Beotiam expeditionibus , ac
bellis Thebanos Lacedæmo-
niorum hoſtes ad repugnan-
dum ſollicitaſſet.Nam cum
Anthalcidas vidiſſet illum
ſaucium, eidem id exprobra-
uit,quod Thebanos prælian-
di artem docuiſſet , cum an-
tea, nec ſcirent , nec vellent
inire bellum, dicens, *Præcla-
ram doctrinæ tuæ mercedem
habes:* Quia,nec animatos ad
bellandum Thebanos, nec e-
xercitatos, & inuitos etiam
conſuefecerit, docueritque
bellum gerere . Plutarch. to-
mo 1. moralium in Apopht.
Laconicis fo.196.in Anthal-
cida. Petrus Gregor.libr. 11.
de Republ. cap. 13. num. 5. †
46 Et quod populi longo tem-
pore bella gerentes cum alijs
ferocibus, & bello deditis vi-
ris,bellatores etiam euadant,
exemplo Romanorum cum
Samnitis bella gerentium, &
cum Celtis. Ex Polydoro lib.
1.hiſtor. & ex Suizerorum,
ſeu -

feu Helueticorum cum Germanis ex Cæfare de bello Gallico lib.1.tradit Frachetta in Seminario rationis ftatus, & belli c.33. pag. 214.

Et manifeftę hoc etiam conftat longa rerũ experientia in dictis ftatibus. Nam in initio munitiffimæ etiam Ciuitates facili negotio,& abfq; illorum defenfione capiebantur; fed poftea ob continuum
47 bellandi vfum† in oppugnatione Ciuitatis Traiecti Mofæ vifum, expertumque fuit, fœminas etiam expugnationi oppofitas bellum crudeliffimè geffiffe, nequaquam formidantes continuam bellicorum tormentorum explofionem,fed cum amicas,confanguineafquè in defenfione oppugnationis mortuas ceciditfe viderent, maiori ardore percitæ ad murorum defenfionem curfitabant, ac fi fortiffimi milites fuiffent, vt refert Campana in hiftoria Bel-
48 gica, † quod in vltima obfidione Ciuitatis Cameraci Madama Baligij Gubernatoris vxor, heroici animi fœmina tali fe ftrenuitate oftentauit, ꝙ cũ Damicellis fuis in reparationibus Vallorum, ac murorum, tam fedulam nauarit operam,vt omnes id admirarentur;egrediebatur pręterea per foffas palam exhortando milites, vt pro libertate patrię fortiter dimicarent, licet multos ad eius latera interdum videret cæcidiffe mortuos, illaque aliquoties bellica tormenta proprijs manibus onerata, verfus inimicos pręliantes exonerabat,mittebatque, Denique cum omne oleum,operamque perdidiffe videret, fummoque omnium dolore ciuitatem iam captã, haftam quam ad hoftes repellendos arripuerat,in manibus adhuc ferens,non minus pulchra, quam docta, & efficaci oratione ad milites rerũ humanarũ fragilitatẽ, recẽfebat & fortunæ nouercãtis impietatem accufabat,qbus doloribus concuffa,atque proftrata biduo antequã Caftrum omninò captum effet fato ceffit. Cuius egregia facta magnoperè extollit Georg.Pagliar. obferuat.148. ad lib.1. Cornelij Taciti,& alia plura exẽpla congerit P.Gregor. lib.7: de Repub. cap.11. num.31.
49 & feq. † quibus annumerari poteft,famofum illud factum,

quod contigisse narrant Hispaniarum Historiæ, Petrus Medina in libro magnarum Hispaniæ rerum, c.55. quando Mauri obsederant rupem de Marthos dictam, cuius custos erat, & Castellanus Don Aluarus Perezius à Castro, qui absens tunc erat, & in Regis Curia morabatur. nam Comitissa; & Damicellæ eius in absentia Comitis tanta animorum virilitate, munitionem Rupis defenderunt, donec Don Tellus, & alij Aequites qui ad Maurorum terminos offendendos, ac prædandos exierant, ad castrum rediissent, & facto in obsidentes illos impetu recedere coegissent, vt non minori laude, quam Belgica illa Madama digna videatur, vt recenset Palac. Rub. de fortitudine
50 bellica cap.14.† prout etiam superioribus seculis fœminæ Illiturginorum Ciuitatis à P. Scipione obsessæ fecere, referente Liuio libro 8. Decad. 3. cap. 9.

SVMMARIVM.

1 *Arma sunt asylum Rerumpublicarum.*

2 *Arma illustrant, & extollunt regna.*

3 *Epaminandæ dictum in fauorem exercitij armorum recensetur.*

4 *Ducis alicuius defectus, ruinam imperio causare solet.*

5 *Ecius Romanorum* Dux *vicit Attilam.*

6 *Francorum res in occasum venere eum primum ab illis secessit Andreas ab Auria, & adhæsit Imperatori Carolo V.*

7 *Duces insignes in rebus bellicis à diuersis Regibus asciti, & in honore, & existimatione habiti.*

8 *Helena notata fuit quod in funere matris doloris signum non ostenderit.*

9 *Belgicorum Rebellium contra Ecclesiam obstinatio taxatur.*

10 *Calumnia nihil non audet tẽtare.*

11 *Lingua maledica, nec diuinis par-*

parcit operibus.

12 *Fabius Maximus qualiter inuidia flagrarit aduersus Scipionem.*

13 *Senatus Romanus, quot Senatores miserit Siciliam vsque ad inquirendam veritatem eorum, quę aduersus Scipionem, & exercitum eius ferebantur.*

14 *Senatus Romanus cognita veritate, Scipionem laudauit, honoribus affecit, necessarijs ad bellum prouisis, & contra Fabij inuidiam commotus fuit.*

ARGVMENTVM.

Arma, & illorum exercitium quanti sint habenda, & Duces præstantes in pretio, & existimatione à Regibus habendi, & qualiter occurrendum calumnijs, quæ aduersus Duces insignes euulgari solent.

CONSIDERATIO XVII.



I denique resultant effectus si rebellio quamprimum non opprimatur è contra si arma à Principe suspendantur maiora, deterioraque quam antea nasci solent;
1 † Arma namque Principum sunt fundamentum, & Asylum Rerumpublicarum, & Monarchiarum. Iustinian. in lib. 1. in principio, C. de Iustin. Cod.
2 confirm: † Et arma, vt inquit Aluarus Pelagius lib. 1. de planctu Ecclesiæ artic. 62 extollunt, & illustrant regna,
3 † Et Magnus Dux Epaminūdas, vt in vita illius ait Plutarchus, Thebanis dixit, Qui taliter suadent quietem, vt obliuioni mandent exercitiū armorum supponunt patriam suam perpetuæ seruituti, vel saltem illius periculo, vt expertum est pluribus exemplis amissionum, & ruinarum Monarchiarum ob nimiam confidentiam, Madera in libro de Excell. Hispaniæ, c. 8. n. 1.

† Imo ob defectum magnanimi cuiusdam Ducis sæpe sæpius in discrimen adduci solent magna, & præclara imperia, vt Athenis compertum fuit deficiente Alcibiade, & Romæ cum Coriolanus secesserat.

5 † Et de Ecio Romanorum militum Imperatore, cuius exercitus cum Regibus Hispaniæ, & Franciæ, vicit potentissimum Attilam, cum internetione centum & octuaginta millium hominum, scribitur, quod per inuidiam denique, & odia priuata ab Imperatore Valentiniano occisus fuerit, refertque Iacobus Meyer. li. 1. Annal. Belgiæ, quod ab eo instāti quo Ecius defecit adeò Imperiū Romanū in casum venit, vt nunquam postea erigere potuerit caput,

6 † Res item Francorum grauissima damna perpessæ sunt ab eo tempore quo Andreas ab Auria Dux Classis eorum ab eis defecit, & se se ad seruitium Caroli V. Imperatoris addixit, dediditq; vt latè probat Carolus Sigonius in vita illius.

7 † Et propterea multarum diuersarumq; nationum Principes, altiùs secū perpendentes quantum sibi, ac Rebus publicis intersit Ducem habere militum, artis militaris peritum, & prudentia clarū, multis quandoque precibus, ac muneribus ad eorundem eos seruitia allexerunt, vt Siculi Philippū, Chalcedonenses Brasidā, in Asia fuere Lysander, Calioratides, & Agesilaus illustrati, decoratiq. excellentibus titulis nationum quas gubernarunt.

Hinc aūt quid dignū expectari pōt, dū à rebellata prouincia tot Duces insignes, & genere, & armis clari, qui ob uatum, intestinumq; aliquod odium Reipublicæ suæ perditionem machinantur, proficiscuntur, & ob priuatas, inanesq; suas cogitationes quibus diu, noctuque distrahūtur labem illius nequaquam dolent; 8 † Eosdem Helenæ similes esse arbitror, quæ vt Homerus refert, in funere Matris suæ nullum omninò doloris signum ostendebat, nec capillis sparsis incedebat, illos nec eradicabat, neque faciem, vt more antiquitùs receptum erat, laniabat; iuxta illud, Albi-

binouani in carmine lugubri ad Liuiam de morte Drussi.

Non animam apposito fugientem excepit hiatu
Nec traxit sectas per tua membra comas.

Iustus Lipsius epistolicar.qq. epist.3.Iacob.Gutherius li.1. de iure Manium. cap.14. dicens. Quod ea fuit lugentiũ scena, ea ostentatio doloris, vt in luctu familia omnis intus clausa, scissis vestibus, promissa barba, intonsa coma, matronæ crinibus solutis, & antependulis humi prostratæ iacerent. Apuleius libro 2. metamorph. Iuni Philarg. 4.
9 Georgic † Eiusmodi semper fuit iniqua Vasallorum Belgicorum intentio, & peruicacia, & Hæreticorum quin etiam obstinatio, qui se aduersus Christianorum exercituum Duces, & Ecclesiæ Catholicæ defensores nequiter extulerunt, vt Arriani contra Athanasium Zonaras tom.3.Annal.fo.8.& ministri Valentis aduersus Basilium. Idem in Imperio Valentis fo. 26.prauis cum adinuentioni
10 bus, & falsis testimonijs † Dicit enim Nicæta Choniates lib.2.Ann.in Manuele Comneno: *Omnes ad nocendum procliuiores esse, & nihil tam sanctum quod calumnia tentare non audeat: Nam quacunque mortales agunt, siue priuatim, siue publicè, calumniæ subiacent;* Numer.cap.14 cap. alienus. dist.90: cap. sed hic 23.quæst.4. cap.displicet
11 1.quæstion. 4. † nec diuinis operibus maledica lingua parcit, tantum sibi humanus arrogat intellectus. Aene: Syluius in libro de Mundo Vniuerso, quæ quotidiè aduersus ipsos mouebant inuidia, & virulentis odijs, ex quibus maiora multoties cadere solent imperia.

Si Senatus Romanus immaturis, ac inuidis Consiliariorum consilijs fidẽ adhuibuisset, quorum vnus ex præci-
12 puis erat Fabius Maximus alioquin aduersus Scipionem inuidia cæcus, tunc nequaquam illorum illustrasset, propagassetque imperium cui Aphricam adiecit, eiusque
13 eum Dominum effecit; † Nihilominus tamen, eo tempore

cum in Sicilia resideret, & omni conatu belli præparamenta subordinaret, porrectæ quædam querelæ ad Senatum Romanum fuere, contra Præsidem quendam, ab eodē Scipione Subrogatū ab inuidis quibusdam ipsius Scipionis æmulis, de inordinatis progressibus iam dicti Præsidis, ob aliquorum militum discordias, quibus se non interposuerat, subindè inferentes, quod in omnibus ei conniuebat; Quin etiam quod exercitum, parum instructum haberet disciplina militari, & quod ipsemet piger esset, & delitijs deditus, & quod salus & maiestas Senatus, & Populi Romani illi parùm curę, cordique esset: Quibus intellectis, Senatus magnoperè indignatus, quod cum Fabius animaduerteret datam sibi occasionem ratus, virus illud quod contra Scipionem in corde habebat reconditum, euomere; in votis habuit, ne Scipio in Aphricam transiret, sed exercitum in Italiam reduceret. Metellus autem eius fuit opinionis, vt decem Senatores prudentiores à Senatu ad Scipionem mitterentur, qui omni conatu sciscitarentur, & viderent, ac pro eorum spectata discretione agnoscerent, an ea quæ Romæ de Scipione, & eius vitæ mollitie nunciata fuerant, vera essent? & an exercitus eius tā rudis, & militari disciplina ignarus esset? & si ea ita esse comperissent, iuberent nomine Senatus, vt in Italiam cū exercitu rediret; sin minus eundem vltra progredi mandarent. Verum enimuerò cū dicti decem Senatores in Siciliam appulissent, & omnem diligentiam ex Senatus mandato adhibuissent, & experti tandem essent, repererunt Scipionem omni nedum culpa quæ à maledicis irrogata sibi fuerat, insontem, & immunem; sed tot tamque præclaris præparamentis bellicis instructum, legionibus benè dispositis, & omnes denique milites disciplina particulari eruditos, ac promptos, vt cū maxima illorum admiratione, summisq; amoris affectibus eundem amplexi fuerint, atque vltra progredi iussefint. Reuersi itaque Romam Senatores summis laudum-

encomijs extulerunt Scipionem coram Senatu, qui summa lætitia affectus, summam ex indè voluptatem cœpit, spe maxima lactatus, fore quàm primum, vt Scipionem Aphricam obtinuisse sentirent, ac propterea omnia, ad ea necessaria præstare iusserunt donec illam tandem occupauit. Liuius lib. 29. idem tangit Valer. Max. lib. 3. cap. 6. §. 1.

14 † Postquam autem Senatus Romanus falso illo rumore se se deceptum fuisse experimento agnouit, iustam equidem aduersus Fabium concepit indignationem, tam ob innocẽtiam; quàm ob singularem authoritatem Scipionis. Simili ratione in hoc negotio Belgico factum fuisse comperimus; Nam etsi à principio omnia bene instituta, & ad dominandam, & obtinendam Belgiam ex veris militiæ regulis ordinata essent; nihilominus tamen S.R.V. Maiestas, alijs maiorẽ tribuit fidem qui malitia sibi persuaserũt, quod Duces Generales exercituum suorum non regebant rem, & exercitum quemadmodum ad conseruandam Regiam magnitudinem, & prosternendum Rebelles Vasallos, opus erat, & quod ob mollitiẽ Ducum, & imperitiam militum Hispanorum assistentium, nullus inde fructus sibi nasci posset. Ac propterea, etiamsi Fabius aliquis æmulus, cum innata, vel ob particularem maleuolentiam hausta malitia, egregiam illam magnanimorum Scipionum famam iurgijs, & accusationibus obnubilare contenderet, fas etiam erat, vt, & Metellus aliquis præsto fuisset, qui S.R.M. Vestræ suasisset, vt decẽ Consules, idest, viros prudentes mitteret, qui rerum statum, causas, & ordinem contẽplarentur, & dijudicarent, an iustum, & S. R. V. Maiestati profuturum esset, nec ne, vt Hispanorum exercitus, diuturniores ibi moras traheret: Quod si factũ fuisset haud quaquam dubitandum esset, quin S.V. Maiestas omnes militum suorum neruos, omnemq; potentiam residuã aduersus impios Rebellium insultus, prauasque illorum insidias, quibus Catholicam veritatem obscurare nituntur, conuertisset, vt

corpora Hispanorū suorum, tam crudeliter conscissa, mactata q̄ sanguinis vberrimiq; effusionem illorum, qui ob S. R.V. Maiestatis honorem, & regnorum suorum propagationem vltrò obtulerunt, vlcisceretur.

SVMMARIVM.

1 *Q. Metelli Macedonici Hispaniæ Proconsulis Q. Pōpeium inimicum suum, sibi successorem mitti intelligentis, acta desperata recensentur.*

2 *Populus Israel mirificè à Palestinis oppressus.*

3 *Hispaniæ vastatio à* Mauris, *vnde ortum habuerit?*

4 *Maurorum intentio postrema deuastandi Hispaniam ex præcedenti fluens.*

5 *Imperia eodem tramite quo acquisita fuerunt, conseruantur.*

6 *Magna imperia ignauia non continentur, ex Tacito.*

7 *Prouinciæ sicut armis defendendæ sunt, ita legibus sūt ordinandæ.*

8 *Respu. armis protegitur, & æquitate custoditur.*

9 *Athenis Gymnasium ubi arma & literæ pariter exercebantur erat.*

10 *Pax diuturna homines reddit imbelles, etiam si sint nobiles.*

11 *Cassiodori insigne de hoc testimonium.*

12 *Armorum exercitio neglecto, multæ gentes pacis tēpore pereunt.*

13 *Pax sine armorum exercitio fragilis.*

14 *Disciplina contempta omnia corruunt.*

15 *Alexandri* Seueri *de antiqua disciplina militari, notabile dictum.*

16 *Romani magis disciplina; quā fortuna imperium acquisiuerunt.*

17 *Minę Dei terribiles ad Israeliticum populum.*

18 *Armorum doctrina tenaciter retenta, Romanis imperium orbis peperit.*

19 *Romanis antiquior fuit armorum disciplina, quam liberorum charitas.*

20 Pallas *Dea quomodo ab antiquis depicta.*

21 *Principis Maiestas armis, & legibus decorata esse debet.*

falsò insequutus.

47 *Bellisarius Inuictissimus Iustiniani Imperatoris Dux ob inuidiam miserabiliter obcacatus.*

48 *Hispani ab hostibus Belgis, Barbari, & Tyranni iniquè nuncupati.*

49 *Pharaonis in filios Israel implacabile odium.*

50 *Lesæ Maiestatis crimen non tantum contra Principem sed etiam contra milites eius arma capiendo, committitur.*

51 *Falsæ Religionis defensio non excusat.*

52 *Antipatris ad Alexandrum Magnum, si eum diligeret, percontantem, notabilis responsio.*

53 *L. Sicinij Dentati mira in rebus bellicis fortitudo.*

54 *Hispani viribus, & numero Romanis aliquando præstiterunt.*

55 *L. Flori de Hispanorum fortitudine insigne testimonium.*

56 *Magnanima Cinninienfis populi ad Bruti Legatos ab eis tributum requirentes, responsio.*

57 *Marci Seruilij viri strenuissimi ad Populum Romanum, de Pauli Aemilij triumpho decernendo, oratio.*

58 *Hispanica magnanimitatis signa, & trophæa vbique reperta.*

59 *M. Coriolani iniustè à patria in exilium pulsi notabilia verba.*

60 *Themistocles Atheniensis ob patriæ ingratitudinem ad Persarum Regem Patriæ hostem confugit.*

61 *Hispani, nisi debitè in bello honorentur, operam suam nulli præstant.*

62 *Hispani præmijs certi, strenuè praliantur.*

63 *Catholica Maiestas curam militum suorum præcipuã habere debet.*

64 *Iulius Cæsar dimissa Hispanorum militum custodia ab inimicis interfectus.*

65 *Cæsaris exercitus inuictus, maiori ex parte Hispanis constabat.*

66 *Augustus Cæsar nobiles Hispanos, pro corporis sui custodia asciuit.*

67 *Carthaginenses ad Aphricam subiugandam, Hispanorũ militum virtute vsi sunt.*

68 *Hannibal è Fabij Maximi manibus in loco perdifficili*

cili Hispanorum militum industria euasit.

99 *Romani per annos ducentum in Hispania pugnarunt.*

70 *Cantabri, & Astures fortissimæ nationes Hispaniæ.*

71 *Hispanica gens corpore sano, agili, & robusto:*

72 *Hispani multoties fœdera Romanorum respuerunt.*

73 Romani *in Cannensi pugna ab Hispanis militibus præcipua damna receperunt.*

74 *Leonidæ Græcorum Ducis aduersus Xerxem Persarum Regem dimicare volentis, magnanimitas.*

75 *In bello magis qualitas, quã militum numerus est spectanda.*

76 *In bello virtus, non multitudo prodest.*

77 *Sanson, & Iudas Machabæus soli victorias egregias cõsequuti fuerunt.*

78 *Hispaniæ Gentis à scriptoribus variæ laudes cumulatæ.*

79 *Iulij Pacati notabile de eadẽ re testimonium.*

80 *Hispani cæteris nationibus audaciores sunt, & quare?*

81 *Iuliani Cardinalis S. Angeli, & Friderici Marchionis Brandenburgensis exercitus vilis dissolutio.*

82 *Rex fœlicissimus censendus est, qui fideles milites debitis præmijs cohonestat, & quare?*

83 *Deficientis præmij bellici pessima consequentiæ.*

84 *Militibus debita præmia semper assignanda, vt alacrius in hostes inuehantur.*

85 *Militibus augeri non minui præmia debent.*

86 *Septimij Seueri Imperatoris morientis circa idem ad filios consilium.*

87 *Augusti in idem institutum.*

88 *Traianus de eadem re à Plinio laudatus.*

ARGVMENTVM.

Populus Israeliticus taliter à Philistijm erat oppressus, quod nec arma tenere, nec fabricare permittebatur, & Hispaniarum vastatio à Mauris vnde processerit, & de damnis pacis, neglecto armorum vsu

vsu, & Bella quare inuenta, & egregia facta inuidiæ obnoxia, & crimen lesæ Maiestatis qualiter incurratur, laudesque Hispanorum militum recensentur, pluraque de illorum innata vi, & fidelitate, & de præmiorum præstatione.

CONSIDERATIO XVIII.

1 Memorat† Valerius Maximus libr. 9. cap. 3. §. 7. quod Q. Metellus Macedonicus, cum Prouinciam Hispaniam, Consul prius, deinde Proconsul pœnè totam subegisset, postquam cognouit Q. Pompeium Consulem inimicum suum successorem sibi mitti, omnes qui modo militiam suam voluerunt finire dimisit, commeatus petentibus, neque causis excusis, neque constituto tempore, dedit; horrea custodibus remotis opportuna rapinæ præbuit, arcus, saggittasque Cretensium frangi, atque in amnem abijci iussit, Elephantis cibaria dari vetuit: quibus factis, vt suæ cupiditati indulsit, ita magnificè gestarum rerum gloriam corrupit.

2 † Incolæ Palestinæ Philistiim, qui vt dicitur Iudicum, cap. 14. dominabantur Israeli taliter habebant oppressum populum Dei, quod cum aduersus ipsum exiuissent ad præliandum habentes triginta millia curruum, & sex millia Aequitū, & reliquum vulgus sicut arena quæ est in littore maris plurima, Saul autem non habebat nisi sexcentum viros, eosque inermes, quia Faber ferrarius non inueniebatur in omni terra Israel, cauerant enim Philistiim, ne forte facerent Hebræi, gladium, aut lanceā, ne bellare possent, aut rebellare, vt ait Lipsius in lib. aduersus dialogistam. Descendebat enim omnis Israel ad Philistijm, vt exacueret vnusquisque vomerem suum, & ligonem, & securim, & sarculum, retusæque erant acies vomerum, & ligonum, & tridentū, & securium vsque ad stimulū corrigendum, cumque venisset dies prælij, non fuit inuentus ensis, & lancea in manu totius populi, qui erat cum Sau-

Saule, & Ionatha eius filio exceptis eis, vt recẽset Historia Sacra, lib. 1. Regum, c. 13. & 14.

3 † Et Hieronymus Osorius, libr. 7. de Regis institutio. ait, quod Hispania nostra, priusquam Arabes qui Mauritaniam incolebant illam vastarent, iam erat armorum desuetudine, & disciplinæ militaris obliuione à Deo punita; vnde lamentabilis Roderici Regis alias fortissimi casus euenit qui vniuersam Hispaniam lachrimabili clade confecit ob hanc potissimum causam, quod subditi eius in prælia intrabant inermes, ita vt Arabes varijs amorum generibus armatos vix intueri auderent. Symanc. libr. 9. de Repub. cap. 18. nu. 11. & 26. Historia Valeriana 3. p. cap. 37. Bouadilla lib. 4. cap. 1. nu. 30. vbi ex eo laudat prouidentiam Catholicorum Regum Ferdinãdi, & Elisabeth, qui in l. 1. titul. 6. libr. 6. nouæ recopil. prouiderunt quod in omnibus oppidis ibi contentis haberentur à ciuibus arma pro regni, & ipsorum tutela, ac defensione.

4 † Similibus hisce gressibus, & inuentionibus in animum sibi induxerunt espoliare, & omninò arcere S.R.V. Maiestatem à possessione statuum dictorum lactantes eam spe vberrima, vt puersi Prophetæ fecerunt Achab Regi, 3. Regum cap. 18. suadentesq; vt indè reuocaret Hispanos, q. profectò sunt vera arma, & columnę, quibus eorundẽ statuum conseruatio innititur, præter multa alia, quibus insinuarunt, quod hac ratione pax, & quies perpetua futura sit; non obstante, quod multoties horum omnium contrarium experti simus.

5 † Imperium autem, & Principatus eodemmet tramite, quo ab initio conquisiti fuerunt, conseruantur, vt Salustius in Catilinar. in principio inquit, Quod imperium facilè ijs artibus retinetur, quibus initio partum est. Verum vbi pro labore, desidia, pro continentia, & æquitate libido, atque superbia inuasere, fortuna simul cum mo-
6 ribus immutatur, † & Cornelius Tacitus alias citatus lib. decimo quinto, Annal. ait, *Non ignauia magna imperia contineri, virorum, armorũq;* fa-

faciendum certamen, id in sũma fortuna æquius, quod validius refert iustus Lips. lib. 4. ciuil. doctr. cap. 9. optime Cagnol. in l. 2. nu. 41. ff. de orig. iur. vbi Vldar. Zasi. num. nono.

7 † Et confirmat Cassiodorus lib. 4. variarum epist. 12. vbi ait, *Propositi nostri vt Prouincias nobis Deo auxiliante subiectas, sicut armis illas defendimus, ita legibus ordinemus*; Et eodem lib. episto. 6.

8 inquit, † Quod arma Rempublicam protegunt, & æquitas inuiolata custodit, l. vni. C. de relig. & sump. fun. Synesius

9 ad Pæonium referens, Athenis fuisse Eleaticum gymnasium, vbi pari literarum, & armorum cura, studioque exercerentur, Nam bellicæ rei scientia, nutrit audaciam dimicandi, Ioan. à Capistrano in speculo conscientiæ versic. *restat vltimum*, num. 189.

10 † Longa enim pax, imbelles reddit homines, etiam nobiles qui delitijs deduntur, aut negotijs ciuilibus omissis militaribus exercitijs, vt Othonis tempore Romæ, & Italiæ euenere, ait Tacitus lib. 1. & 2. Historiar. Veget. lib. 1. cap. 28. Frachetta in Seminario, de ratione status, & belli di-

11 scurs. 33. † Pulchrè item Cassiodor. lib. 1. variar. epist. 40. ait, *Ante distribuenda sunt arma, quàm possit flagitare necessitas, vt cum ea tempus exegerit, paratiores ad imperata sufficiant. Ars enim bellandi, si non præluditur, cum necessaria fuerit, non habetur. Proindè illustris sublimitas tua Salonitanis militibus, vt cuique se expediendi facultas obtulerit pro nostra iussione arma necessaria procurabit. Quia fida Reipub. salus est defensor armatus. Discat Miles in ocio, quod proficere possit in bello, animos subitò ad arma non erigunt; nisi qui se ad ipsa idoneos præmissa exercitatione conferunt. Gestiunt Vituli, certaminaq; impleant ætate robusta, catuli in nouellis venationibus ludũt*

12 & † neglecto armorum exercitio pacis tempore multas gentes perijsse demonstrat Danæus lib. 7. Politicor. cap. 1. pag. 477. Vuarem. in Meditam. pro fœderibus c. 2. n. 98 & seq. vbi ex Liui. li. 2. & Tacito li. 12. dicit, lõga pace desidiam

diam exoriri, bellorumque nobilitatem obliuioni mandari; & in diſciplinæ militaris ſinu eſt tutela, ſerenus, tranquilluſque beatę pacis ſtatus conquieſcit, Valer. Maximus
13 lib. 2. cap. 2. † Debilis enim eſt pax quæ eſt ſine exercitio armorum, Bartholom. Philip. de conſilio, & Conſiliar. Prin
14 cip. diſcurſ. 15. † Et vel hoc metu alijs iniecto nos .ſ. eſſe viros militares, tutiores ab illis manebimus. Danæus d. c. 1 Nam diſciplina contempta, corruunt omnia, Bellinus de re militar. par 8. tit. vnico, nu-
15 mer. 54. † Vndè Alexander Seuerus verè dicebat, *Diſciplina maiorum Rempub. tenet, quæ ſi dilabatur, & nomen Romanum, & imperium amittemus*; vt in eius vita refert Lampridius, & Annæus Robertus lib. 1. rerum iudic. c. 7. Quo in propoſito dicebat Valerius Maxim. li. 4. cap. 3. §. 6. *Nam quæ vrbs voluptati plurimum tribuit, imperium maximum amiſit, quæ labore delectata eſt occupauit: Et illa libertatem tueri non valuit, hæc etiam donare potuit.* Idē Valer. Max. lib. 7. c. 2. §. 1. vbi ait, *Prapotentia imperia agitatione rerum ad virtutem capeſcendam excitari, nimia quiete in deſidiam reſolui.* refert Vinc. Gramig. lib. 2. de regim. regni cap. 8.
16 † Etenim diſciplina, non fortunæ munere, Romanos imperium quæſiuiſſe ait Ioſeph. li. 3. de bello Iudaico, & diſciplina potius, quàm magnitudine rerum fiunt milites, teſte Probo, & Camerario in meditam. hiſtor. cap. 5. Vnde Vegetius lib. 1. de re militari, inquit, *Ita ſeuerè apud Maiores exercitij diſciplina ſeruata eſt, vt & Doctores armorum duplicibus remunerarentur armis, & milites qui parum in illa prælusione profecerant, pro frumento, hordeum cogerentur accipere; nec ante eis in tritico redderetur annona; quam in præſentia Præfecti Tribunorum, vel Principum experimentis datis, oſtendiſſent, ſe omnia quæ in arte militari erant, compleſſe*; Annæ: Rober. lib. 2. rerum iudicat. cap. 15. †
17 Et Dominus apud Eſaiā c. 3 minatur ſe ablaturum à Hieruſalem virum fortem, & bellatorem, & Iudicem, vbi Diu. Chryſoſtom. ait, Quod ſicut Iudices vſui ſunt moderandis

Ciuitatibus; ita eis tuendis sunt viri bellatores. Symanc. de Repub. lib. nono, capit. 15.
18 num. primo; † Ideoque ea sola armorum doctrina acriter retenta Principatum terrarum, Imperio Romano peperit, testis est Valer. Maxim.
19 lib. 2. cap. 3. † vt non mirum sit, si I.C. dicat in allegata l. postliminium 19. ff. de capt. & postlim. reuers. Disciplinã castrorum antiquiorem fuisse parentibus Romanis; quàm charitatem liberorum, Iustus Lipsius libro 5: ciuil: doctrin.
20 cap. 13. † Antiqui, vt refert Boccatius de Genealogia Deorum lib. 5. cap. 48. depingebant Deam Palladem armatam, vt insinuarent, parum iuuare scientias, & artes pacis tempore oseruatas, si non defendantur armis; Andr. Alciat. emblem. 19. vbi Claud. Minois in commentar. † Et
21 Cicero pro Muræna, ait, Rates illicò nostræ cõticescunt; Et Iustinianus Imperator in proemio instit: dixit, Principis maiestatẽ, nõ solum armis decoratam; sed etiam legibus
22 oportere esse armatam; † vt perspicuè visum, fuit in Monarchia Macedonum, cuius fundamentum fuit consiliũ, robur, & liberalitas Philippi, & Alexandri, & è contra ruina, consilij defectus, desidia debilitas, & auaritia Persei, vt apparet 1. Machab. cap. 1. & ex his quæ tradũt Trogus Pompeius lib. 7. 8. & 9. Io. Zo-
23 nar. tom. 1. Annal. † quod de Roma notauit Velleius Paterculus li. 2. dicens, Non gradu, sed præcipiti cursu à virtute descitum ad vitia transcursũ. Vetus disciplina deserta, noua inducta; in somnum, à vigilijs, ab armis ad voluptates; à negotijs ad otium, ciuitate conuersa, & tom. 2. pag. 109. Tit. Liuius lib. 1. in principio: *Ad illa quisq; acriter intẽdat animum* (inquit) *quæ vita, qui mores fuerint; per quos viros, quibusq; artibus, domi militiæq; & partum, & auctum imperium sit: Labente deindè paulatim disciplina, velut dissidentes primò mores sequatur animo: Deindè vt magis magisque lapsi sint, cum ire cœperint præcipites, donec ad hæc tempora, quibus nec vitia nostra, nec remedia pati possumus, peruentũ est.* Ann. Rober. lib. 1. rer. iudic. c. 7. Plini. li. 33 c. 3. Valer. Max. lib. 4. c. 3. §. 8.

Georg.

Georg.Cedren.in hiſtor.com
pen.pag. 29 & ſeq. Plutarc.
in Aemil.Pet.Greg.lib.14.de
Repub.c.j.n.8. vbi ait,Perſeũ
24 à L.Paulo victum;† Hinc Io-
annes Comnenus Imperator
cum in agone mortis ageret,
Manueli filio dicebat,referẽ-
te Nicæta in libro 1. Annal.
Vt Principis mores ſunt;ita
res ferè adminiſtrãtur,vtpotè
à quo pendeant, qui, ſi igna-
uus ſit,ruunt in deterius; ſin
bonus ſit,& ſtrenuus erigun-
tur,& florent. Quippè Deus
authore Dauide,bonos, & in
tegros prouehit;diſtortos ve-
rò cum iniquis in barathrum
25 p̃cipitat; † Et ratio eſt; Quia
magis naturale eſt ſuperbiæ
hominum belli furor;quã pa-
cis tranquillitas, nam vt di-
cebat Fauſtus Andrelinus in
diſtichis.

Perfurit, & totum complet Mars impius Orbem
Heu diro inuenta eſt ab Ioue tanta lues.

Et Virgilius in lib. 2. Georgicorum dum ait;

Quippè vbi fas verſum, atque nefas tot bella per Orbem
Tam multæ ſcelerum facies; non vllus aratro
Dignus bonos ſquallent abductis arua colonis:
Et curuæ rigidum falces conflantur in enſem
Hinc mouet Euphrates, illinc Germania bellum
Vicinæ ruptis inter ſe legibus Vrbes
Arma ferunt, ſæuit toto Mars impius Orbe.

Petrus Gregorius lib. 11. de
26 Repu.c.1.† Effrenatus enim
belli furor contra ius natura-
le,nouo Gentium iure cũ ſe-
paratione,ac diuiſione Domi
niorũ, regnorum, & ſtatuum
mundum intrauit,vt ait Her
mogenianus Iuris Cõſ.in l.ex
hoc iure,ff.de iuſt. & iure,qđ
ex Gentium iure introducta
ſunt bella, diſcretæ Gentes,
regna condita,dominiaque
diſtincta.Iuſtinus lib.1.& 38.
Polybius lib. 5. Saluſtius in
coniurat: Catilinæ in præfat.
dicens, *Etiam tùm vita homi-
num ſine cupiditatibus agita-
batur, ſua, ſuique ſatis place-*

bant, posteà verò, quam in
Asia Cyrus, in Græcia Lacedæ-
monij, & Athenienses capere
Vrbes, atque nationes subige-
re, libidinem dominandi cau-
sam belli habere, maximam
gloriam in maximo Imperio
putare; tùm demum periculo,
atque negotijs compertum est
in bello plurimum ingenium
27 *posse*: Et ita belli rigor indu-
ctus fuit ad reprimendam na-
turam hominis, cuius inclina-
tio est, legem naturalem se-
qui, quæ dictat in libertate
viuere, l. manumissiones, ff. de
28 iust. & iure, † & ex eo, quod
est prima illius natura, facilè
reuerteretur ad eam, lege si
vnus §. quoties, ff. de pactis, si
non essent superioris habenæ
29 † & ita videmus quod plus
quam annis sexcentum Ar-
mamentarium Templi Iani
apertum fuit, propter frequē-
tem bellorum concursum
Marlianus libro 3. Topogr.
cap. 12. & libro quarto, cap.
23. Marcus Anton. Surgen.
lib. 1. de Neapoli illustrata,
cap. 11. num. 11. & seqq: nec
nisi bis, aut ter clausum, in
pacis signum, Suetonius in
Octauio Cæsar. August. c. 22
idē M. Anton. Surgen. libr. 1.
de Neapoli illust. cap. 11. nu-
mer. 12. & 13. Lucan. lib. pri-
mo, Pharsal. dicens..... *Pax*
missa per orbem Ferrea belli-
geri compescat limina Iani: †
30 donec temporibus Augusti
Cæsaris exijt edictum illud
significatiuum tranquillita-
tis, in qua Mundus existebat
habens cœlestem Mediatorē
sublati belli inter Deum, &
homines, qui veniebat pacē
pronunciando, vt constat ex
Euangelica historia Lucæ,
cap. 2. D. Paulus in epistol. ad
Ephesios cap. 2. *Nunc autem*
in Christo Iesu, vos qui longè
eratis aliquando facti, estis
propè in sanguine Christi; Ipse
enim est pax nostra qui fecit,
vtraque vnum, & veniens
Euangelizauit pacem vobis,
qui longè fuistis, & pacem
his qui prope, quoniam per ip-
sum accessum habemus ambo
in vno spiritu ad patrem: Io-
ann. Ign. in leg. necessarios §.
non alias, ff. ad Senat. Consul.
Syllan. num. 127. & sequent.
probans pacem sub Augusto
non magnitudine ipsius, sed
Christi potestate partam, la-
tè Titus Calpurnius Eglog. 1
quē refert Menchaca in præ-
fat. lib. 1. controu. illust. n. 27.

Et

Et ſi poſthac, infernales iſtæ tres furiæ, in mundo reſidere non ceſſauerint, ambitio, ſcilicet, crudelitas, & tyrannis, iuſtum, & æquum profectò foret, vt vnuſquiſque Princeps vigilantiſſimus ſit, in armorum ſuorum conſeruatione, ſi beatæ pacis, & qetis dulcedine, ac fructu in hac miſeriarum valle, frui, atque gaudere ſuſpirat, is præſertim qui regna, ac ditiones per Orbem paſſim diuiſa tenet, & de ſubditorum ſuorum fide, & obedientia ſecuram integritatem ſibi promittere nequaquam poteſt.

Nullus equidem perſuadere mihi tutò poterit, quod pax illa quæ omnium cum applauſu, exquiſitiſque lætitiæ generibus, in dictis ſtatibus iam pridem percuſſa fuit, ſecum nō periculum aliquod futuræ triſtitiæ traxerit, eò, quod eadem tam beata non ſit, vt metum, ac timorem vaſallis illis incuſſiſſe perſpexerimus talem ne quis contra Regem ſuum, tam pium, clementem, atque potentem etiam rebellandi animum fortè ad aliud tempus ſibi reſeruauerit, cum quotidiana etiā experientia perpeſpectum ſit quod R.S. Maieſtas, clementiori, ac benigniori modo, quā fas ſit, & ante hac factū, fuerit eos moderetur, ac gubernet, non abſque aliqua Authoritatis ſuæ iactura, ac Rerumpublicarum detrimento notabili; ita vt miſericordia illius deſolationem potius, quā exaltationem ſibi pariat, licētioſis præſertim, & magnis quæ illis conceſſit priuilegijs,
31 cū mos † ſingularis hominū ſit, à paruis quandoque principijs, magnas meditari, & extruere rerum machinas, pertinaciorique diligentia, & ſtudio vbi in pacis cultu, ac ſilentio tacita legis libertas conſpicitur, rerumque nouitas, quibus effrænatum vulgus magnoperè gaudet, vt ait Saluſtius in Iugurthi-
32 no, † Vulgus ingenio mobili ſeditioſum, atque diſcordioſum, cupidum rerum nouarū, quieti, & ocio aduerſum. Agath. lib. 3. vbi ait, *In omni multitudine natura inſitum eſſe, vt rerum nouitate, & immutatione lætetur*. Franciſc. Guicciard li. 17. hiſtor. *Plebs*, ait, *ſuapte natura ſemper rerum nouarum cupida, cum*

facilè vanis erroribus, & falsis persuasionibus repleatur, ad concitantis arbitrium, vt maris fluctus ventis impellitur.

Sin verò modus non inueniatur, quo malum illud comprimi possit, actum fore dicimus, de stabilitate regni cuiusuis quantumuis magni cũ ad illius conseruationem melius, ac tutius sit, hunc punire, & mores eius reprimere quam bonum afficere prae-
33 mio, † Nam hic cessat bona operari, & desidiam habet si non afficiatur praemio, vt dicebat M. Tullius Cicero lib: 1. Tusculan. quaestio. *Honos alit artes, omnesque incendimur ad studia gloria, iacentque ea semper quae apud quosque improbantur*, vt refert Vincent. Gramigna libro 1. de Tyrannico regim. cap. 10 Sic apud Liuium li. 5. Appius Claudius dixit. *Nusquam operam esse sine emolumento*, & in cap. charitatem 2. q. 2. dicitur; *Iustum est, vt illi consequantur stipendium, qui pro tempore suum commodare reperiuntur obsequium*: Ann. Robertus lib. 1. rerum iudic. cap. 7. Cassiodor. lib. 2. variar. epist. 16. nam vt ait Sylius Italicus lib. 3. bellor. Punic.

Ipse decor recti facti si praemia desint
Non mouet, & gratis poenitet esse probum.

34 † Facili autem modo peruersior deteriorque fit malus si non puniatur, D. Augustin: serm. 15. de Verbis Domini, ait; *Si seueritas disciplinae dormiat, sauit impunita nequitia.* D. Chrysostom. in serm. de Absalone, *Semper scelera du non resecantur, increscunt, & in augmenta facinorum prosilitur, quoties secura impunitate peccatur.* Symanc. lib. 9. de Repub. cap. 22. num. 14. & 15. Cicero libr. 2. offic. ait, *Adhibenda est Reipublicae causa seueritas, sine qua administrari ciuitas nulla potest.* Georg. Pagliar. obseru. 575. ad librũ quintũ. Taciti,
35 † Quia humana ambitio, nisi per metum damni, non potest inhiberi, donec omninò incidat in abyssum caecitatis suae, & praeter obstinatam pertina-

tinaciam suam, fœdus inire intendit cum capitalibus suis hostibus, vt S. V. Maiestatem à dictis statibus Belgicis excludat, vt non incomptè di cere queat; contra me facti sunt amici, vt euenit Herodi, & Pilato, de morte Domini Nostri Iesu Christi Lucæ cap. 23. dum effrænata quadam audacia glorianter, & cum insignijs, vexillisq; S.R.M. Vestræ, seipsos magnifaciunt, & extollunt, educentes signa & vexilla illorum in patentes illorum campos per do minia, & iurisdictiones S. R. M. Vestræ, in confusionem, & contemptum Hispanorum, licet sub tegmine, veloque satis exili, aliarum amicitiarum foueantur, faueanturq; quarum theorica plurimum differt ab effectibus miserabilibus quos in dies cum desolationis practica experimur qui in bello, & regnorum cōseruatione multo potentiores sunt, & quibus semper est attendendū cum animum denotent, qui si bonus sit, non potest laudari, (secundum Ciceronē de oratore,) absq; eo, quod virtutum suarum innotescant præconia. Et illa exculpatio est viri excellentis, quæ de se fructum pro
36 ducit. † cum fides veritatis verborum adminicula non desideret, vt dicunt Impp. Seuerus, & Antoninus in l. 1. C. si minor ab hæreditate se abstineat. Marcell. Fortunat. tractat. de veritate 2. parte num 2.
37 † Proculus Iurisconsultus à Vlpiano relatus in l. item, Mela, ff. ad l. Aquiliam, eius actione teneri ait, Qui Canem irritauit, & effecit, vt aliquem morderet; imò Iulianus tenuit, idem esse, quando tenens canem, effecit, vt morderet; Facit l. item apud Labeonem 15. §. fecisse conuicium, ff. de iniur. vbi Vlpianus ait, *Fecisse conuicium non tantum is videtur qui vociferatus est, verum is quoque qui concitauit alios ad vociferationem, vel qui submisit, vt vociferentur*. Couarr. in cap. quamuis pactum j. par. §. 5. num. 2. Multi sunt, qui palàm irritant furentem hunc Cerberum ad hoc, vt in frustra conscindat, ac dilaceret viscera infelicis populi, & extenuet vires S.R.M. Vestræ; sed alij quin etiam sunt, qui

sub versicolore prætextu, quasi eundem durissimis vinculis strictum, ligatumque teneret, clandestinè permittunt, vt laxetur, ac furore spumans in misellum populum irruat, eumque morsibus lęthalibus sauciatum prosternat, & inter petitiones, & responsiones postea ipsum sensim à proprio dominio excludant, adeò vt postmodum inimici, & aduersarij eius introducantur, ac si primi, & alij arma cæpissent,

38 vt † ait Vlpianus in l. 3. ff. de vi, & vi armata §. 2. Interrogatus enim, si aliquis incurreret crimen armatæ vis, cum alium sine armis à possessione sua eiecisset, respondit, quod sic, cum sine armis idē fecisset, ac cum eis, idemque esse, quando quis dolo malo fecit, quò quis armis deijceretur. Nam in effectu, quamuis affirmes te culpabilem nō esse, idē præiudicium ex parte tua mihi causatur, ac si armis deiecisses, vt fuit Pauli I.C. sententia in l. si ui eiusdem tituli, dicentis, *Quod si vi, aut clam feceris, vt ego deijciar, damnandus es; quanti mea intersit; Quia in eo ipso culpa tua processerit, quod vi omnino deiecisti aut vi, aut clā fecisti.*

39 † Falsæ, & inuidæ illæ relationes, quæ de Alcibiade Duce illorum Generali ad Senatum Atheniensium delatæ fuerant, causæ fuerunt quod consilijs eius, nec obtemperauerint, nec fidem etiam tribuerint, quo factum postea est, vt in seruitutem Lacedæmoniorum inciderint, ac triginta Tyrannis obediuerint, idque ex infelici quodam euentu processit, quod falsis iniquisq; Consiliarijs locum fidemque tribuentes Alcibiadem munere Ducis, & officio priuarunt, aliosque eidem dissimiles, ac multò inferiores exercitui illorum præfecerunt, quorum incuria, & negligentia exercitum summa cum ignominia perdiderunt, & postremò se se à falsis, periurisq; delatoribus deceptos fuisse, serius didicerunt.

40 † Etenim cum Alcibiades audisset se cum alijs qui cum ipso erant ab Atheniensibus morti addictos esse, ostendamus, ait, illis, nos viuere, simulque se ad Lacedæmonios contulit, & bellum Decelicū contra Athenienses excitauit

uit, Plutarchus tom. 1. Moral. in Apopht. Laconicis in Al-
41 cibiade; † Pauci namque numero viri in diuersis Rebuspublicis excellentes fuere, quos inuidia non debellarit, vt visum fuit in Romulo, quem ob suspitionem tantũ sinistrè de eo conceptam, Tacitum collegam occidere voluisse affirmabant, & de Senatu quoque Romano dictum fuit Romulum occidisse. Plutarch. in Romulo: Ioa. Zonar. tomo 2. Annal pag. 8.
42 † Caius item Marius inuidia quadam raptus; falsa ex Aphrica contra Metellum denunciabat, contaminando eius famam, & singularem solertiam qua vtebatur contra Iugurtham, & si Senatus Romanus conuicijs Marij fidem tribuisset, maximis profectò laboribus obnoxij fuissent, vt Salustius prosequitur
43 in Iugurthino; † *Praclara enim facinora*, dicebat Polybius lib. 1. *& res à quopiam viro egregiè gesta, magnam plerumque inuidiam, & graues calumnias, vbique conflare solent.* Marc. Tullius 4. ad Herennium ait, Quod virtutis comes inuidia, plerumq; bonos insectatur, Plutarch. in Timoleonte inquit, In ciuium inuidiam plerique Duces nimia honorum, & potentiæ cupiditate prouecti, impingunt. Velleius Paterculus libro 1. histor. Aæmylius Probus in Chabria. Procop. libr. 2. de bello Vandalico. Philip. Comin. lib 4. de bello Neapolit. Anton. in Melissa par. 1. serm.
44 62. † Et bonus quisque suos detrectatores habuit, vt tradit M. Mantua. lib. 5. Polymathyæ cap. 5. Et hinc ait Seneca epist. 88. *Habet virtus quoque pracedentem causam ad inuidiam, multis enim propter sapientiam, multis propter iustitiam inuidetur*; exẽplo sit P. Scipio Aphricanus maior, qui post quam Imperator Hispaniam recuperauit, Hannibalemque vicit, & deleuit Carthaginem Roma secedens, in vinea rusticatus est malorum conciuium inuidiam, & accusationes fugiẽs, vt obseruat Ambrosius Leonis Nolanus, Dialogo de nobilit. rerum cap. 30. Et Valer. Maxim lib. 4. cap. 7. ait, quod nulla tam modesta felicitas est, quæ malignitatis dentes vitare possit, vt meminit. Vincen.

cen. Gramig. lib. 2. de regim. regni c. 12.

45 † Alexander Macedoniæ Rex quamuis potentissimus, & quasi Domitor Orbis, Perdicam oderat eò quod esset bellicosus. Lysimachū quod militandi peritus esset; Seleucum, quod Magnanimus Attalum quod imperatoria dignitate polleret, Ptolomæū, quod omnia prosperè ei succederent, vt refert Aelianus libro 12. de varia historia,

46 † memorat Plutarch. in præceptis politicis: Viros bonos qui per virtutem primum locum tenebant, inuidos impugnasse, Periclem Simias Alcmæon Themistoclem; Pompeium Clodius, Epaminundā Menedides orator.

47 † Bellisarius summus Iustiniani Imperatoris Præfectus, vir virtute, & animi magnitudine strenuus, alijsque virtutibus nemini ætatis suæ cōparandus Gothos aliquoties Vrbe, Italiaque pepulit, & profligauit, Persas, Alanos & Vandalos insigni virilitate repressit eorumque Regem Gelimerium in triumphum Constātinopoli duxit, Aphricam demum Romano rursus Imperio adiecit. l. j. C. de offi. præf. præt. Aphricæ. Quibus rebus sic præclarè gestis vt Iustinianus Imperator ei condignum virtutis præmium conferret, præter alios infinitos honores anteà ei delatos, monetam cudi mandauit argenteam, in cuius altero latere impressa imago fuit Iustiniani, in altero verò Bellisarij armati cum hoc elogio BELLISARIVS DECVS ROMANORVM; Georgius Cedren. in compen. hist. pag. mihi 304. Annæus Robert. libr. 1. rerum iudicatarum cap. 16 Ioan. Botero. lib. 1. dictorum memora. pag. 72. titu. de ingratitudine, postremò tamen eundem tot, tantisque honoribus ornatum, propter leuē, & friuolam affectati regni suspitionem ab æmulis gl riæ suæ suscitatam, non tantum honoribus omnibus, opibusq; priuauit; sed etiam erutis oculis eò calamitatis reduxit, vt è vili tuguriolo stipem emendicare coactus fuerit, inquiens, *Date obolum Bellisario, quem virtus extulit, inuidia obtæcauit*, vt narrat Procopius lib. 1. bell. Pers. Constant. Manass. Annal. pag. 86.

Georg.

Georg.Cedren.in hiſtor.compen.à pag.317. Ioann.Zonaras tom.3.Annal. in Iuſtiniano; quam hiſtoriam Ioannes Græcus iambicis verſibus cõplectitur,dicens.

Iſte Belliſarius Imperator Magnus
Iuſtinianeis exiſtens temporibus Imperator
Ad omnem quadrantem terræ,cum explicuiſſet Victorias
Poſteà inuidia excæcatus (ò fortunam miſerabilem)
Poculum ligneum detinens clamabat Plebi in ſtadio
Belliſario obolum date Imperatori.
Quem fortuna quidem clarum fecit,excæcauit inuidia.

Cum enim inuidia cæca ſit in intellectu,non mirum,ſi oculos erui fecerit qui fuerunt Imperij Romani lumen. Guil.Barclai. lib. 6. contra Monarchomachos pag 430. Etſi hiſtoriam prædictam aduerſus P.Crinit. Pontanum, & Volaterr. impugnet Alciat.libro quarto,Parerg.iur. cap.24.

Et in effectu ſi legantur hiſtoriæ tàm antiquæ, quàm recentes,reperietur quod Excellentiores vbique Duces ab inuidia laceſſiti, varios,triſteſque fortunæ caſus ſubiere. Nam cum illi ſoli ſint quibus rerum ſumma innititur, & victoria multoties ab inimicis merã, & iniquam ob inuidiã,lacerantur,quibus cauſis ſubſequitur, vt deſeratur poſtea Princeps qui ſeipſum ob nimiam credulitatẽ ſe fautoribus ſuis priuauit. Et quamuis multis hiſtoriarum exemplis nobis conſtet, quod ob inuidiæ eiuſmodi improbitatem,& odium,multi quandoque præclariſſimi Viri,fortunæ aduerſitatem ſentierunt, nullibi tamen odium tam ſeuerum contra quemuis flagraſſe,quàm illud,quod tam firmiter in pectoribus Belgarum contra Hiſpanum nomẽ irradicatum eſt, tàm diuturnum, tamque ſæuum fuiſſe
48 legimus; † Eos enim Barbaros Tyrannos, & Patriæ inimicos nuncupant, & vnanimiter omnes,contra eos tanquam expreſſos, & implacabiles eorundem hoſtes,ex inteſtino quodammodo odio in-

inuehuntur, cum tamen ob illorum piam in eos propensionem, qui vitam, honorem & bona illorum, propria sanguinis effusione protegere non dubitarunt, gratitudinis aliquod præmium, aut signũ saltem beneuolentiæ ostẽdere deberent; nihilominùs tamen si vnico saltem habitu, eosdem venenis inficere, aut cruentæ morti dedicare possent, nequaquam id intermit-
49 terent; † Sicut Pharao cũ filijs Israel Exod. cap. 5. & sequent. & sicut Goliath qui Regum 1. cap. 17. gloriabatur exprobrasse agniminibus Israel, committentes hac ratione nouum crimẽ læsæ Maiestatis, dum arma capere nõ
50 horrent contra illos, † cum non solum committatur aduersus Principem; sed etiam contra militantes ei, vt dicũt Impp. Arcadius, & Honorius in l. quisquis C. ad legem Iuliam Maiestatis, & ibi Glossa,
51 & DD. † Nec exculpatur, vniri homines armatos sub prætextu tuendi falsam illorum religionem & sectam, vt probat Vlpianus in l. 2. ff. de extraord. crim. dicens; *Sub prætextu religionis, vel sub specie soluendi voti cætus illicitos nec à Veteranis tentari oportet*, l. qui sub prætextu, C. de Sacros. Eccle. Petrus Gregorius libr. 12. de Republica cap. quarto, num. 7. & lib. 13. cap. 7. nam vt ait Saluian. lib. 4. ad Eccles. Cathol. *hi sub religionis titulo à religione dissentiunt*, obseruat Annæus Robertus lib. 2. rerum iudic. cap. 2. & in terminis horum sectariorum Farina. de crim. læs. Maiest. quæst. 113. inspectio. 3. num. 112. Guillelmus Barclaius libr. 4. contra Monarchomachos cap. 4. pagin. 233. & seq. probans Hæreticos cogi à Catholicis Principibus ad Ecclesiam posse, nõ Catholicos ab Hæreticis ad eorum sectas, & falsas religiones; Dixitque Guido Papæ, decis. Dalphinat. 589. num. 3 quod subditus qui rebellat contra Principem, non potest prætendere aliquam iustam causam resistendi, cum pro Principe & gestis eius præsumatur iuxta notata in l. Quoties C. de precib. imp. offerend.

Quot enim Duces, & milites fortissimi sunt, qui ad purgandam infamem illam iniuriam,

riam, quæ ipsis ab aduersarijs inuidia, & maleuolentia aduersus eos prurientibus, nequiter irrogatur, quasi ab illis malum procederet, sese, summa cum eorum innocentia, in conspectu S.R.M. siste-
52 re possent, † vt Antipater, Alexandro Magno, illum interroganti, an eum diligeret, cui infracto animo respondit, Meæ ergà te beneuolentiæ signum indubitatum probāt hæc vulnera quæ loquendo denudatoque pectore, cum incredibili cicatricum multitudine corpori eius inflicta demonstrauit, vt memorat Paul. Manut. libr. 1. Apopht.
53 † ad exēplum L. Sicinij Dentati de quo Valerius Maxim. lib. 3. cap. 2. §. 26. ait, Centies, & vigesies in aciem descendisse, eo animi robore, atque corporis vtentem, vt maiorē semper victoriæ partem traxisse videretur; sex, & triginta spolia ab hoste retulisse; quorum in numero octo fuisse, cum quibus inspectante vtroque exercitu ex prouocatione dimicasset XCV. Ciues ex media morte raptos seruasse, & quadraginta vulnera in pectore excepisse, tergò cicatricibus vacuo. Plinius lib. 1. cap. 27. & libro 7. cap. 38. lib. 21. cap. 5. Gellius lib. 2. cap. 11. Dion. lib. 20. Ingenuus autem amor quo Hispani erga Regem, & Principes suos mirabiliter afficiuntur, & eximium cordis robur, quod etiam in Antecessoribus agnitum est fuit præcipua causa, quod vbique locorum militaris eorundem gloria
54 prædicetur; † Et licet multi aliarum etiam nationum viri fortissimi sint, ijsdem tamen roboris, & fortitudinis supra Romanos etiam locum primarium attribuere conuenit. Flau. Veget. lib. 3. de re mili. c. 26. vbi ait, *Hispanos non solum numero; sed etiam viribus præstitisse Romanis manifestum est.* Titus liuius libro 44. ab Vrbe condita. Velleius Patercul. dicto. libr. 2. histor. Plato. lib. 1. de legibus, Marc. Tullius in orat. pro lege Manilia, L. Florus libr. 2. Gestor.
55 Roman. cap. 6. ait, † *Bellatricem Hispaniam, Viris, armisque nobilem illam seminariā hostilis exercitus, & Hannibalis eruditricem.* & capit. 17. *Hispaniæ nunquam animus defuit, aduersus nos vniuersæ con-*

consurgere, nunquam conferre vires suas libuit, neq; aut imperare, aut libertatem suam tueri publicè, & sola omnium Prouinciarum vires suas, postquam victa est intellexit. Valer. Maxim lib 6. cap. 4. in externis §. 1. de Cinniniési Po-
56 pulo, vbi refert, † Bruti Legatis in Hispania degenti responsum, Ferrum sibi à maioribus quo vrbem tuerentur, non aurum quo libertatem ab Imperatore auaro emerent, relictum, Gregor. Lopez Madera de Excellent. Hispaniæ: cap. 8. Athenæus libro 11.
57 Deipnosophist: † Possent enim Hispani Duces dicere, quod Marcus Seruilius strenuissimus Vir, ter Consul, qui inter alia præclara ipsius gesta ter, & viginti vicibus, singulari certamine prouocatus, hostem interfecit, aduersus Sergium Galbam Tribunum Militum, qui Paulo Aemilio Consuli triumphum de bello Macedonico impedire conabatur in Oratione ad Populum Romanum, cuius meminit Plutarchus in vita Pauli Aemilij. *Quantus Imperator fuerit Paulus Aemilius, nunc maximè intelligo ex hoc, quod cum hoc exercitu inobedientia & malitia corruptissimo, tantas, tamque præclaras res gesserit. Vos autem miror, cur qui læto animo triumphari ex Illyrijs, & Liguribus videretis pulcherrimum vobis, & ipsis spectaculum inuideatis; Nimirum, visurum Macedonum Regem viuum, gloriamque Alexandri, & Philippi, armis Romanis captiuum duci. An verò non indignum est, vos ante, cum rumor, modo de victoria hac in Vrbem incidisset, Dijs immortalibus sacrificasse, votaque fecisse, vt quamprimũ vobis, reipsa, quod annuntiabatur videre daretur, nunc veniente Imperatore, veramq; victoriam secum afferente Dijs honorem, vobis ipsis eam lætitiam nobis adimere? Quo id tandem consilio? An magnitudinem rerum gestarum inspicere pauetis, aut Regis, vos adeò miseretur? Et præstabat sanè eius vos commiseratione quàm inuidia in Imperatorem triumphum impedire. Etenim verò vestra opera ea nunc licentia malignitas processit, vt de Imperatoris officio, aut triumpho homo à vulneribus corpore intacto,* cu-

cuiusque nitor eum molliter, & inter parietū vmbras educatum iuuentutem egisse testatur, verba audeat facere, idq; contra nos qui vuulnerum indicio iudicare de virtute, aut ignominia Imperatornm didicimus. Tit. Liui. li. 5. Decad. 5. c. 37. & sequent.

Sat erat, quod in hoc puncto dici, & audiri posset; sed solummodò hoc referam, quod Hispani in dictis statibus, nec grati, nec accepti haberi possunt; nam dum eos interdum marte parum felici dimicasse sciunt, eosque propterea afflictos conspiciunt tanquam eorumdem fabulā miseros, & vexationis quam possunt turpissimæ loco ha-
58 bebunt. † licet in rei veritate, rarò loca peragrabunt, in qbus magnanimitatis Hispanorū nō reperiātur signa, repositaque illis sint trophæa ob res tam in Oriente, quàm in Occidente fortiter ab eis aliquando gestas, cum omniū etiam admiratione, & æmulatione, vt probat Madera de Excellent. Hispan. cap. 9. n. 4.
59 † vt non immeritò possint dicere, quod M. Coriolanus Tullio quando à Patria in exilium ad Volscos, quos multoties antea destruxerat, secessit. *Nullum aliud præmiū honori nostro accessit, nostrorū laborum, & egregiorum facinorum, quàm titulus, & nomē capitalis inimici vestrum.* Franciscus Patritius de regno libro 9. cap. decimo octa-
60 uo, † Et sicut alter Themistocles qui ab Atheniensibus debitis præmijs destitutus ad Xerxē Persarum Regem confugit aduersus quem bella gesserat, à quo propter virtutum suarum merita benignè receptus fuit, & tribus ciuitatibus donatus, vt refert Patritius lib. 1. de regno cap. 2.

Hæc consideratio primaria est, ex his quæ quemlibet Principem mouere, ac inducere debent, vt † Hispanos,
61 qui id à natura quasi inditū habent, vt nisi honoribus, ac præmijs cohonestentur nulli operam suam præstare gaudeant, ob facta egregiè, fortiterque gesta honoribus afficiant. Ioan. Salisber. in Polycrat. de Curialium nugis capit. 2. Christophorus Pelag. libro quarto, de Regis insti-
62 tut. † Et è contra dum se honoribus, muneribusque locuple-

pletandos esse, spe quadam lactantur, nullum quantumuis graue vitæ periculum subterfugiunt, cunctas aduersitates floccipendunt, sanguinem proprium profundere non horrent, omnes denique neruos, viresque terra marique intendunt, vt Principibus, quibus operam suam nauare polliciti sunt, ad imitationem Maiorum suorum, satisfecisse prædicetur. Ac proindè hoc maximæ, ac præcipuæ curæ esse debet S. V.
63 Reg. Maiestati, † quæ tot regna, totque Prouincias per Orbem passim diuisas habet, vt eosdem fidelissimos suos vasallos, quorum enses, nunquam in vaginis retinentur; sed semper pro salute S.R.M. Vestræ, & pro conseruatione regnorum suorum, aduersus inimicos suos, ac Catholicæ religionis splendescunt, in pretio habeat, eosdē foueat, & honoribus ornari procuret, ne sibi, vt Iulio Cæsari con-
64 tingat, † Qui cum primū reliquerat custodiam Hispanorum, quam habuerat, vt ait Suetonius in vita illius cap. 86. dicens, *Sunt qui putent eum nouissimo illo Senatuscon sulto, ac iure iurando etiam custodias Hispanorum cum gladijs inspectantibus se remouisse.* Lipsius in com. ad li. 13. Annal: Tacit. Illis enim magis quam alijs, atque tutius salutem suam credebat, omniumque rerum habebat fidem, vt ait Lucius Marineus Siculus lib. 3. rerum Hispanar. in fine, confossus fuit tribus, & viginti plagis, vt notat Suetonius in vita illius cap. 82. Idcircò
65 Cicero † in Anton. dicit, Cæsarem exercitum inuictum ex Hispanis militibus conduxisse. Camillus Borell. de Regis Catholici præstantia cap. 82. num. 16. Quod benè forsan animaduertit Octauianus
66 Cæsar Augustus, † qui in Hispaniam vsque miserat, & ex Ciuitate Calagurritana, nobiles quosdam milites pro eiuscè personæ custodia eduxerat. Suetonius in Augusto cap. 49. & Lipsius vbi supra ad ea verba Taciti, *Germanos super eundem honorem*, multique Principes bellicosi, qui felicem bellorum suorū exitum sortiri suspirarunt, Hispanos in societatem asciuerunt, vt teste Diodoro Siculo lib. 6. Rer. antiq. cap. 9. fe-

ſecere Carthaginenſes, qui vice inſtrumentorum, robore, & dexteritatis virtute vſi ſunt, ad ſubiugandam Aphricam,quorum adminiculo eãdem etiam facili negotio ſubiugarunt.

Similiter quoque cũ Hannibal, inſtar furentis fulminis in Italiam ingreſſus eſſet, manus cum Romanis conſerere ſpumans, cum pluribus vicibus prælium, cum eis inire, tentaſſet cunctante tamen Fabio Maximo,tandem verò cum reſciuiſſet quod cum Hiſpanis,qui Fabij partes ſequebantur, dimicaturus eſſet, ſatiùs profectò,& glorioſiùs cẽſuit ſe cõtinere,& receptui canere, vt Plutarch. ait in vita
68 Fabij his verbis,† *Facta luce extremos hoſtium Fabius inſequutus conflictumque in anguſtijs eſt, magno cum tumultu, donec ab Hannibale miſſi Hiſpani agiles, & celeres curſu, ſcandẽdorumque montium peritiſſimi aggreſſi grauem armis hoſtem, à fronte haud paucis cæſis Fabiũ auerterũt:* Et L.Florus libro 2. cap. 17. ait, In hac Hiſpania prope
69 ducentos † per annos dimicatum eſt à primis Scipionibus in Cæſarem Auguſtum, non continuè, nec cohærenter,ſed vt cauſæ laceſſierunt. Dio lib.53.& Strabo libro 3. Paul.Oroſ.libr.6. cap.21. dicens,Anno ab vrbe condita XXVI. Imperatore Auguſto Cæſare ſexies, & bis M. Agryppa Coſſ.Cæſar parùm in Hiſpania per ducentos annos actum intelligens, ſi Canta-
70 bros,& Aſtures † duas fortiſſimas gẽtes Hiſpanis ſuis vti legibus ſineret, aperuit Iani portas,atque in Hiſpaniam ipſe cum exercitu profectus eſt:Florus libro 4. cap. finali. Suetonius in Auguſto cap.2. Caſſiodor.in Faſtis. Alderete de linguæ Caſtellanæ Origine libro primo, capit. primo, Medina in libro magnarum rerum Hiſpaniæ c. 13. & 25. Sebaſtia. Munſter. in deſcrip: Hiſpaniæ. Eſt enim Hiſpani-
71 ca † natio,& incolæ eius corpore agili, ſano, & robuſto bellicis, & armorum exercitijs præcellens, vt Liuius teſtatur lib. 22. quo authore pluries à Romanis requiſiti
72 fuere, † vt ipſorum fœderibus aſſociarentur,quæ aliquoties reſpuere,& quod in Cannenſi pugnâ maiorem contra

Romanos fecerint stragem,
73 † ex Tito Liu. tradit Camill.
Borell. dicto capite 82. num.
decimoquinto, & quotiescũ-
que manus cum eis coniece-
re prostrauerunt eos; sunt
enim armorum periti Magi-
stri, & oblatis occasionibus il-
lorũ peritiam agnosci studẽt,
ac propterea eorundẽ strenui
tati quilibet fidere potest; quo
rũ simili robore, & magnani-
74 mitate fretus Leonidas † Ge-
neralis Græcorum Dux cum
aduersus Xerxem Persarum
Regem pugnare cogitaret,
cũ numero militũ multo infe-
rior esset; sed cum confœde-
ratorum, amicorumque suo-
rum succursum appropinqua-
re animaduerteret, consultũ
illi fuit, vt cunctaretur ali-
quantulum, nec sese cum tã
modico militum numero, pe-
riculis iminentibus expone-
ret. Respondit Leonidas in
promptu adesse sibi videri
tempus opportunissimum
cum hostibus congrediendi,
eò quod præstò adessent, qui
pugnaturi essent, eosque so-
los cum hostibus pugnare,
qui Reges metuunt, ac ve-
rentur? neque dignum du-
xit expectandos eos, qui ad
præscriptum ab Imperatore
tempus non aderant; nam
75 in bello † magis respicien-
dum est quales Dux habeat
milites, quam quot quantos-
que, Paulus Manut. libro pri-
mo Apopht. in Leonida, nu-
mer. 49. & 53. post Plutarch.
tomo primo, Moral. in Apo-
pht: Laconicis in eodem fol.
202. Manibus enim opus est,
non multis nominibus in bel-
76 lo, & virtus, † non multi-
tudo est, quæ prodest. Ve-
getius libro primo, de re mi-
lit; cap. octauo, Synes. epistol.
79. Et in multis legionibus
pauci sunt qui prælia vin-
cunt. Tacit. libro decimo-
quarto, Ann. Lælius Zechius,
libro secundo, de Principe
cap. quarto, num. tertio, & ex
Vegetio tradit Aegyd. Ro-
man. de Regimin. Principum
libro 3. parte tertia, capite
primo. Nam, & Samson, † &
77 Iudas Machabæus soli mul-
toties vicerunt plures, vt Iu-
dic: capite decimoquinto,
Machabæor. libro primo, ca-
pite quarto & seqq. Obseruat
Palac: Rubios in lib. de Forti-
tud. bellic: c. 14. & 19. & 28.

In hoc magnoperè excel-
lunt Hispani qui à multis, &
an-

antiquioribus, & famosioribus præsertim Historiographis, peculiaribus laudum encomijs elati, ac celebrati fuerunt, vt viri fortes in bello
78 in incessu graues, in negotijs agendis constantes, in periculis subeundis patientes, in amicitia fideles, in superiorũ obedientia prompti, & exterorum amici, & hospitales. Plinius Secundus, in epistol. decimatertia, ad Priscum libro secundo, cuius meminit Alderete libro primo, de origine linguæ Castellanæ, capite decimo quinto, dicens, *Nam huius quoque nomini, & pietate successit mater. E primis ipse citerioris Hispaniæ, scis quod prouinciæ illius iudicium, scis quanta sit grauitas, quid enim, aut illo fidelius amico, aut sodali iucundius? mira in sermone, mira etiam in ore ipso, vultuque suauitas*: Diodorus Siculus libr. 6. cap. nono: Lucius Florus in Epitome Historiarum Hispan. libro primo, cap. 14. Ioannes Botero in relat: Hispaniæ. Nec hic etiã excludi debet hominis Galli testimonium Pacati Drepanij scilicet in Panegyrico dicto Imperatori Theodosio, vbi Hispaniam eius patriam laudãs
79 ait, † *Hæc durissimos milites, hæc expertissimos Duces, hæc facundissimos Oratores, hæc clarissimos Vates parit, hæc Iudicum mater, hæc Principum est*. Redinus de maiestate Principis verbo, *non armis solum decoratam*. numer. 17. Alderete lib. 1. de origine linguæ Castellanæ capite 3. Gregorius Lopez glos. 2. in leg. 7. titulo 21. part. 2. affir-
80 mans. Hispanos audaciores esse, quàm homines alterius Prouinciæ ex causa caliditatis ex Aristo. problem: sect. 14 Veget. de re milit. libr. 1. cap: 2. Idem Gregor. Lopez in l. 2. titu. 18. part. 2. glos. 1. ait, Hispanos semper in bello fuisse sapientes, & in rebus militaribus expertos, vt in leg. 9. titu. 19. eadem partita; Dixitque Iustinus libr. 44. histor. de Hispanis tractans. *Dura omnibus, & stricta parsimonia, bellum quam ocium malunt, si extraneus deest, domi hostem quærunt*, & hodie idem esse comperimus testantibus etiam alienigenis.

Non eueniet Maiestati Vestræ quod Iuliano Cardinali

81 S. Angeli, † à Martino V. vna cum Friderico Marchione Brandenburgensi aduersus Rebelles,& Hæreticos regni Bohemiæ misso, qui cum semel iterumque collegissent exercitus potentes solo nuncio aduentus inimicorum perterriti, & hostibus nondum visis turpè arripuerunt fugā, quanuis Cardinalis, & Dux omni conatu, & viribus procurassent illos à fuga retrahere, & detinere, vt narrat Aeneas Syluius Papa Pius II. in historia Bohemiæ.

Itaque fœlix ille Rex habetur, & habendus etiam est, qui fœlici, ac fideli militiæ dominatur, qua regna, & ditiones eius conseruantur,& propagantur; ter itidem fœ-
82 lix † est si Duces, & milites eius qui ijsdem in bellis fidelem, ac strenuam operam præstiterunt bonis, ac dignis præmijs exornauerit; nam hac ratione regna, & dominia eius beata, exoptataque pace gaudebunt, & in posterum etiam si quæ occasio mouendi alia bella sese obtulerit, maiori cum alacritate, & generosiori promptitudine ad ea gerenda, & cōficienda proficiscentur pro tuenda eius magnitudine, & Vasallorum incolumitate.

Sin verò laborum, ac vulnerum suorum præmia illis
83 denegata fuerint, † alio etiā tempore, aliaque bellorum turbulentia Principi tali denegabuntur, ac deficient vasallorum, & aliorum Ducum virtus, strenuitas, & dimicandi promptitudo, ex quo postea procedet, vt regna, ditiones, & imperia, luculenta cum multorum doloris testificatione intereant, & euertantur. Neque ob aliud Romana Plebs apud Liuium libro secundo, aduersus Senatores qui se immunes à militia asserebant, his verbis indignabatur, *Patres militarent, Patres arma caperent, vt penes eosdem pericula belli, penes quos præmia essent*. cuius meminit Annæus Robertus libro secundo, rerum iudicatarum, capite vndecimo, ac proindè Militibus præmia semper assignanda sunt, vt alacrius in hostes
84 inuehantur, † vt ait Paulus Iurisconsultus in leg. Lutius, ff. de euictionibus, ibi, *Si fortè ager fuit, qui petitus*

est

est, & militibus assignatus, Barto. in l.final.C.si contra ius, vel vtilit. publicam: Abb. in cap.quæ in Ecclesiarum num. 12.de constit. Couar. lib. 3.variar.cap.14 nu. 7.Petrus Burgius libr. 1. electo:cap. 13. leg.37. titulo 5. part.5. & ibi Gregor. Lopez glos.2. Petrus Gregor. lib.7. de Republ. cap.20. nu.41. †
85 Veteranis enim immunitates & beneficia debent augeri, non minui, vt Constantinus ait in leg.vnica,C.de veteranis lib.12. in quo etiam consistit ius militare, vt seruetur stipendiorum modus, dignitatum gradus, præmiorum honor veluti cum corona, vel torques donantur, Item prædæ decisio, & pro personarū qualitatibus, & laboribus iusta diuisio,& habetur in cap. ius militare distin.2. Ex quo meritò ꝓdiere tot priuilegia concessa militibus,de quibus Geor.Acat, li.de priuil.milit. quod vel in ipsis sepeliendis magnificè fieri solebat ab Alexandro Magno, vt narrat Diodor.Sicul. lib. decimo septimo.

Et Imperator Seuerus, vt
86 † in eius vita tradit Aelius Lampridius consilia præstans filijs suis illis iniungebat, vt milites donis ditescerent Cornel.Tacit.lib. primo, An-
87 nal. † de Augusto verba faciens ait. *Consulem se ferens ad tuendam plebem tribunitio iure contentum, vbi militem donis, populum annona,& cunctos otij dulcedine pellexit*. Et Plinius in Pane-
88 gyrico ad Traianum, † laudat eum, quod beneficia cōferret belli socijs, & his qui ad pericula conuenirent, & Lampridius in Alexādro Imperatore ait, rarò diuisisse aurum,& argentum nisi inter Milites, asserens graue peccatum esse,si publicus Administrator, & Gubernator in proprias delitias vertat,quod milites illi tribuere.

SVMMARIVM.

1 *Princeps in Rebelles nimium facilis, & indulgens, dignitatem propriam diminuit,& apud subditos suos & alios etiam extraneos*

præsertim contemptibilis redditur.

2 *Humani sensus ex quibus maximè moueantur.*

3 *Exempla magis, quàm verba mouent.*

4 *Exempla plus valent, quam rationes.*

5 *Artificium magnum est, exemplis alienis in arte propria uti.*

6 *Præsentia secundum præterita regulari aebent.*

7 *Veritas multoties à timore opprimitur.*

8 *Regum voluntates etsi optimæ sint, multifariȷs tamen de causis impediri solent, & quare?*

9 *Metus signa à Principe omninò remouenda.*

Metus suspitio Principis æstimationem frangit. ibid.

10 *Atheniensium de Salamina Insula non recuperanda deliberatio.*

11 *Astuta Solonis inuentio, qua Insula dicta recuperata tandem fuit.*

12 *Hispani post expulsum Tyrannicè, & Maurorũ ope Alphonsum Don Froilæ Regis filium à Mauregeto, & infami postmodum à Mauris onerati tributo, demum à Ramiro Rege, Diuo Iacobo visibiliter suffragante liberati sunt, & nu. 13.*

14 *Cathalanorum quorundam Baronum paces ignominiose cum Mauris reprebenduntur.*

15 *Mahumethes primus Turcarum Princeps, cur Asiã, & totum Orientem vastauerit.*

16 *Basilius Magnus Morauiæ Dux principatum Smolenzchi Sigismundo Poloniæ Regi abstulit, eiq; varia bella intulit, & quare?*

17 *Roboam ob pusillanimitatem suam victus à Ieroboam.*

18 *Perseus Macedoniæ Rex eadem de causa è regno turpiter eiectus.*

19 *Tria regnorum vera fundamenta, & quæ?*

20 *Romani Milites Persei Macedonum Regis summam potentiam paruifecerunt, & quare?*

21 *Pauli Aemiliȷ Romanorum Ducis magnanima aduersus Persei pusillanimitatẽ verba.*

22 *Fauila Pelagiȷ Hispaniarum Regis inuictissimi filius* Pa-

Patri dissimilis, iusto Dei iudicio ab Vrso in venatione occisus.

23 *Philippi Pulchri Galliarum Regis bellū Comiti Flandriæ inferendi intentio, vnde nata?*

24 *Idem Rex hac de causa à Bonifacio VIII. Summo Pō tifice excōmunicatus fuit.*

25 *Hispaniarum Rex hæreditario iure est Rex Ierusalē.*

26 *Robertus Flandriæ Comes Asiæ Domitor appellatus.*

ARGVMENTVM.

Principis lenitas nimia in rebelles noxia. & homines exēplis moueri, metus, & timiditatis signa à Principis animo repellenda, & debilitas Principis, status amissionem operatur.

CONSIDERATIO XIX.

Vltum attendi, & considerari debet ab eo qui ob timorem belli pacem petere intendit, quod si illam offerat, quam prius habebat amittet, & bellum quod hac ratione fugere, ac vitare meditabatur, in propriam domum, laresq; conuertet; 1 † Quia Princeps facilitate, ac lenitate pactorum cum subditis præsertim initorum, propriam suam maiestatem diminuit, ex quo contemptus sequitur, validior quàm odiū ad destruendum dominia, vt Arist. ait lib. quinto, Polit. cap. 10. Rebellibus enim metus tollitur, & alijs quoque Principibus quā nunquam animo cōceperant contra eum audendi moliendique res nouas ansam, & occasionem tribuit, Taliter qđ cum prius authoritatis admiratione, & fama strenuitatis ab omnibus in existimatione habitus fuerit, in vilipendium odiosum postea incidat, summo cum mærore bonorum, ac indignatione, & è contrario cum peruersorum cordis exultatione. Quam ob rem ij, qui ex syncero cordis amore, & zelo integritatis Principi salutare, sanumque consilium præstiterunt, non alium scopum, quā magnitudinis eius conseruationem, & salutem Reipublicæ habuere. pendent autem animo, & tepescunt,

cum consilia sua minus quã
par erat accepta fuisse intel-
lexerunt, postmodumq; in
alijs impertiendis consilijs, ta
cito cum dolore conniuere
coguntur, & conscientiæ pro
priæ dictamẽ occultare Prin-
cipis sensui acquiescentes, &
si multis aliorum exemplis
opiniones suas,& consilia ro-
borare,& comprobare valuis-
sent,vt obseruat Plutar.tomo
1.Moral.lib.de vitæ tranquil-
litate,Marc.Tull.li.3.de ora-
2 tore, † vbi ait, *Duo illa nos
maxime mouent. Similitudo
& exemplum.* Arist.libro 10.
Ethicor.& lib.11.Politic.cap.
11. cuius meminit Martinus
Monter.in præfat.ad decisio.
Regni Aragon.num. 18. di-
3 centes, † quod magis mouẽt
exempla q̃ verba,facit, c.ser-
ui,dist.13.Ex quo notat Do-
minicus. illud quod ostendi-
tur exemplo materiali,melius
quam si fiat verbis cognosci,
cap. in Sacerdotibus,16.dist.
Aymo.Craue. consi.204. nu.
13.Moron.de fide, tregua,&
pace,quæst.60. num.6. Vua-
remun.in meditam.pro fœde
rib.cap.2.num. 32. vbi ait, †
4 Plus valere exempla quam
rationes,& in vniuersum ho-
mines melius exemplis doce-
ri,queꝫ in primis hoc in se bo-
ni habent, quod approbent
quæ præcipiunt fieri posse,vt
ex Plin.in Panegy.ad Traia-
num tradit Vincen. Gramig.
lib.2.de regim. Regni cap.8.
Hinc Tit. Liuius libr. primo,
ait, *Hoc præcipuè salubre, ac
frugiferum omnis te exẽpli do-
cumenta in illustri loco posita
intueri,vt inde tibi, tuæque
Reipublicæ, quod imitere ca-
pias. inde fœdum inceptu, fœ-
dum exitu quod vites.* Iustus
Lipsius libro 1.ciuil. doctrin.
5 cap.9. † Et Marc.Tull.libr.4.
Rhetor. asserit. maximum ar-
tificium esse in arte sua posse
alienis exemplis vti, nam qui
sciunt quid alijs acciderit fa-
cilè ex eorum euentibus, pos
sunt suis rationibus prouide-
re, & ob id quod bonum est,
quo ad fieri potest sequendũ
in omnibus,& quod malum
fugiendum, & emendandum
ab eo,recordando præterita,
& ordinando benè pręsentia,
& rectè de futuris prouiden-
do,vt dicit Seneca libr. de
quatuor virtutibus cap. *de
Prudentia*, Idemq.epist.6.ad
Lucill. ait *Longum iter est per
præcepta, breue, & efficax per
exem-*

exempla. Hippol. à Collibus. in lib. cui titulus consiliarius, capit, 11. dicente Tacito libro quarto. Annal. *Pauci prudentia, honesta à deterioribus, vtilia à noxijs discernunt, plures aliorum euentis docentur*; Philipp. Cominæ. libr. 3. comment. dicens, quod vnius calamitate complures fieri possunt cautiores, quia fœlix est quem faciunt aliena pericula cautum, & ruina præcedentiũ solet esse doctrina sequentiũ, vt ex Seneca tradit glo. verbo *lapsum*, in cap. citius, iuncto cap. si enim in fine, de pęnit. dist. 1. cap. 1. 27. quæsti. 1. cap. hi duo, de consecrat. dist. 1. gloss. verbo *exemplum*, in Auth. de mand. Princ. §. titulos, coll. 2. Ioan. Neuiza. lib. 1. Sylu. nupt. *non est nubendum*, num. 21. Symmachus lib. 10. epist. 54. dicens, *Cætera illius Principis æmulemur, qui nihil tale esset aggressus si quis ante se alius deuiasset, corrigit enim sequentem lapsus prioris, & de repræhensione antecedentis exemplum nascitur emendationis*: Q. Curt. lib. 8. dicens, *Multorum miserabilis fuit casus quos ex prærupta rupe lapsos amnis præterfluens hausit, triste expectaculum, etiam nõ periclitantibus, cum verò alieno exitio quid ipsis timendum foret admonerentur*; (& postea) *sed quidam auidius persequuti belluas in semet irritauere vulneribus, obtriti ergo pedibus earum cęteris, vt parcius instarent fuere documentum.* Iouian. Pontan. libro 1. Amor. eleg. 10. & Bapt. Mantuan. Eglog. 2. Gallecus. de cogna. spirit. c. 7. annot. 122. Plaut. in mercato. actu quarto, scena 7. dicens, Quod *fæliciter is sapit qui alieno periculo sapit.* Tibull. lib. 3. eleg. 7. dicens, *Fœlix quicunque dolore alterius posses ipse carere tuo*, & Terent. in Heautont. actu 1. scena 2. vbi ait.

. . . . . hoc
scitum est, periculum ex alijs facere tibi quod
ex usu siet.

6 † Præsentia enim debent regulari secundum præterita considerando quid in illis bene, vel male euenerit, laudatum, vel repræhensum sit, leg. prima, §. nam & ff. de iustit. & iure, l. exigendi, §. fin. ff. de procur. cap. mandata, de præsump.

7 sump.† cum aliquando, vt D. Augusti. ad Casulanũ scribit, & habetur in capit. quisquis, cap. nolite 11. quæst. 3. timore Principum soleat sub silentio præteriri, quod tubis publicari deberet, prout est decor, libertasque Principis, & Reipublicæ, cum mediante similis pacis consilio illaqueentur retibus varijs, & tanquam syrenum cantus dulcedine decipiantur, taliter quod si Princeps non nauigauerit velut alter Vlysses alligatus, auribusque prauis consilijs obtusis, vt apud Homerum odiss. 11. & Alciatus emblem: 115. Vbi Cladius Minois, facilè incidet in profundum somnum, & vanum pacis desiderium. Nam etsi Regum
8 voluntates, † maiori ex parte sint mobiles, pro vt sunt subitaneæ, & vehemẽtes; solent tamen inter se contrariari. & varijs affectibus impedire primum consilium, quod forsitan rectum, & sanius fuisset, nequaquam tamen ab eo discedere debent, vt magnitudinis suę authoritas cõseruetur: ex eo namque directo incidunt captiui in desideria inimicorum suorum, qui oculo semper attento, similes actiones, in eum finẽ espiciunt vt quærant, & vsurpent inuisam magnitudinem. Nam, vt ait Cornelius Tacitus lib. 15. Annal: *Voluntas, & desideriũ regnandi fortius, & potentius est humanorum affectuum.*

Quare patefacto hoc timore, ac pacis desiderio incipit
9 Princeps † quandoque vilipendi, qui prius in admiratione, & æstimatione habitus fuerat, eò quod priuatis affectibus succumbere videatur, postposito publico bono, & quia nullus eiusmodi pacis mentionem facere solitus sit, nisi qui belli timore torquetur: vt euenit Atheniensibus
10 † qui cum grauissimum, ac diuturnum bellum cum Megarensibus gessissent, propter insulam Salamineam quam amiserant, tam exosa tandem illis fuere quotidiana illa certamina, vt ipsam omninò relinquere deliberarint, publicèque dixerint quod si aliquis eam haberet opinionẽ, vt renouato bello insula recuperaretur, eundem occisuri essent. Sed cum Respublica
11 haberet Solonem † Virum sapientem, & iustum, efficere

non

non potuit, quin eos de concepto illo errore non admoneret. ac propterea; ne talis ignominiæ nota Atheniensibus inureretur, maioremque iuuentutis partem, ad bellum inclinatam animaduerteret, quamuis timidi, & absque Duce existerent, se furiosum esse finxit. Et cum fama illa de Solone, non absque singulari admiratione totius Ciuitatis, quæ singularē eius prudentiam in summa veneratione habebat, diuulgata fuisset, magnoperè illi compatiebantur præsertim cum eundem veloci, insuetoque cursu, incomptum luto inquinatum, vultu deformem, varios motus agentem, & magno demū populi comitatu ad forum accedere viderent, vbi supra lapidem ascendit, versusque aliquos recitabat, in quibus perquam comptè, & distinctè Senatus Atheniensis ignominiam comprehenderat, reprehendens eos, quod animo viles, bellique timore fracti Salamineā non subiugassent, inter quos cum aliqui essent, qui rationes eius tam viuis affectibus prolatas, secum perpendissent, magnoperè ab vniuerso populo laudatus fuit, qui consilium eius vnanimiter probauit, ipsumque in Ducem elegit, quo facto Salamineam Insulam, tanquam hostium arcem, ex propinquo saluti eorum iminentem, cum omnium gaudio recuperauit, & cum Insula quin etiā honorem, & authoritatem, quæ ex eo imminuta habebatur quod ob belli timorem pacem cum Megarensibus vilem pepigerant exponendo simul, quod alij quoque vicini in confinijs circum habitantes facili de negotio contra eos exurgere ausuri essēt. Author est Plutarch. in Solone, Eborensis in exemplis in titulo de ingratitudine.

12 † Rex Mauregatus Tyrannus; filius Nothus Regis Alphōsi nūcupati, è Regno expulit Maurorum auxilijs Alphonsum Regis Don Froylæ filium, & cum animo pusillus esset, multa preter opinionem Mauris conniuendo indulsit, quo factum est, vt Christiani maximas paterenter calamitates, Aureliumque Regem iniquissimum imitari non puduit pacem, turpissima infamiæ nota dignam, cum Mauris

ris stipulatus fuit, promisitq; sub tributi titulo eisdem centum Virgines quinquaginta nobiles, & alias quinquaginta plebeias, quotannis traddere, vt recenset Histo. Valeriana 4.p.c.6.& 8.Medin.in lib. magnarum rerum Hispaniæ, cap.22.Demum propter insignem illam victoriam, quam
13 Rex Ramirus, † apud Clauijum obtinuerat, in qua visibiliter etiā pugnauit B. Iacobus Maior Apostolus pro Christianorum libertate aduersus Mauros, illius fauore, & ope Hispania à tam abominabili, & horrendo tributo, liberata fuit, vt recenset Histor. Valeriana par.4.c.10. Illescas in histor: Pontific. par. 1.lib.4.fol.239.& 244. Ioannes Mariana libr.4. de rebus Hispan.cap.2. Baronius libro 10.Annal.anno 844. fol.17. Gregorius Lopez in l.5.titu. 15.part.2.glos.10.Ioan.Guttier.lib.3. pract.qq.q. 17. numer.142.Thom.Bozius tom. 2.de signis Eccles. signo.89.
14 c.7.pag.222.† Scribit etiam Zurita author grauis, prima parte Annalium Aragonum fol. 11. quod quidam Domini, & Barones Cathaloniæ pacem cum Mauris fecerunt, permittentes, vt ipsorum Vasalli Christiani pensitarēt illis grauissima, & inhonestissima tributa.

Heraclium Imperatorem
15 † referunt Historici virum imbellem, ac delitijs deditum fuisse, & vnam ex principalioribus causis fuisse quod Asiam perdiderit, & quod Mahometes tot peruersæ suæ sectæ flammas per Orientem sparserit. Thomas Bozius de signis Ecclesiæ tomo primo, signo 16.pag.201.Georgius Cedrenus in compen. histor. pag.346.& seq.

Sigismundum Poloniæ Regem, & Lituaniæ Ducem paci, atque omnis generis illecebris addictum fuisse refertur, & plus quàm fas erat Gabrieli indulsisse, qui postea
16 Basilius Magnus † appellatus fuit Muscouitarū inquā Duci adeo, vt eidem posteà bellum mouere ausus fuerit. Et licet dictus Basilius infœlix in armis fuerit, & aliquoties sinistros belli euentus expertus, fretus, tamen Regis pusillanimitate, animum recuperauit, armorumque ui, principatum Smozlenchi cœpit, quem Litua-

tuani centum iam annis possederant. Vt scribit Sigismundus Liber in Commentar. de rebus Moscouitarum.

17 Roboam, † quia vir erat imbellis, & parum prudens, victus fuit à Ierò boam, vt habetur 2. Paralipom. c. 13. Eccles. c. 47.

18 Perseus item Macedoniæ † Rex, vt Plutarchus ait in Paulo Aemilio non tam turpiter regno cecidisset, si Antecessorum suorum Alexandri, & Philippi præcipuas illas tres virtutes, consilium, liberalitatem, & animum generosum imitatus fuisset, roburque militum, sine quo nullum imperium diuturnum esse po-
19 test. † Illa enim sunt vera regnorum fundamenta, quemadmodum primum mobile, aut decimum cœlum, quod continuo, ac veloci suo motu reliquas omnes sphæras, in conuenienti, debitaque harmonia, & consonantia continet. Perseus etenim, cum sese Populi Romani inimicum declarasset, tanquā pusillaninimus, & auarus, equitatū suū quem habebat, viginti milliū grauis armaturæ militū educere noluit; nec etiam consilijs Macedonum vnquam induci potuit, vt pecunias militibus erogaret, quæ postea inimicos magnoperè ditarūt. Ob ingētem enim auri, & argenti summam, quæ deuicto ipso cum alijs spolijs in Aerariū Romanum recondita fuit, per centum, & viginti annorum spatium, nullum Romæ tributum, aliauè contributio exacta fuit. Contra hunc Perseum, Senatus Romanus misit Paulum Aemilium, qui cū potentiam, & diuitiarum suarum amplitudinem perspexisset, inaudita quadam admiratione detentus aliquandiu fuit; sed vt Plutarchus ait; nihilominus eum paruipen-
20 dit, † & milites etiam Romani cum hominem imbellem, & fracti animi esse didicissent, parùm, aut nihil eum timuerunt, quamuis numeroso, structoq; exercitu stipatus esset; adeò, vt Paulus Aemilius statuerit, vt omnes milites excubias agerent inermes vt eo modò saltē aliquid curæ adhiberent, & pridiè quam prælium iniretur, Perseus in Ciuitatē secessit dicens se Herculi sacra facturum, & quamuis exercitus eius fortissimè pu-

pugnasset, victus tamen fuit. Cumq; Perseus ad P. Aemilium captiuus duceretur, aduersantis suæ fortunæ casum perpendens, obuiam illi prodijt lachrimantibus oculis. Perseus è contra, ob imbecillitatẽ animi sui gemens turpissimum omnibus circũstantibus spectaculum exhibuit, in faciem concidens, Aemilij genua manibus tangens, vocesque, ac deprecationes, viro strenuo indignas, proferẽs
21 vt eas Aemilius † etiam audire dedignatus sit, eumque tristi tandem vultu hisce verbis compellauerit. *Quid ò miser hæc agis, quibus crimine, tuarum calamitatum, fortunã liberas, & ostendis non immeritò tibi accidisse, teque non præsenti; sed priori te conditione indignum fuisse? Quid victoriæ meæ laudem imminuis, demonstrans te non alti animi virum, neque dignum fuisse quem Romani aduersarium haberent? Virtus profectò hominis aduersa patientis, etiam apud hostes, magnam sui verecundiam excitat; timiditatem etiam si fortunata sit, Romani inhonestam censent.* Hierony. Frachetta discursu 80. Seminarij rationis status, & belli, pag. 584. & discursu super cap. 15. pag. 105.

Nondum exsiccati fuerãt, sanguinis Hispanicæ nobilitatis torrentes, nec rabidi adhuc Arabes ab Infante Pelagio indè propulsi, quando Deus Opt. Max. ob peccata illorum, eosdem atrociùs punire, Principeque tam bellicoso priuare voluit. Nam dicto Pelagio successit Fauila
22 † eius filius à virtutibus paternis omninò degenerans, qui eo tempore, quo belli furor maximè necessarius erat, relicta, postpositaq; Regni cura, omnis generis delitijs sese tradidit, & sic tandem voluptatibus suis indulgendo, in venatione ab Vrso occisus fuit; quem Historici meritò notant, quod ijs temporibus, tam funestis, quibus hostium exterminationis studio intentus esse debebat, syluestria potius animalia insequi voluerit Histo. Valeria. 4. p. c. 3.
23 Philippus Pulcher † Rex Frãciæ cum videret quod Guido XXI. Flandriæ Comes valdè potens existeret; nihilominus eũ paruipendit: sciebat enim eum, à natura, pacis

esse cultorem; ac propterea quæsiuit occasionem, belli aduersus eum mouendi, vt eum statu priuaret. Quia illo ipso tempore, bellum gerebatur à Rege Franciæ cum statibus Belgiæ, de liberatione Comitis, & vxore eius, qui astu, & insidijs capti fuerant, & Parisijs indecenter aducti, tandem liberati fuerunt. Rober. Gagu lib. 7. Annal. Fran. in Philippo Pulchro. Paulò post verò, Rex Franciæ, rupta pace cū Belgis Comitis Flan
24 driæ statum occupauit, † quā ob causam à Papa Bonifacio VIII. tanquam Ecclesiæ inimicus, excommunicatus fuit Anno à Natiuit. Christi 1298 & eodem, & tempore nō potuerunt auxilium ferre Cassano Tartarorum Regi, qui cum Baptizatus fuisset, Regēque Persarum qui tunc temporis Aegypto dominabatur, vicisset, Syriamque, & Ierusalem subiugasset: efficere tamen Papa non potuit, vt quauis ratione, pax inter eos cōponeretur, & noua expeditio fieret, vt bello tandem illi finis imponeretur, quod forsitan ex singulari Dei prouidentia, & permissione hac;

Reg. V. M. reseruatum est, cui
25 † quemadmodū hęreditario iure titulus Regni Hierusalē debetur, propietas etiam Regnique dominium aliquando contingat, vt ex plurium Authorum congerie, resoluunt Michael Ritius de Regibus Hierusalem lib. 1. & de Regibus Siciliæ li. 2. Colennucius lib. 4. Histor. Neapolis, Albertus Crantzius li. 7. Metropol. c. 26. & in Saxonia li. 7. c. 30. & lib. 8. c. 3. Abbas Vrbspergēsis in Chronic. tractans de Friderico II. Paulus Aemili. in vita Philippi Augusti, Camill. Borell. de Regis Cathol. præstantia cap. 46. nu. 28. 34. 35. & 40. & cap. 6. nu. 4. & 5. consolidetur possessio legitima. Placeat Maiestati Diuinę vt ista rebellio, non impediat S. R. V. Maiestati Flandrensiū Cōmiti XXXIII. vt recenset Iacob. Mainoldus in libro de Titulis Maiestatis Vestræ in tabula successionum Comitatus Flandriæ pag. 115. expeditionem tam iustam, vt Guidoni xxj. Comiti impedita fuit, cū non sit minor ex causis, curandi, finem huic sacro bello tribuere, vt Belgicorum statuum Comes, ac Dominus

sit,

sit,quo cum titulo hæredita-
ria sunt S. M. Vestræ Ante-
cessorum suorum heroica, &
plæclara facinora in Asia
quondam patrata, quorum
aliqua imperialis coronæ pre-
mio decorata fuerunt. Insi-
gnis enim,ac perpetua lumi-
nis claritate splendens fuit ti
26 tulus ille † Roberti Hyeroso-
limitani XI. Flandriæ Comi-
tis quem ob insignia, & he-
roica eius gesta domitorem
Asiæ nũcuparunt,& Balduini
quoque XVIII. Comitis quẽ
egregia eius facta ad Imperij
Constantinopolitani culmen
euexerunt communi omnium
electione,& consensu.

S V M M A R I V M.

1 *Consilium, vt est actus consulendi qualiter definiatur.*
2 *Consilium, est congregatio hominum selectorum.*
3 *Consilium capere est de operabilibus ab homine.*
4 *Prudentiæ regula est consiliũ capere.*
5 *Prudentiæ propriæ non debet quis inniti.*
6 *Vir sine consilio, æquiparatur Ciuitati sine mœnijs.*
7 *Cordis humani lepra duplex est, propria voluntas, & proprium consilium.*
8 *Consilium debent homines requirere, in rebus maximè dubijs.*
9 *Imperatores qui optimos Consiliarios habuere recensentur, laudanturq;*
10 *Antoninus Philosophus Imperator, omnia cum consilio agebat.*
11 *Princeps si de re militari agitur debet audire milites, si de iure Doctores.*
12 *Tempestatis tempore gubernatores solent audire vectorum admonitiones.*
13 *Imperio summo, multa cura inest, que administris eget*
14 *Prudentes viros adhærere Regibus, magnum Reipublicæ bonum est.*
15 *Principatus fundamenta stabilia quæ sint.*
16 *Assuerus Rex habebat sapientes qui ei adherant semper.*
17 *Respublicæ tunc gubernantur fæliciter si Princeps peritis vtitur Consiliarijs.*
18 *Moyses cur vicarios elegit ad regimen populi Israelitici.*
19 *Agamemnon Rex cum consilio agebat semper de rerum*

rum summa.

20 Sapientissimi etiam, consiliarijs egent.

21 Vnius quandoque deterioris sententia, multos, & maiores superare solet.

22 Bellicæ res prout aliæ consilijs indigent.

23 Consilium est res sacra, maxime in arte gubernatoria.

24 Imperatoria virtus consilium est.

25 Respublica fit stabilis consilio.

26 Vir ille dignus habetur qui ipse vtiliter consulit, aut bene monenti obedit.

27 Consilia aliorum audiri debent, & de illis cogitari prudenter.

28 Principes qui se demitunt in consilijs, nec sunt fastuosi minus decipiuntur.

29 Princeps non ab vno, vel paucis, sed à pluribus debet consilium sumere.

30 Animorum, vt corporum diuersa sunt vices:

31 Oculi plures magis vident, & plures manus operantur melius.

32 Consilium plurium, firmius est consilio vnius.

33 Præsumptio magis assistit pro sententia Collegij, quam Doctoris priuati.

34 Antiquis inest sapientia, & in multo tempore prudentia.

35 Anchora plures melius seruant nauim quam vnica.

36 Oculi mentis plures sunt veri duces humanæ conuersationis.

37 Bellicæ res, & cogitationes roborantur consilijs.

38 Consilio vincere solet armorũ virtute inferior.

39 Bellum cum dispositione initur, & ibi salus vbi multa consilia.

40 Princeps quanto maior est, quando facilius cadat.

41 Consilia praua sequenda non sunt.

42 Consilium insidiatoris prælalatum consilio amici, quæ damna operetur.

43 Roboam Rex propter malum consilium iuuenũ abalienauit à se decem ex tribus Israel.

44 Mali consilij damna, & boni commoda recensentur.

45 Anima viri sancti melius solet vera enunciare.

46 Princeps magnam laudẽ consequitur si vtitur probis Consiliarijs.

47 Princeps in Consilijs non debet

bet se mollem, nec refractarium ostendere.

48 *Principatus, & regna conseruātur artibus, quibus sunt quæsita.*

49 *Principis magnitudo non tam amori, quàm inuidiæ, & æmulationi subiacet.*

50 *C. Iulius Cæsar diuina, & humana peruertit iura propter Principatum, quem sibi finxit.*

ARGVMENTVM.

Princeps quantumuis prudens, debet negotia grauia cum consilio deliberare, & vni tantum minime confidere, sed plurium consiliariorū sententias perpendere, & meliores sequi, & de vtilitatibus quæ ex inde nascūtur, & detrimentis praui consilij, & prouidentia qua res bellica tractari debent.

CONSIDERATIO XX.

1 PHilosophi stoici † Consilium (vt est actio ipsa cōsulendi) dixerunt esse sciētiam inspiciendi, prouidendique ea quæ quispiam gerens bene, ac vtiliter agat, vt referunt Franc. Patritius libr. 6. de Regno, & Regis institu. titu. 8. ad finem Frider. Furius lib. 1. de principis instit. cap. 1. Adam Keller. lib. 1. de officio iurid. Polit. cap. 1. pag. 16

2 vbi etiam ait † Consilium esse congregationem hominum selectorum, ad consulendum Principi pacis tempore, aut belli quorum opera præteritorum memor fiat, præsentia cernat, futura prouideat, suarum machinationū fœlicem successum consequatur, incommoda effugiat, aut si id fieri nequeat viam qua illa leniantur inueniat, Cęlius Mancinus lib. 8. de iurib. Principat. cap. 6. Ceriolanus tractat. de consil. Princip. cap. 1. Hippoly. à Collibus ibidem Diuusque Bernar. lib. de gratia, & libero arbitrio dixit. Consilij proprium esse probare quid expediat, vel non Petrus Magnus tract. de consilio, cap. 1. & 2. F. Ioa. S. Mariæ de Repub. & polit. Christ. cap. 7.

3 † Et ita de operabilibus ab homine est consilium ab alijs capere, secūdū Arist. 3. Ethic.

&

4 † & est prudentiæ regula, vt vt ex Diuo Hilar.in psal. 118 tradunt Læl.Zech.lib. 1.de Princ.c.6.nu.9. D.Garf.Mastril.lib.2.de magistra.c.1.nu. 27.& lib.3.cap.3.nu.56.ideo Prouerb.c.2.dicitur,*consilium custodiet te*,& c.12.*qui sapiēs est audit consilia*,& c. 13. *qui agunt omnia cū consilio regūtur sapiētia,astutusque omnia agit cū consilio*, Et Ecclesiast. c.32.*Fili sine consilio nihil facias,& post factū non pœnitebis*

5 † D.Hiero.in parabol.c.3 vbi probat ꝙ non debet quis inniti prudentiæ suæ, c.ne innitaris 5.de constit.c.sciendū 8.q.1.c.pura 3.q.9.idest proprio dictamini aliorū consilio spreto,nam vt ait Anto. Monach.in Melis p.1. serm.11.

6 † Qualis est ciuitas cuius mœnia sunt diruta, talis est vir ꝗ non omnia cū consilio agit, sed est sapiēs apud semetipsū quod Spiritus Sanctus prohibet,Prou.d.c.3.Ribaden li.2. de Prin.Christ.c.24.F.Ioa S, Mar.de Rep.& poli.Chri c.6. Aimoin.li.5.de gest.Frāc.c.j.

7 † Quare D.Bernar.serm.3.de Resurr.Domini qui incipit *sicut in corporis medicina*, ait, quod in corde est duplex lepra, propria voluntas,& proprium cōsiliū,lepra vtraque nimis pessima,lepra vero pro prij consilij eo pniciosior est, quo magis occulta,& quanto plus abundat,tāto sibi quisq; sanior esse videtur.Quæ enim maior superbia,quā vt homo vnus toti congregationi iudicium suum præferat, tanquā ipse solus habeat spiritū Dei, Idololatriæ scelus est non acquiescere, & quasi peccatum ariolandi.Consilia etenim sapientium, & recta suadentiū, suscipi debēt,vt ꝙ per se quis nequit attēdere ab altero saltē possit addiscere, vt scripsit D.Greg.Anthemio Subdiac. Cāpaniæ li.11.epist.29.& habetur in c.1.dist.84 & cōprobat c.vlti.dist.20.c.excellentissimus 11.q.3.c.visis 16.q.2.

8 † quibus probatur in dubijs maximè homines debere cōsilia reqrere,quia, vt Aristo. ait lib.1.Rhetor.melius accurantur,ꝗ consilio geruntur, ꝗ quæ sine consilio administrātur,P.Greg.li.24.de Republ. cap.1.n.1.

9 † Hinc Guillel.Budęus in priorib. annot. ad pandectas in l. vlt.ff.de Senator.ait,ꝙ Traiani,Adrianiq;tēporibus,& anti-

tiquis illis seculis is mos ser- uabatur,tradente Spartiano, vt cũ Romani Principes cau- sas cognoscerent, Senatores, Aeqtesq; Romanos in cõsiliũ adhiberent, sñtiasq; ex oĩum opinione ferrent;& Alexãdrũ Cæsarem, authore Lãpridio numerosissimũ consiliuũ secũ habuisse, in quo Iurisconsulti non pauciores viginti fuerũt, inter quos Fabius Sabin. Cato sui tẽporis dictus, Domiti. Vlpianus,& Iulius Paulus,qui vertices legũ sunt dicti Põponius legũ peritissimus, Alphenus, Florentinus, Africanus, Martianus,alijq; permulti iuris professores,discipuliq; Papiniani,qui iuris asylum vocitatus est,& alijs laudibus celebratur in l.lecta ff.de rebus credit.& si certum petat.sine quorũ cœtu,& consilio,nullã vnquã constitutionem sacrauit,nullã legem sanxit, de re nulla grauiore statuit,sed ita, vt iretur pro sentẽtias singulorũ,ac scriberetur q̃d quisq; dixisset dato spatio ad disquirendũ,cogitandũq; priusquã dicerent,ne immeditati de rebus ingentibus dicere cogerentur, D.Garf.Mastrill. de magistratibus libro 3. cap.3. num.58. & duobus seqq.Bouadill: libro 2.capite 6.num. 13.

10 † Iuliusq;Capitolin.in Antonino Philosopho. ipsũ laudãs ait: *Semper sane cũ optimatibus,non solũ bellicas res,sed ẽt ciuiles priusquã faceret aliq̃d contulit.Deniq; sententia illius præcipua semper hæc fuit. Aequius est,vt ego tot,& talium amicorum consiliũ sequar,quã vt tot,ac tales amici vnius voluntatẽ sequantur,* memorant ac concelebrant P.Greg. lib. 24 de Repub.c.4 num 3. Siman.lib.9.c.2 nu.15.Mastril. de Magistrat.lib.3.c.3.n.61.

11 neque immerito, † nã vt dicunt Mart.Laudens.de legat. Princ..q.13. & Iulius Ferret. de re nauali libr 10. num.1. Princeps si tractetur de re militari debet militum audire consilia, si de iure Doctorum, & etiam in cœteris paribus, & Deuteron cap 1. dicitur *Date ex vobis viros sapientes, & gnaros, quorum conuersatio sit probata intribubus vestris,vt ponam eos vobis Principes,* F.Ioann. Sanctæ Mariæ de Politia Christian. capite 11. † & summi

12 etiam gubernatores in tem- pe-

pestatibus vectorũ admonitiones audire solent, vt ex Mar. Tul.orat.3.in Philipp.ait Mastrill.d.c.3.n.67

13 † Legimus apud Salustium in fragmentis, quod multa cura summo inest imperio, multi,ingentesq; labores.Ideò Tacit.lib.1. Annal.recte sensisse eos putauit qui summæ huic potestati alios in curarum partem adiungendos existimarunt, Tum quod facilius munia Reipublicæ sociatis laboribus exequantur. tũ quia,vt Cassiodo.ait lib.8.variar.epist.9. *melior æstimabitur qui solus omnia non præsumit.* D.Grego.lib.12. epi-

14 sto.17. dicens, † prudentes viros Regibus adhærere multorum solamen est,nam dum præstandi sibi locum ad animæ vtilitatem datum intelligunt,certum est quia mercedis causas vbi inueniunt non postponunt.Simanc. dicto libro 9.de Repub. c. 2. n.6.

15 † Dixitque Author Politię de Regno cõtra Machiauell. li.1.de Principis consilio. pagin.47. Quod prudentia temperata Auctoritas, fundaméta Principatus stabilia sunt beneuolentiam, & obsequiũ subditorum Principi cõciliãt, vicissimque Principem subditis,vt sub eius fide beatè, ac tranquillè viuant, Atque hic non mediocris est boni consilij fructus, sed & ille quoque præclarus quod Principi bonam famam laudemque com

16 paret,† quam vtiq; magnam promeritus fuit Assuerus Rex Esther.c.1. quia interrogauit sapientes, qui ex regio more semper ei aderant,& quorum consilio cuncta faciebat.

17 † Fateri enim ingenuè debemus,quod nemo sanæ mentis negabit, Regna, & Ciuitates tunc pulcherrimè ab aliquo Principe gubernari,cum is sibi peritos Reipublicæ administrandæ consiliarios adhibet, nec vllum ferè ex tot retrò seculorum memoria Principũ,vel rebus bello gestis clarum,vel ciuilis dispensationis moderatione charum reperiri,qui Rempublicam ipse per se gerere semper voluerit,nullas non in rebus magnis, & memoria dignis aliorum sen-

18 tentias requirens,† & si credimus Philoni Iudeo libro de creatione Principis factum illud Moysis. Exodi. cap. 18. Numer.cap.11. de eligendis

sibi vicarijs qui minora negotia tractarent exemplũ præstat quod imitentur Posterorum Principes, vt assumant sibi viros consiliarios spectatæ prudentiæ, & iustitiæ, timentes Deum, absque auaritia, & ab omni ambitione alienos quorũ consilio & opera onus ingens regiæ sollicitudinis subleuetur, vt obseruant Petrus Gregor. libr. 24. de Republica, cap. 6. num. 1. Simancas lib. 9. c. 2. n. 2. & 19. F. Ioa. S. Mariæ de Polit. Christia. c. 9 Guiller: Barclaius, li. 1. contra Monarchomachos, ponderans cap. mandata de

19 præsũptio. † & Homerũ Iliad. 55. introducentem Agamemnonem Regem consilio semper conuocato de summa rerum statuentem.

20 † Quibus alludunt ea quæ scribit Beatus Chrysostomus homil. 9. de laudibus D. Pauli *licet* (inquit) *mirum in modũ sapiens sis, & prospicias ea quę oportet, attamen homo es, & Consiliario tibi opus est; Et nonnunquam euenit, vt sapiẽs nũ videat quod oportet. & minor, & hebetior clarè, & cautè ea prospiciat. Sapiens ille Moyses qui tanta miracula operatus est, non animaduertit rem quam mortalium plerique considerant. Socer autẽ eius homo barbarus, & obscurus, statim animaduertit. Itaque Consiliarijs omnes opus habent, etiam si Moysi conferri possint. Multa enim sunt quæ magni, & admirabiles viri ignorant, quæ tamen parui, & abiecti scire solent.* glo. 1. in cap. ad audientiã de consuet. l. potioris, C. de offic. Rectoris Prouincię, l. 1. §. sed neque, C. de veter. iure enucle-

21 an. ibi; † *Cũ possit vnius forsitan, & deterioris sententia, & multos, & maiores in aliqua parte superare*, vt obseruant Abb. in cap. Capellanus num. 3. de ferijs, Tiraqu. l. 11. connubia. num. 4. Alciat. libr. 4. Parerg. iuris cap. 17. Zoanet. in l. vt vim, num. 106. ff. de iust. & iure. Martinus Vranius consi. 16. num. 26. tomo 1. & consi. 1. num. 4. tomo 2. Pinel. in l. 2. C. de rescin. vendit. 2. par. num. 43. Dominusque apud D. Lucam, cap. 10. ait. *Confiteor tibi pater, Domine Cœli, & Terræ, quod abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis.* quæ & alia similia

in

in proposito obseruat Bouadilla, libr. 2. Politic. c. 6. nu. 7.
21 † Quæ omnia præcipuè attendi debent in his quæ regimen politicum Reipublicæ concernunt, aut bellicas tractationes. *Omnis prudens*, ait Cassiodor. lib. 6. variarum, capit. 19. in formula Comitis Archiatrorum. *Consiliu quærit, dum ille magis studiosior agnoscitur, qui cautior frequẽti interrogatione monstratur*. Quintilia. etiam lib. 2. institu. oratoriar. inquit capit. finali. *Illud satis habeo dicere, nihil esse non modo in orando sed in*
23 *vita prius consilio.* † Platoq. lib. 3. seu in Theage, vel de sapientia, ait Socratem dixisse, consilium rem esse sacram neque diuinius aliquid esse de quo quis consulere queat, quam de institutione sui, atq; suorum in arte gubernatoria & idem Plato libr. 5. seu in Alcibiade, c. 1. dicens, Quod hominis ars, & scientia gubernandi Respublicas nulla alia dicitur, quam bonum consilium, & quod consilium bonum hoc vocatur, quo ad meliorem ciuitatis institutionem, salutemque, ad cõseruationem populi, & tranquillitatẽ pertinet, Ideo Hippol. à Collib. in lib. cui titulus Cõsiliarius c. 9. ex sententia Plinij Secundi lib. 7. epist. 14. Saturnino ait; *Nulla laudabilior philosophiæ pars est, quam agere negotium publicũ, cognoscere iudicare promere, & exercere iustitiam queq; Philosophi doceãt in vsu habere*, obseruat q. Io: Maria Catan: in cõmẽt:
24 ad eum. † & Marcus Tullius in oratione pro lege Manilia, inter Imperatoris virtutes enumerat consilium, dicens tales esse laborem in negotijs, fortitudinem in periculis, industriam in agendo, celeritatem in conficiendo, cõsilium in prouidendo, Petrus Gregor. lib. 24. de Republic. cap. 1. num. 1. & 3. cap. 2. numer. 2. & cap. 3. num. primo,
25 † probans quod Respublica sit stabilis consilio, suntque in hoc pulchra exhortatoria verba Matathiæ ad filios lib. 1. Machabæorum cap. 2. dicentis. *Vos ergo filij confortamini, & viriliter agite in lege, quia in ipsa gloriosi eritis. Et ecce Simon frater vester scio quod* vir consilij est, *ipsũ audite semper, & ipse erit vobis pater, et Iudas Machabæus*

fortis viribus à iuuentute sua sit vobis Princeps militiæ, & ipse aget bellum populi: Bouad.li.2.de Repub.c. 6.n.11.

26 † Quare Titus Liuius libro 36. ab vrbe condita ait. *Sæpe audiui eum primum esse virum qui ipse consulat quod in rem sit, secundum eum qui bene monenti obediat. Qui neque ipse consulere, neque alteri parere scit, eum extremi esse ingenij*. Hipp. à Collib. vbi supra c. 31. ℞ ex Hesiodo etiã tradit Adam Kellerius lib. 2. de officio iuridici politici, c. primo, pag. 229. his versib.

Optimus ille quidem qui per se omnia noscens
Consilijs prauisa suis meliora peregit,
Rursus, & ille probus qui paret recta monenti.
Atqui nec per se valuit, monitusque refugit
Recta sequi, cuiusque vir est, hic muneris expers.

Isocrates in orat. de pace,
27 vbi ait, † Non aliorum consilia dumtaxat otiosè audienda sunt, sed ipsi quoque diligentissimè de rebus cogitare debemus, nam vt dicebat Onosander in stragetic. cap. 3. Qui non adeo consilij indigens est, vt ipse sibi incredulus, vsquequaq; diffidat, nec tam peruicaciter arrogans, vt ab nemine meliora promi posse existimet, non enim dũtaxat consulendum est, sed & bono consilio parendum, cœtero quin is qui de sua vnius sententia omnia gerit, superbus magis quam sapiens iudicandus erit, quia, vt dicebat Plaut. in Milite glorioso, actu 3. scena 3. cuius meminere Simanc. lib. 7. de Repub. cap. 4. num. 14. & Bouadilla dicto capit. 6. numer. octauo, *Nemo solus satis sapit*.

28 † Quare meritò Philippus Cominæ. lib. primo commentar. inquit quod Principes nõ rarò à suis circumueniuntur, illi præsertim, qui præ fastu, & arrogantia quæ sit aliorum sententia non auscultant, nã qui se demittunt, ac libenter aliorum iudicia cognoscunt ij minus falluntur. Idemque Philipp. lib. 2. ait. Sæpe accidere, vt prudentes etiam viri labantur, & errent in dicendis sententijs, quando, vel gratia, vel odio, vel æmulatione quadam impulsi diuersum ab alijs dicunt, sed non semper

per

per sunt eodem animi vigore. Si quis autem putet eos qui sic aberrant,& labuntur, non esse Principum adhibendos consilijs, ille meminerit, neminem esse omnium hominum qui non fallatur aliquãdo, atq; ex affectibus aliquid agat. Idemque in magno deliberantium numero,hoc boni inest, quod aliqui semper existũt qui quod ab alijs peccatum est emendant,atque
29 sanant. † Et ita non vni, vel paucis, sed multis auscultandum Principi est, cui non est dubium periculosum esse vnius dumtaxat quantumuis intimi,& domestici sequi consilium,ex Philip.Comin.lib.1 cap.20. & 27. tradit Author Politiæ de regno contra Machia.lib.1. de Princip.consil. theorem.2.pag.127. & seqq. siue quod natura homines à bono,& æquo priuatis studijs abducuntur, siue quia nemo
30 omnibus horis sapit, † & vt corporum sic animorum sunt vices,cap. quia diuersitatem de concess.præben. cap.sicut in sacramentis, de consecra. dist.4. l.item si vnus, §.principaliter,ff.de recep.arbit.gl. verbo *diuersas* in cap. super literis de rescrip.Terent.in Phormio. actu 2. scena 4.dicens, *Quot homines tot sententia*.Quintilian.declam.9.in Gladiato. Polyb. lib.4. ibi. *vsque adeo natura hominum non solum corpora,verum etiã animos dissimiles finxit*. Horat. satyra 2. optimè etiam tradidit Aristot. libro tertio
31 Politico.cap.12.† vbi ait,incredibile esse quenquam melius videre duobus oculis, & duabus auribus iudicando,& duobus pedibus,duabusq; manibus agendo,q̃ multos multis,quamobrem Principes,ac Reges, nunc quoque multos sibi oculos,multas aures,multas item manus, atque pedes faciunt,Siman.dicto li.7.c.4. n.6.& 12.& Bouadill. d.cap. 6.num. 8. qui adducunt illud Homeri lib.10.Iliad.

. . . *Maior adest,& plena duobus*
Pectoris, atque animi præstantia,copia rerum
Vberior,vis consilij præsentior omnis
Dum nunc hic,nunc ille aliquid quod, & vtile credit

In-

Inuenit, alter, & alterius sæpè indiget vsu
At qui solus erit, si forte quid vtile rebus
Cogitet, inueniatque animo persæpe labanti
Deficit, & timidum fugit omnis consilij vis.

32 † nam firmius est consilium plurium, quàm vnius tantum c. prudentia de offic. & potest. iud. delegati. c. fina. dist. 20. c. fina. de sent. & re iudica. l. si duo ex tribus, ff. de re iudi. c. fin. de recept. arbit. lib. 6 Bal. nu. 5. in l. iuris, C. qui admitti Thom. Gram. cons. 157. quorum authoritate Cæsa. Vrsill. in additio. ad Afflict. decis. 1.
33 nu. 2. ait magis præsumi pro consilio, & sententia alicuius collegij, quàm vnius Doctoris particularis, nam facilius inuenitur quod à pluribus præsertim senioribus quæritur, c.
34 porro 84. dist. Iob c. 10. † in antiquis est sapientia, & in multo tempore prudentia Redin. de maiestat. Principis, verbo *non armis solum*, fol. 15 num. 35. Bouadill. dict. cap. 6. num. 11.
35 † Et vulgo dicitur quod anchora vnica nō ita seruat nauim, vt plures demissæ, vt tradit Paulus Manut. in adagijs. pag. 47. & 1690.
36 † Et illud quod dicitur plus videre oculos, quam oculum, non de oculo corporis tantū debet intelligi, sed, & de oculo mentis, qui verè est oculus humanæ couersationis, vt fęlicius ea contineatur, quò plures habuerit videntes, & perspicientes oculos, nempè magistratus prouidos, æquos, & iustos, vigiles, & solicitos, vt intelligit P. Grego. lib. 4. de Republi. cap. 5. num. 46. Adam Keller. dict. lib. 2. de offic. iuridic. Politici. cap. 1. pag. 228. Bouad. alleg. lib. 2. c. 6. n. 9.
37 † Quæ præcipue in consultationibus bellicis procedunt, vt in allegato cap. 20. Prouer: vbi Salomon dixit quod Cogitationes consilijs roborantur, & bella gubernaculis tractantur P. Grego. lib. 24. de Repub. c. [illegible] n. 3. dicens ex Euripide in Antiope.

Viri prudentia facit, vt bene habitentur ciuitates,
Itemq. familiæ; & ad bella eius magnum momentum est;
Consilium enim sapienter initum, multas manus
Vincit, imperitia verò cum multitudine deterius malum est.

quam

quam sententiam, & si verbis aliquantulum diuersis recenset Plutarch.to.1.Moral.libro de Homero fol.54.
38 † Plerumque enim consilio vincit in bello, qui armorum virtute inferior erat, vt tradunt Sõsbech. ad vsus feudo. p.15.nu.91.Cœpol.de imperato.milit. deligen. vers.*virtutis etiã* nu.8.Tho.Actiacus tract.de scachorum ludo 5.q.
39 princip.num.71.† nam *cum dispositione initur bellum, & ibi est salus vbi multa cõsilia;* Prouerb.c.24.vbi c.20.dicitur,quod cogitationes robusti sunt semper in abundantia omnis autẽ piger est semper in ægestate, vbi autem non est consilium dissipantur cogitationes,Prouer.c.13.Bouadill.dict.lib.2.c.6. num.22.& sunt in hoc pulchra verba Hispanicæ legis,1.tit.21.partit.3.
40 † Quanto maior enim Princeps existit,tanto facilius cadit si variarum cogitationum immergatur figuris,rectaque fidorum consiliariorum non
41 amplectatur consilia, † mala enim nullatenus sequi debet, vt probat Bar.in l.1.§.si plures nu.10.ff.de exercit.actio. & in l.nemo iudex num.2.C. de sent.& interloq.omn. iud.
42 nec fraudulenta, nam consilium insidiatoris amici consilio prælatum summam rerum euertit,vt ait Ioan.Zonar.to. 1.Annal. pag.52. vbi tractat de simulata defectione Chusi ad Absalon,ad frustranda cõsilia Achitophelis, vt recenset Histor.sacra lib.2.Regum, cap.16.& 17.facit c.denique 7.q.1.iuncta glo.verbo *consilia* in c.1.dist.84. & sunt referti libri Bibliæ Sacræ, cuius loca quãplura congessit Author Polyantheæ nouissimè impressæ super verbo *consiliũ*
43 pag.261.† è quibus celebre est illud quod ex lib.3.Regũ, cap.12. adducit D.Ambros. lib.2.officio.c.18. Quod cum populus Israel post mortem Salomonis rogasset filiũ eius Roboam, vt releuaret ceruices eorum à seruitute dura, & paterni imperij temperaret austeritatem,illũ spreto senili consilio, de suggestione adolescentium responsum dedisset huiusmodi, quod,& onus adijceret super patris iugũ,& leuiora grauioribus supplicijs mutaret.Quo responso populi exasperati responderunt,nõ

est

est nobis portio cum Dauid, neque hæreditas in filio Isai. Vade in tabernacula tua Israel, nunc vide domum tuam Dauid, quoniam hic homo, neque in Principem, neque in Ducem erit nobis, itaque desertus à populo, ac destitutus; vix duarũ tribuũ, propter meritum Dauid retinuit obedientiam, Paralipomen. 2. c. 10. de quo tractans Ecclesiasticus c. 47. vers. 27. ait. *Et finem habuit Salomon cum patribus suis, & dereliquit post se de semine suo, gẽtis stultitiã & imminutum à prudentia Roboam, qui auertit gentem consilio suo.* P. Greg. dicto lib. 24. de Republ. c 6 n. 1. versi. *senes*, Simanc. d. li 7. c. 9. n. 2. & 3 & n. 29 & Idem P. Greg. dicto lib. 24. c. 3 nu. 1. vbi ex
44 Pythagoræ versibus, † & Hierocle. ad eũ probant: malum consilium generare damna, bonum vero gignere, & continere, perficereque virtutes, earumque esse matrem
45 nutricem, & custodem, † præsertim si consilium à viro iusto, & timente Deum proficiscatur, nam, vt dicitur Ecclesiastici c. 37. *Anima viri sancti enunciat aliquando vera, quam septem circunspectores sedentes in excelso ad speculandum* vt obseruat in proposito Bouad. dicto cap. 6. n. 33.
46 † Ex quo etiã maxima Principi laus conciliatur, nam, vt Iust. Lipsi. ait in notis ad li. 3. ciuilis doctrin. c. 2. ex Philip. Comin. lib. 3. Nullum maius indicium bonæ mentis Princeps potest ostendere, quã vt adiungat sibi, & familiariter vtatur viros virtute, & fama cœlebres, nam omnes statim iudicabunt eum talem esse quales ij qui apud illum sunt,
47 † Doceatque experimento, nec mollem, nec sequacem nimis esse, nec refractarium sapiatq; ipse aliquid, & alios etiam putet sapere posse, quã temperiem animi Homer: cõplectitur Iliad. 6. dicens, vt memorat Lips. in not. ad li. 3. Politic. c. 8.

Ipse ò Rex bene consulito, & pareto vicissim.

48 † Cum enim Principatus, & regna consilio, prudentia, & robore quærantur eædẽ artes ad illorum conseruationem sunt

sunt necessariæ, vt ex Salust. sententia probat Lipsius lib. 2. ciuilis doctrin. cap. 5 vbi in notis pro eadem sententia ponderat Polyb. libr. 1 histor. dum quærit quare Hispaniæ tã cito amissæ fuerint à Carthaginensibus. *Nam* inquit *aliter censebant quæri imperia debere, aliter seruari, nec imbiberant eos optimè retinere dominia quæ in iisdem institutis perseuerant, quibus ea initio sunt adepti. At verò illud clarum, testatumque exemplis est, quod homines adsequantur fœlicitatem, benignitate in alios, & bona, de se opinione, iidem cum adepti quæ voluerant, ad iniurias, & impotentiam in imperijs delabuntur fit meritissimè, vt vna cum imperantium mutatione ipsi subditi se, & affectus mutent*, optimè Fabius Albergati lib. 2. de Cardinalis officio

49 c. 1. pag. 58. 1† Hæc eò maximè sunt consideratione digna, nam in veritate rei, videre Principem aliquem potentia supereminentẽ non tã inclinat animos ad illius amorem, venerationemque, quam operatur in pluribus mærorẽ inuidiam, & æmulationẽ magnitudo talis, & ferè in omnibus desideriũ occultum saltem videndi ipsum in interitum ire, vt eius ruina, vel calamitate potẽtiores fiant, vel maiorem libertatẽ adipiscantur. Sunt enim multi qui nil aliud meditantur, ac singulari quopiam flagrant desiderio quàm vt humana, diuinaque seditionibus, bellisque turbentur, vt intentiones prauas quibus diù, noctuque implicantur, commouenturque assequi valeant, vt post Aristophan. tradit M. Tull. 1. de

50 Orat. & lib. 1 offic † vbi de C. Iulio Cæsare dixit, q̃ omnia iura diuina, & humana peruertit propter eum quem sibi opinionis errore finxerat principatum: Imò si Princeps ipse, aut Consiliarij eius etiã antiquis experimentis fideles agniti, non respiciunt qualiter Respublica reparari, & cõseruari debeat, nullo tempore boni euẽtus poterit vlla spes haberi.

SVMMARIVM.

1 *Princeps quanto potentior, & status sui membra diuisa habet, tanto magis eorumdem*

dem conseruationi inuigilare debet, & quibus medijs id assequi valeat.

2 Alexander Magnus quousq; milites bene tractauit, omnia bella prospere gessit.

3 Eius interitus occasio ex opposito causata.

4 Otiū militiæ maximè aduersari ex grauissimorum virorum testimonio ostenditur ex num. 5. 6. 7.

5 Pax confirmatur, & paratur bello.

6 Epaminundæ Thebani celebris eadem de re ad Menaclidem responsio.

7 Belli tramites ex se duri, & quomodo reddantur faciles.

8 Militum in C. Iulium Cæsarem flagrantissimus amor; item fortitudo ex ipsius benignitate in ipsos orta.

9 Militis cuiusdam in illum mira beneuolentia.

10 Belli, pacisq; deliberationem, maximi esse momenti, subiectis authoritatibus, & exemplis demonstratur.

11 Magnæ res, magno animo sūt dijudicandæ.

12 Mithridates Rex Ponti falsi amici persuasu deceptus.

13 Principis boni finis, pax debet esse subditorum.

14 Pax omnia coniungit, & mater est concordiæ.

15 Pacis nomen est blandum, dulce, & suaue; & plura in eius laudem ex diuinis dogmatibus, præsertim desumpta referuntur.

16 Pax debet esse vera, non ficta, & quomodo illa consequi possit, ex plurimorū illustrium Principum exemplis.

17 Ionathas Thryphonis fraudibus captus, & exercitus eius deletus.

18 Aman, & Regis Babylonis satrapæ in foueam quam alijs foderant iusto Dei iudicio inciderunt.

19 Indubitata Catholici Regis victoria aduersus hostes, & Rebelles ex quo dijudicari possit.

20 Piger in egestate semper est.

21 Belli occasiones, dilationes nequaquam patiuntur.

22 Demosthenis, Ciceronis, Isocratis, & aliorum elegantia de hac re testimonia.

23 Reipub. Romanæ incrementū, vnde habuerit ortum.

24 Hispania ab antiquis, bellatrix nuncupata.

25 Hispani, Imperij Romani firmi-

mi-

mitatem in maximum di scr-men posuerunt.

26 Cur demum ab eisdem victi sint.

27 Viriatus Hispanus Dux per decennium bello defatigauit Romanos, & pluries victor euasit.

28 Authoris ad Regem Catholicum peroratio.

29 Christiani in Ciuitate Theopolis commorantes vniuersalem terræ motum diuinorum verborum virtute euitarunt.

30 Simili remedio eorundem primogenitos reddiderunt incolumes Israelitæ.

ARGVMENTVM.

Princeps debet milites honoribus afficere, & præmijs, quantumque confirat in Ducē militum amor, & de pacis commodis si vera sit non ficta, & dolosa, & de remouenda pigritia, occasione seruanda, & Hispaniæ laudes, ac ad D. Regem Catholicum peroratio.

CONSIDERATIO XXI.

CVm ergò mecū considerarem quid ad conseruationem magni cuiusdam Principis, vel potentissimi alicuius Regis pertineret, ex inopinato in mentem mihi venerunt circumstantię istæ; quod quantò
1 potentior † S. V. Maiestas fuerit, pluraq; passim, per Orbē diuisa, obtinuerit regna; tantò maiori cura, & sollicitudine cauere necesse habebit, eadem conseruare ne in declinationem, aut rebellionem vertantur, quod hac ratione fiet, si S. R. V. Maiestas fideliū Consiliariorum matùra consilia, amplexa fuerit; si veras militiæ regulas imitata fuerit; si bonos, ac strenuos Duces exercitibus suis præfixerit; si integram demum rerū actarum, agendarumq; summam militari experiētia moderatam, integerrimo suo cōsilio decernendam, exequendamq; commiserit, quorum defectu status bellici turbati

fue-

fuerunt,& etiamnum armorũ suspensio, fuit,& in dãno est, vt maiores aliquando ẽt Monarchias dextruxit. Et ideò D. Thom.li.3.de regim.Princip. cap.8. ait, quod Græciæ
2 Alexãder Magnus, † interim cum Macedonas ciuiliter, & cum veneratione tractauit, milites eius antiquiores, & Veteranos appellabat parentes, prosperè oĩa in eius Monarchia succedebant; Verum.
3 † cum erga eos, se ingratum ostenderet, propinatum ei venenum fuit, cuius præcipua causa fuit, quia post victoriã de Dario consequutã, eiusq; filiam in vxorem ductam, res belli paruipendere cępit,& se delitijs tradidit,& sic suimet, & magnitudinis suæ oblitus, vitam cum dolorosa morte commutauit. Tacit.item ait
4 in lib.12.Annal.† *Militares artes sunt per otium ignotæ*,& Thucydides lib.1.dicebat, q.
5 pax, † bello magis confirmatur; otium vero semper belli metum,& periculum coniunctum habet.Plutarch.in Epaminunda ait; quod Meneclides inuidens gloriæ illius suasit populo vt pacem haberẽt bello potiorẽ, cui Epaminun-
6 das respondit, † Fallis ciues tuos, qui otij nomine eos ad seruitutem vocas; Pax enim bello paratur, nec eam tueri licet, nisi ciues sint ad bellũ instructi. Alia quin etiã exẽpla similia adduci possent de alijs Principibus Gentilibus, & Christianis, idemq; euenit hisce temporibus, eò quod res militares non tantum in precio habentur,sed etiam tot vitæ periculis se exponere, sanguinemq; suum profun-
7 dere reformidẽt.†Duri enim belli tramites sunt, Redin.de Maiest.Princip.verbo,*non armis solum decoratam*, nu.68. to.16.tract.si non sit spes honoris, & præmij, cum multoties eueniat, vt exercituum salus consistat in honore, & robore alicuius militis. Taliter enim æstimabat eos Iulius
8 Cæsar,† vt eos commilitones vocaret,ac de strenuitate, & fortitudine laudaret,vt vltra Plutar.in vita illius.Exemplũ p̃stat Veteranus ille de quo Seneca lib.5.de benefic.c.24
9 qui circa Sucronem, † aquã in galea ipsi attulit siti confecto;præmiaq; Veteranis tribuisse narrat Suetonius in C. Iulio Cæsare c.38.& 67. dicens

cens, Nec milites eos pro concione; sed blandiori nomine Commilitones appellabat, habebatque tam cultos, vt argento,& auro politis armis ornaret simul, & ad speciē, & quo tenaciores in p̄lio essēt,metu dāni amissionis eorū.Diligebatq;eos,vsq; adeò, vt audita clade Tituriana, barbam,capillumque summiserit,nec ante dempserit,quā vindicasset, quibus rebus, & deuotissimos sibi, & fortissimos reddidit,vt refert Sanct. Thomas de Regim. Princip. cap.10.dicens, Quod si aliqui in hostium potestatem perueniebant, vitam post habebant, si condonabatur illis, sub conditione pugnandi,aduersus Cæsarem.

Quare omnes boni Principes, in honore habere debent milites, & res bellicas tanquam statuum suorum fundamentum: Quas res,cū altius mecum perpenderem, ausus sum illas, ea qua possū, ac debeo humilitate,ante clemētes S.R.V.Maiestatis oculos exponere, cum Cicerone
10 inquiens,†qui tanti momēti esse duxit punctum mouendi bellum,aut faciendi pacem quod noluit,neq; conueniens esse censuit, vt Iulius Cæsar alterius in eo opinionem sequeretur, vt constat ex oratione 1.de Repu. ordinanda, vbi Salustius ait, I*gitur quoniam tibi victori de bello,atq; pace agitandum est,hoc vti ciuiliter deponas, illa, vt quam iustissima, & diuturna sit, de te ipso primum, quia compositurus es, quod optimum factu est existima.* Et hoc concernit,quod Seneca tradit li. 10
11 Episto.72. *Magno† animo de rebus magnis iudicandum est, alioquin videbitur illarū vitium esse,quod nostrum est; sic quædam rectissima,cum in aquam demissa sunt speciem curui, præfractiq; visentibus reddunt animus noster, ad vera perspicienda caligat.* Cum quo excluduntur aliæ diuersæ opiniones, quæ non ad aliud se protendunt, nisi quo modo, aut inuentionis astu, S.R.V. Maiestas è dictis statibus excludatur, & eradicetur.

Et quemadmodum ficti, atque falsi amici magni illius
12 Regis Mithridatis† effecere, vt per plurimorum annorum interualla hinc indè per aspe

ros,& inaccessibiles mõtes saltusque oberraret, nullumque locum securitatis, vbi à tot laboribus paulisper quiesceret, inueniret. Eodem etiã modo illi S.R.V. Maiestatem per tot variorum, diuersorumq; consiliorum deserta circumducere studuerunt, vt per tã varios casus,& rerum discrimina peregrinaretur.

13 †Et quia finis cuiuslibet boni Principis esse debet pax subditorum suorum ex diuino præcepto Zachariæ cap. 8. & Psalm. 33. *Inquire pacem,& persequere eam*:& Marci cap: 9. Et habetur in cap. sit rector 43. distinct. & in proem. Decret:Rex pacificus,& Henric.Boich. in rub. de tregua, & pace,num.9. Aluarot. in cap.1. num.5 de pace tenen. Paris.consl.106. num.16.vol. 1.Camill.Borell.de præstant. Regis Cathol.cap.32.nu.83. & seqq.& capit. 54.num.18. Andreas Alciatus emblem. 177. vbi Claudius Minois in Commentar. Greg.Lop.in l. 9 titu. 1.p.2.glos 8. latè Prosper Farinac.in praxi crimin. part. 2. tomo primo, quæstio. 107.num.396 Andr. de Isernia in cap.Quoniam diuina num.3.de pace tenenda in vsibus feudorum, vt impleatur illud Isaiæ cap. secundo, *Et sedebit populus meus in pulchritudine pacis, in tabernaculis fiduciæ,& in requie opu-*

14 *lenta*, † Pax etenim est,quæ omnia coniungit,atque inter omnia concordiam,connexionemque, & gignit, & absoluit: Itaque omnia eam expectant Sacer Dyonis. in lib: de diuinis nominibus,latè Symancas libr.nono de Repub. cap.16. Cassiodorus libr. primo,variarum Epistol.prima, Oldrad.consi.94. Cardin.Alban.in leg.congruit numero vigesimo. ff.de Offic. Præsid. Elias Reusnerus lib.tertio,artis stratagemmat. cap.secundo,pag.478. Ludou.Montal. de reproba.sententiæ Pilati, versic. *vel secundo*, num. vndecimo, Michael de Aninio tractat.de vnitate ouil:& Pastoris cap. decimo, num. 14. M.Mantua. libro tertio, Po-

15 lymat.cap.6. † Nam vt dicebat Bartolom. Facius libro nono, Histor. *Non modo pax ipsa dulcis est, sed etiam ipsius nomen blandum, ac suaue. Hac enim agri, Vrbes, res priuatæ,& publicæ, hac regna con-*

constituuntur, & conseruantur. Marcus Tullius in orat. Philipp. 8. Symancas libro nono de Repub.cap. 16. Placidam siquidem pacem docent, sancta Christi instituta, qui pacificos prædicauit, beatos, quoniam filij Dei vocabuntur, Matth.capite quinto, Pacem enim in terras attulit ipse Deus pacis, & dilectionis cum venit in Mundum, & Angelico cantico illam nobis annunciauit, Lucæ secundo, & capite decimo, Pacem omnibus exoptandam edocuit Apostolos, cum aliquam intrarent domum. Hinc deniq; digressurus Discipulis suis pacem imprecatus est post Resurrectionis suæ triũphum, Ioann. capite vigesimo, Clichtoueus de Regis officio cap. 16. fol. 56. Vuarem. in meditam. pro fœderibus cap. secundo, numer. 94. & sequentibus, Petrus Gregorius libr. vndecimo, de Repub. cap. decimotertio, num. 6. Iason in proem. Digest. Ioann. de Platea in leg. vnica, C. publicæ lætitiæ, &c. lib. 12 Thomas Grammaticus in constitut. Regni Neapol. de cultu pacis, num. 4. & Diuus Augustin. de verbis Domini, capite octauo, ait, Quod pax est serenitas mentis, tranquillitas animi, synceritas cordis, amoris vinculum, consortium charitatis; Hæc est, quæ simulatas res tollit, bella cõpescit iras comprimit, superbos calcat, humiles eleuat, discordes sedat, inimicos cõcordat; cunctis est placida, nescit inflari, nescit extolli, hanc qui accipit, teneat; qui perdidit, repetat; Qui amisit, exquirat; Quoniam qui in eâ non erit inuentus, à Patre eradicabitur; à filio exhæreditabitur; à Spiritu Sancto alienus efficietur, nec ad hæreditatem Dei poterit peruenire, qui testamentum pacis noluerit obseruare. Hippoly. Rimi. in princ. inst de testam. num. 97. ait, post eundem D. Augustinũ de Ciuitate Dei, quod pax tantum sit bonum, vt in rebus humanis nihil gloriosius, nihilque delectabilius soleat audiri, concupi-
16 sci, vel possideri. † Iustum tamen erit, vt S.R.V. Maiestas fictæ huiusmodi paci, deniq; diffidẽs quam Demetrius toties sub falso prætextu sibi obtulit, magnitudini, ac strenuita-

tati fortissimorũ suorum Ducum confidat, vt fecit excellẽs ille Machabæus Ionathas 1.Machabæo.cap.10.qui recordabatur malitiosæ peruersitatis, quam Demetrius fecerat in Israel & quod tam grauiter eos afflixerat, amicitiã eius nequaquam acceptare voluit, nec illa, quæ pro obtinenda illa obtulerat; sed cõplacuit ipsi, & Israelitis de Alexandro, eò, quod eis fuerat Princeps sermonum pacis, ipsique auxilium ferebãt

17 cunctis diebus, † Nam præfati Duces semper fuerunt Populo Christiano Principes pacis, ne id sibi contingeret, quod Ionathæ qui fraudibus Thryphonis fidem adhibens exercitum suum dimisit, retentis tribus tantum virorum millibus, de quibus duo millia in Galilæam remisit, alios verò mille sibi reseruauit. Postquam verò Ptolomaidẽ ingressus esset, Ptolomenses clauserunt portas Ciuitatis, & comprehenderunt eum, & occiderunt omnes, qui cum eo ingressi fuerant; Tryphon quin etiam misit exercitum, & Equites in Galilæam, vt perderent omnes socios Ionathæ, & sic populus Dei magnam ex eo passus fuit afflictionem, vt habetur in dicto lib.1.Machab.cap.12.

18 † In dubia profectò spe lactor, quod Sacr. Reg. Vestra Maiestas hac via, paratoque tramite, absque vllo dubio iustum suum propositum assequutura sit, & quod periuris, & iniquis illis Rebellibus tandem eueniet, quod superbo illi Aman cum Rege Assuero contigit, qui eodem illum in loco, quem in necem Mardochæi præfixerat, suspendi iussit, vt habetur Esther cap.7.& 8.& in lacum leonum, in quem Satrapæ effecerunt, vt mitteretur Daniel, demum accusatores sui cum filijs, & vxoribus missi fuere, & ab ipsis Leonibus, vsque ad ossa consumpti, Daniel.cap.6.& 14.ita, vt non incomptè dicere possimus de S.R.M.Vestra quod Valerius Maximus in laudem Fuluij Flacci Proconsulis tradit lib.3.cap.8.§.1.*cuius constantia victoriæ quoque gloriam antecelluit. Quia si eum intra seipsum partita laude æstimes, maiorem punita Capua, quam capta reperies.*

Ma-

19 † Magnum profectò ditissimumq;sibi promittere à Deo Opt.Max.debet vt potest pręmium,dum S.V. Maiestas secum perpenderit,quod solum modo pro honore eius, & exaltatione Catholicæ Ecclesiæ pugnat,vndè vera spes,& indubitata victoria resultare potest, ideoque manus strenuè extendat necesse est, & aures adinuentionibus,& pacis tractationibus, q̃ nec diu duratura, & vniuersalis nequaquam futura est, omninò occludat;sed animo regio,ac generoso aduersarijs, ac Vasallis Rebellibus se se obuiam ferat, vt medijs tandem con uenientibus, sine quibus omne vincendi desiderium redditur vanum,gloriosam nan-
20 ciscatur victoriam; † Nam dicit Sapiens Prouerb. c.10. *Egestatem operata est manus remissa ; Manus autem fortiũ diuitias parat; Benedictio Domini super caput iusti, & memoria eius cum laudibus*;& c. 20.*noli diligere somnum,ne egestas opprimat*. & c.21. *Cogi tationes robusti semper in abũ dantia;Omnis autẽ piger semper in egestate est*.& cap.24. *modicum dormitabis pauxillũ manum conseres, vt quiescas, & veniet tibi quasi cursor egestas,& mẽdicitas quasi vir armatus* , & Ecclesiastici c. vigesimoquinto.*Filius remis-*
21 *sus euadet præceps* † Occasiones autem belli, non patiuntur dilationem, & si cum tẽporis opportunitate oblata, hostibus non occurritur inciditur filũ cogitationibus fortium,ac strenuorum Ducum, & exercituum,ex quo multoties fit, vt eorundem cogitationes,& stratagemmata,qui bus cum hostem circumuenire proposuerunt,impediãtur, & sic in vicem exoptatæ victoriæ, luculentissimis dolorũ testificationibus occasionem suamet culpa amissam lugere ac detestari cogantur,perpẽdentes, quod ob hostis astutiam, ac solertiam non facilè eisdem similis occasio offeretur. Plura enim negotia opportunitate magis occasionũ quàm viribus rectè confecta fuisse,testatur M. Tulli. apud Dionem lib.44. quod vt Isocrates in Panegy.aduertit,in bello præsertim locum habet. Quia vt ipse inquit,*semel*,ibi *neglecta occasio, non nisi summis discriminibus recupera-*

tur, quod haud bene obseruatum maximè offendisse Martianum aduersus Zenonem Imperatorem pro Imperio decertantem, testatur Nicephorus libr. 16. cap. 22. subdens formalia, & notabilia hęc verba; *Celerrima Aquila est tẽporis opportunitas, & occasio, quæ ad pedes aduolans capi à quopiam potest: Sin aufugiat in altum aerem, eos qui se persequuntur videt, neque vt ad*
22 *eos inducit in animum* † Et hoc est quod Demosthenes dicebat in orat. 4. ad Philipp. *Nunquã igitur propterea illi res aduersæ sunt, aut Reipublicæ prospera, multum certè abest. Cum enim ille sumptis post armis progreditur, omnes fortunas alacriter in discrimẽ adducens; Nos verò sedemus postquam alij æqua diximus, alij audiuimus, fit, vt facta orationibus anteuertant, & omnes curent, non æquitates, quascunque tandem nos diximus, aut nunc dicemus, sed ea quæ facimus oblatæ occasiones non admittunt pigritiam nostram, & moram. ità me Iupiter amet, & omnes Dij.* (dicebat Gentilis ille) *turpe, & indignum vobis, & authoritate ciuitatis, & rerum à Maioribus gestarum gloria propter vestrum ocium alios Græcos vniuersos obijcere seruituti, atque ego memori malim, quam huius consilij esse authorem. Estis sicut illi qui tempestatẽ maris quã sperant contemplantur, & vnusquisque preces fundit, ne ipse patiatur: Nullus autem curat ipsam præuenire.* Sic Li
23 uius ait lib. 22. Histor. † *Audendo, & laborando creuit Respub. Romana Hisce tardis, & segnibus consilys; Nam timidos appellamus cautos*, Eodem etiam modo possum ego dicere S. R. V. Maiestati, quod audente, & laborante hac nobili, & strenua Bellatrice (sic
24 enim Hispaniam † appellauerunt Antiqui) creuit viribus ensis, & lanceæ, gloriosæ huiuscè Monarchiæ magnitudo in maius etiam augmẽtum, quam Romanorum. Et licet verum sit, vt & esse refert Velleius Paterculus dict. lib. 2. Histor. Quod soli Hispa-
25 ni † inter omnes Mundi Nationes, in stateram, ac dubiũ posuerũt Imperij Romani stabilitatem, & quod per integrum quinquennium rectè

diju-

dijudicari non potuit, qui for tiores eſſent, Hiſpani an Romani eò, quod Hiſpanos non
26 † aliâ ob cauſam victos fuiſſe conſtiterit; quã quod partialiter, & in parua dominia diuiſi fuerant, & quod Hiſpania ante quam ſubiugatã fuit nequaquam agnouit ſuam potentiam, dum enim ſinguli pugnabant, vniuerſi vincebantur, vt euenire ſolet, teſte Tacito in Agricola, Ann. Robertus lib. 2. rerum iudic. cap.
27 11. † Et ſi audire volumus Iuſtinũ lib. 44. teſtatur Hiſpanos Magno Virlato Duce, Romanos, per ſpacium decẽ annorum, varijs vbique victorijs fatigaſſe memorãt, Petr. Gregorius lib. 19 de Repub. cap. . num. 19. Patritius lib. 3 de regno cap. 6. Camill. Borrel. de præſtan. Regis Cathol. capit. 82. num. 17. Illũm tamen non iudicio Populi electum; ſed vt cauendi ſcientẽ, declinandorumque periculorum peritum, ſequuti ſunt.
28 † Quocirca S. V. R. Maieſtas, abſque vllo dubio fidere poteſt nationi tam robuſtæ, ac ſtrenuæ, & fideliſſimis ſuis Vaſallis Hiſpanis, qui vitam, honorem, vxores, filios & ſanguinem, pro ſalute, & propagatione Patriæ, pro fide Catholica, & Regnorum S. R. Veſtræ Maieſtatis conſeruatione, profundere præſtò ſunt, atq; ex animo ſuſpirant, ac proindè primatum rerum, bellorumque gerendorũ ſummã, eiſdem liberè cõmittere poſſe quis dubitat? Inuictiſſimè ergò Rex, cauſam tuam agere, nõ vlterius differas, vt Monarchiæ tuæ tam præclaræ, iniquos illos Rebelles perdomitos, magnitudini tandem tuæ ſubijcias. Non enim tuã tantùm; ſed Dei etiam, & Eccleſiæ Catholicæ cauſã acturum tibi perſuade, vt iuxta illud Pſalmiſtæ Pſalm. 43. *Gloriam regni tui dicant, & potentiam tuã loquantur*: cuius meminit Carol. Degraſſal. li. 1. Regal. Franciæ, ſperandum enim nobis eſt, quod dum exercitus Catholicus nomen Chriſti in cordibus inſculptũ tenet, procul dubio, terræ motus huiuſcè inconſtantis, & fluctuantis Antiochiæ, tandẽ ſedetur, vt ſcribit Nycephorus lib. 17. cap. 3. contigiſſe Ciuitati illi, quæ poſteà Theo

29 polis † appellata fuit, cum Imperator Iustinianus, supra domorum illarum portas inscribi iusserat has literas; *Christus nobiscum, state*: Si enim Deus pro nobis, quis contra nos? Diu. Paulus ad Rom. cap. 8. Sicut etiam eue
30 nit filijs Israel, † Exodi cap. 12. Nam vt ipsorum primogeniti seruarentur, cum Aegyptiorum primogenita peritura essent, iussum fuit, vt limen sanguine agni tingerēt, & hyssopo aspergerent, & super liminare, & vtrumque postem cap. Ecclesiasticarum vbi glo. dist. xj. cap. quid sit sanguis de consecration. dist. secunda.

SVMMARIVM.

1 *Dominia ex nulla alia re magnificētiora reddūtur quā ex religione.*

2 *Constantini Magni de Christiana Fide, vbiq; obseruanda, edictum.*

3 *Theodosij Magni morientis ad filios de vera pietate colenda iussus.*

4 *Pietas in Deum Regnorum immobile est fundamentū ex Diuo Cyrillo.*

5 *Valentiniani, & Theodosij cōstitutio de Catholicæ fidei obseruantia.*

6 *Iustiniani eiusdem rei strictū mandatum.*

7 *Religio tutior est Regnis quā arma.*

8 *Religione, & fortitudine simul iunctis Regna tutissima efficiuntur.*

9 *Impius nemine persequente fugit, iustus semper est sine timore.*

10 *Victoria diuina consequi non potest ab ijs, qui Deum offendunt.*

11 *Victoriæ in bello non fortitudine, & multitudine, sed diuino auxilio consequuntur.*

12 *Iudæ Machabæi ad suos milites pia, & fortis exbortatio.*

13 *Dominiorum, & victoriarū collationem Deus sibi reseruat.*

14 *Ionathæ ad suum armigerum de diuina prouidentia elegans dictum.*

15 *Dei potentia ab humana lōge differt, ex Plutarco.*

16 *Lucani eadem de re sententia.*

17

ARGVMENTVM.

Religio quæ commoda Reipublicæ afferat, Deumque iustis victoriam frequentius tribuere, & de peccatorum discriminibus, regnaq; ex quibus causis de gente in gentem transferãtur, & de vtilitate regiminis Monarchici, & rebellium dedecore. ad quid etiam instituti Reges

ges, Deumque præſtò eſſe illum recto corde colentibus.

CONSIDERATIO XXII.

1
Ertum † eſt, quod nulla alia res magis illuſtrat, aut magnificentiora reddit regna,& dominia,quam religio: Epiſtola inter claras,C. de ſumm. Trinit.& fide Catholica.Balduinus in prolegomena de iure ciuili pag.75.& ſeq.Clemens Papa lib.1.conſtitut.Apoſtol. vbi ait, *Lege Regum libros, vt intelligas, quot Reges qui iuſtè vixerunt,eos à Deo auctos fuiſſe, & ijs promiſſionem vitæ æternæ apud ipſum permanſiſſe; Quot verò Reges defecerunt à Deo, rebellione ſua breui tempore interijſſe, iuſto Dei iudicio,& vita eos priuatos fuiſſe,& pro requie,æternũ*
2 *ſupplicium conſequutos* † Sozomenius libr.1.Hiſt. Eccleſ. c.8.vbi ait,Quod Conſtantinus Magnus edicto publico mandauit,vt omnes Religionem Chriſtianam colerent & diuinum Numen ſtudiosè venerarentur. Nam qui in eo diligenter colendo ſtudium ſuum ponerent,his bona omnia affluenter ſuppetere ſolere;& quacunque ſpe bona inirentur, ex ſententia ſuccedere. At qui in Deo Optim. Maxim.non adorando delinquerent,res omnes, & publicè,& priuatim in bello, & in
3 pace euenere infeliciter † Nicephorus lib.13.Hiſto:Eccleſiaſt. c.1.refert, Quod Theodoſius Imperator Maximus, in agone mortis, filijs ſuis nil aliud mandauit quàm,vt veram pietatem integram ſeruarent,per quam eos aſſeuerauit pacem habituros, & bella ſopituros,& trophęa reportaturos, & victoriã à Deo
4 conſequuturos eſſe, † D.Cyrillus in lib.de recta fide ad eundem Theodoſium, dicens *Glorioſa in Deum pietas, regijs honoribus immobile fundamentum eſt; Impij autem Reges miſerè,ac mali,malè pereunt; Contra verò pietatis cultores ſine labore vincere ſolent & aduerſarijs præualere.*Euagrius lib.1. Eccleſiaſt.
5 Hiſtor.cap.1. † Imperatores

Va-

Valentinianus, & Theodosius in Nouellis Theodosij titu. 2. dicentes, *Inter cæteras sollicitudines, quas amor publicus peruigili cogitatione nobis indixit, præcipuam Imperatoriæ Maiestatis curam esse perspicimus, veræ religionis indaginem, cuius si cultum tenere potuerimus iter prosperitatis humanis aperimus inceptis*. Ijdē Imperatores Episto. 17. inter Cyrilli Epistolas, *A pietate*, aiunt, *quæ in Deum est*, Reipub: *nostræ constitutio pendet, & multa vtrinque est cognatio, & societas: Cohærent enim inter se, & altera alterius crescit incremento; ita vt vera religio iustitiæ studio: Respublica verò ab vtrisque adiuta
6 resplendeat*; † Theodosius, & Valentinianus in Epistola ad Dioscorum. Iustinianus de conceptione digestorum. Iu-
7 stinus † lib. 11. Histor. ait de Mida Rege quod Phrygiam religionibus impleuit, quibus tutior omni vita, quàm armis fuit. Biesius libr. 4. de Repub. Osorius in Epistola ad Reginam Angliæ, D. Thomas li. 2. de Regimin. Princ. cap. vltim. D. Basilius Magnus concione 8. in Psalm. 32. Symanc. de
8 Repub. lib. 3. cap. 8. † Hinc dicebat Cardin. Baron. tom. 10. Annal. Anno Christi 950. Quod simul iunctis religione & bellica fortitudine, semper accidere consueuit, vt hostes cedant, cunctaque alia benè succedant. Vinc. Gramig. libr. 1. de regimin. Tyrannico capit. 5.

Postremò considerandum est, quod pugnatur contra violatores diuinarum, & humanarum rerum, † & vt ait, Salomon Prouerb. capite 28. *Fugit impius nemine persequēte; Iustus autem, quasi leo cōfidens, absque terrore erit*. Et Iosue cap. 1. dicitur, *Confortare, & esto robustus, noli metuere, & noli timere, quoniam tecum est Dominus Deus tuus, in omnibus ad quæcunq; perrexeris*. Card. Bellarm. lib. 2 in vita S. Iosue pag. 182.
10 † Quis enim ignorat, ait Biesius, libr. 4. de Repub. capit. 7. quin victoria diuina quædā res sit, quam consequi nunquam debeant ij, quibus ob scelera Deus sit infensus. Videmus igitur optimos quosque ea semper esse facillimè potitos, legimus in historijs, frequentissime multos

tos viros fortes à paucis, nec adeò bellicosis esse superatos. Quid ita? Quia sic Deo visum fuit, qui, vt omnis fortitudinis vnicus author est, sic alios animosos, alios timidos reddit interdum gladios hominibus fortibus excutit; interdum timidiorum manus
11 ad ictum confirmat; † Verissimum igitur illud est apud Xenophontem libr. 3. de Pædia Cyri, victoriam nec multitudine, nec fortitudine parari; sed qui freti Dijs immortalibus animosius hostes inuaserint, eos in prælijs esse superiores, Fracherta de rat. status, & belli discursu 56.
12 † Exemplo sit pia, & fortis illa exhortatio Iudæ Machabæi ad suos, de qua lib. 1. Machabæor. cap. 3. *Facilè est concludi multos in manus paucorum, & non est differentia in conspectu Dei liberare in multis, & in paucis; Quoniam non in multitudine exercitus victoria belli; sed de cœlo fortitudo est, ipsi veniunt ad nos, in multitudine contumaci, & superbia, vt perdant nos, & vxores nostras, & filios nostros, & vt spolient nos; sed nos pro animabus nostris pugnamus, & pro legibus nostris, & ipse Dominus conteret eos ante faciem nostram* Et Paulò post; *Erigamus deiectionem populi nostri, & pugnemus pro populo nostro, & San-*
13 *ctis nostris*: † Nam vt Propheta canit Psalm. 44. *Dominus manu sua Gentes expellit, populos conterit, per hũc hostes nostros cornu petamus, huius freti Numine conculcemus insurgentes contra nos;*
14 † Huic soli, vt Ionathas ad Armigerum suum dixit, 1. Regum cap. 14. *Non est difficile saluare, vel in multis, vel in paucis*: quinimo, vt vir ille Dei ad Amasiam loquitur 2. Paralip. 25. *Si quis in robore exercitus sui bella consistere putat, Deus eum in manus hostium tradet.*
15 † Quippè cuius solius est, & adiuuare, & in fugam conuertere; dicitur enim Prouer. cap. 21. *Non est sapientia, non est prudentia, non est consiliũ contra Dominum*. Homerusque libro 6. Iliados dixit. *Penes Deos autem est cui velint indulgere victoriã*, & Phalaris epist. 38. Cathanijs ipsos minatus dixit. *Indicam autem vobis bellum, non tam meam,*

quam

quam Deorum gratia in quorum manibus est seruare omnia, & perdere : Et profectò si Plutarcho credimus in Coriolano pie , & grauiter asserenti. Dei potentia longè est alia, quam nostra, quippe quę nullo pacto humanæ potentiæ, vel naturæ, vel motu, vel arte , vel viribus est æquiparanda, Reusner. libro 2. artis
16 stratag. c. 2 † Vnde Lucanus lib. 7. Pharsal. dixit.

Causa iubet superos melior sperare secundos

Et Propertius lib. 4. Eleg. 6.

Frangit, & attollit vires in milite causa
Quæ nisi iusta subest excutit arma pudor.

Iustus Lipsius lib. 5. ciuilis doctr. cap. 3. Onosander in stragetico cap. 4. Camill. Borell. de præstan. Regis Catho. cap. 32. num. 97. Bartholom. Philippus tractat. de consil. & Consiliarijs discur. 14. nu. 6. l. 2. titu. 23. par. 2. Et 1. Reg. c. 2. dicitur, *Non in fortitudine sua ; sed Dei roborabitur vir.* Nam fortitudo à Deo est Psalm. 28. vers. 9. Daniel 2. vers. 20. Exodi 15. *Fortitudo nostra Deus*, Neemiæ cap. 8. *Etenim Dominus est fortitudo*
17 *vestra*, † Hic Achior Iudith. c. 5. Dixit Holoferni Principi militiæ Assyriorũ, vt perquireret si esset aliqua iniquitas & peccatum Hebræorum in conspectu Dei eorum, & tũc posset ascendere ad illos, quoniam traderet eos , vt subiugati essent sub iugo potentiæ suæ; si verò non esset offensio populi huius coram Deo suo, non posse illis resisti; Quoniã Deus illorũ defenderet eos , & inimici illorum futuri essẽt in opprobrium vniuersæ Ter-
18 ræ; † Nam vt Iustinus ait libro 1. Histor. *Quanto grauior offensio Dei est , tanto nulla sunt hominum aduersus Deũ*
19 *vires*; † Et sicut ait D. Thomas lib. 3. de Regim. Princip. c. 8. Peccatum efficit populos in miserias, & calamitates incidere ; vnde Horat. dicebat lib. 3. ode 6.

Di

Dij multa neglecti dederunt
Hesperiæ mala luctuosa.

Lips. in notis ad lib. 1. ciui. doctr. cap. 3. imò in eisdem Imperatoribus, & Principibus Gentilibus idem S. Thomas probat, quod vitia, & peccata efficiebāt, vt honore prius amisso miserabiliter demum, è thronis, & sedibus suis ceciderint, multoque magis, si Principes Christiani in eadē peccata inciderint, capite si Gens Anglorum, vbi glos. fin. distinct. 56. Oldrad. consi. 72. Pineda lib. 18. Monarch. Ecclesiast. cap. 3. §. 5. Paris de Puteo tract. de syndic. verbo *An liceat* cap. 3 nu. 9. & idem procedit in Regnis, & Prouincijs, vt de Italia tractātes quę Prouinciarum Domina solebat dici, vt per Rayneriū de Foroliuio in lege etiam conditionis §. qui in Italia nu. 1. ff. de manumiss. vindicta, & Hieron: de Monte de finibus regund. cap. 4. nu. 7. Martin. Laudens. de priuileg. quæstione 20. Hieron. Præuidell. tracta. de peste, & eius priuilegijs §. ad complementum nu. 1. nominatim tradit. Idem Præuid. authoritate Baldi in leg. ex omnibus num. 1. ff. de offic. præs. vbi notabilia hæc verba reliquit scripta, *Italia non dicitur Prouincia, quia Domina Prouinciarum. Hodie verò est pessima, & minima Prouinciarum propter partialitates quæ vertuntur in ea, & est pauperrima Prouincia, propter peccata hominum in ipsa habitantium, quia hodiè in ipsa multi mali homines reperiuntur, prout manifestè apparet. Et dicitur quod Italia est bona Prouincia, & benedicta; sed Italici maledicti sunt, & pessima gens reperitur MCCCCVIII.* *Baldus* à quo idem sumpsisse videntur Archid. in cap. non vos 23 quæst. 5. Alberic: in l. 3. C. sine censu, vel reliquis Lancellott. Polit. de substitu. 7 quæst. princ. part. 6. numer. 4. & si authores præfati loquantur de illo seculo forsan declinante contrarium dicturi si in præsens seculum incidissent, in quo Italia religione, pietate, & alijs virtutibus claret.

20 † Quod autem ex aduerso

Deus

Deus Principes etiam Gentiles, qui opera pietatis, & iustitię exercebant in hoc mũdo exaltaret, exemplum præstat Cyrus de quo Esaiæ c. 44. dicitur. Qui dico Cyro, Pastor meus es, & omnem voluntatem meam complebis, & cap. 45. *Hac dicit Dominus Christo meo Cyro, cuius apprehendi dexteram, & subijciam ante faciem eius Gentes, & dorsa Regum vertam, & aperiam cum eo ianuas, & portæ non claudentur: Ego ante te ibo, & gloriosos terræ humiliabo, portas æreas conterã, & vectes ferreos confringam, & dabo tibi thesauros absconditos, & arcana secretorum, vt scias quia ego Dominus, qui voco nomen tuum Deus*
21 *Israel.* † Et sicut fecit Romanis, quibus maximas victorias, & amplissimum Imperium tribuit propter virtutes morales in eis florescentes, vt ex Diu. Augusti. tradit Ioan. Botero. lib. 1. dictorum memorab. pag. 48. quorum Monarchia consumpsit alias, vt prædixit Daniel cap. 2. in quarto regno ferreo. Petrus Gregor. lib. 6. de Repub. cap. 13. num. 24. Nam sicut ferrum comminuit, & domat omnia, sic Romanorum Regnum alia comminuit, contriuitque antequam vitijs, & priuatis affectibus corruptum fuit Daniel cap. 11. Machab.
22 1. cap. 4. & 8. † Nam ex his transferuntur regna de gentem in gentem, & ab vna generatione ad aliam 2. Regũ cap. 3. & 3. Reg. capit. 11. & 14. & lib. 1. Paralip. cap. 10. Daniel c. 4. & 6. Aggæi cap. 2. Ecclesiastici cap. 10. *Regnum de gente in gentem transfertur propter iniustitias, & iniurias, & contumelias, & diuersos multorum dolos,* cap. si de rebus 23. quæst. 7. Caro: Degrassal. libr. 1. regal. Franciç iure 1. pag. 10. vt contigit Regi Balthasari Babyloniæ Monarchæ qui propter peccata sua vidit manum scribentem in pariete aulæ regiæ occultis quibusdam characteribus, mortem, mutationem, & translationem regni eius ad Medos, & Persas, vt interpretatum fuit à Daniele
24 cap. 5. † vbi refert quid euenerit Nabuchodonosori Babyloniæ Regi quando eleuatum fuit cor eius ad superbiam, nam depositus postea

stea fuit de regio solio regni sui,& gloria eius ablata sibi, & habitauit cum bestijs donec recognouit Deum. Ibidē cap.4. & ibi D.Hierony. relatus in cap. quamobrem.68 de pœnit.distin.1. Bartholomæus Philipp.de Consilio, & Consiliarijs discursu 16. numer.2.

25 † E contrario autem,maxima cum fœlicis exitus spe, atque confidentia bellum acceptatur à Principe Christiano, quādo pro causa Dei pugnaturus est; sic Deuteron. cap. 20. scribitur, *Si exieris ad bellum contra hostes tuos, & videris equitatus, & currus, & maiorem quam tu habeas exercitus multitudinem, non timebis eos: Quia Dominus Deus tuus tecum est:* †

26 Nam vt dicebat Ioannes Comnenus referente Nicæta Choniate in Annalibus, ei,qui pro populo Christiano arma circumfert, Deus æternam hæreditatē tribuit, quam mansueti, atque Deo accepti consequuntur, qui manibus eius robur, & vires addit,contra populos qui bellis student, quique sacrosanctum nomen Dei nostri non

27 inuocant. † Quia vt Demosthenes ait, in orat. de falsa legatione. Veritas est potens, contrarium infirmum, conscientia proditionis eripit audaciam,linguam reprimit,obturat os, angit,silentium im-

28 ponit;† Proindè nequaquam dubitandum est, quin Deus Opt.Max. Sac.R.V.Maiestati robur,vires,& gloriosam tandem victoriam contra peruersum hunc Aquilonem cōcessurus,sit de quo Sacra Scriptura loquitur Ieremiæ c. 1. *Ab Aquilone pandetur omne malum*. Et cap. 4. 6. & 15. Zachariæ cap.2. O, ò, *fugite de terra Aquilonis, dicit Dominus, quoniam in quatuor Ventos Cœli dispersos vos dicit Dominus*, Et Sophonias Propheta cap.2. ait, *Extendet manum suam super Aquilonem, & perdet Assur, & ponet spetiosam in solitudinem, & in inuium, & quasi desertum, & accubabunt in medio eius Greges omnes bestiæ Gentium*. Ezechielis cap.26 Zachariæ cap. 6. Vbi Propheta ait, quod conuersus leuauit oculos suos, & vidit quatuor quadrigas egredientes de medio duorum montium, &

in quadriga secunda, erant equi nigri qui egrediebantur in terram Aquilonis, & Dominus vocauit illum di-
29 cens, † *Ecce qui egrediūtur in terram Aquilonis, requiescere fecerunt spiritum meum in terra Aquilonis,* siuè Septentrionali, ac si diceret diuinus Propheta. Ecce egrediuntur Hispani isti fortes, vt alios fideles iuuent, adhoc, vt requiescat Religio, & Ecclesia Catholica in dictis statibus Septentrionalibus, & in terris eorum, quæ iampridem turbata fuit, & absque quiete
30 incedit inter eos, † nisi prò parte Austriacæ domus foueantur, protegantur, & conseruentur, vt illud Ezechielis verificetur cap. 27. *Ventus Auster contriuit te in corde maris.* Daniel cap. 11. *Et confirmatur Rex Austri, & de Principibus eius, præualebit super eum, & dominabitur ditione.* Habacuc cap. 3. *Deus ab Austro veniet.* Sunt enim isti de quibus Propheta Isaias cap. 60. ait, *Minimus erit in mille, & paruulus in Gentem fortissimam.* Et Habacuc cap. 1. *Et ipse de Regibus triumphabit, & Tyranni ridiculi eius erunt; ipse super omnem munitionem ridebit, & comportabit aggerem, & capiet eum, tunc mutabitur spiritus, & pertransibit, & corruet, hæc est fortitudo eius Dei sui.* Nam si ita est, & in Deo firmam spem habet positam, nequaquam dubitandum est de fælici euentu, & gloriosa victoria, sicut Dominus Populo suo dicebat. Leuit. capit. 26. *Persequimini inimicos vestros, & corruent coram vobis, Persequentur quinque de vestris centum alienos, & centum de vobis decem millia. Cadent inimici vestri gladio in conspectu vestro.* Guillelm. Rossæus in epist. dedicat. libri de iusta Reipublicę Christianæ in Reges impios, & hæreticos authoritate. præsertim si iniqui illi Rebelles, & Tyranni intellexerint, quod S. V. R. Maiestas exercitui suo
31 dixerit; † præclara illa fortissimi Iudæ Machabęi verba qui gloriam populi sui dilatauit, & induit se lorica sicut Gigas, & succinxit se armis bellicis suis ad prælia, similis factus est Leoni in operibus suis; & sicut catulus leonis rugiens in venatione, cum

caſtra mouit, & illa collocauit ad Auſtrum ait, *Accingimini, & eſtote filÿ potentes, & eſtote parati in mane, vt pugnetis aduerſus Nationes has, quæ cõuenerunt aduerſus nos, diſperdere nos, & ſancta noſtra, quoniam melius eſt nos mori in bello, quam videre mala gentis noſtræ, & ſan-*
32 *ctorum*; Machab.lib.1.c.3. † & quod Dominus dixit Moyſi Numer.cap.25. *Tolle cunctos Principes populi, & ſuſpẽde eos contra ſolem in patibulis.* Idem occurit Oſeæ Prophetæ cap.5. *Principes Iudæi ÿs ſimiles fuerunt, qui terminum mouent.* Itaq; *iram meã, aquæ inſtar in eos effundam*; *Ephraim verò conteretur in iudicio, quia impia mandata*
33 *ſequutus eſt*. † Et fortitudo Rebellium erit, vt fauilla ſtuppæ, & opus illorum quaſi ſcintilla, & ſcindetur vtrumque ſimul, & non erit qui extinguat, Iſaiæ capite ſecundo.

34 † Hoc eſt quod protulit D. Paulus 1. ad Timoth. cap.5. *Peccantes coram omnibus argue, vt cæteri timorem habe-*
35 *ant.* † Et ne eueniat id qđ præuidet Sapiens Prouerb. cap.11. *Quod vbi non eſt Gubernator populus corruet*, Adã Keller.li.2.de offic. iurid. politici.cap. 1.nec ob aliud Philipp.Cominæ.lib.3 commen. pag.151. aſſerit, Parum eſſe præſidij poſitum in promiſcua multitudine, niſi contineatur aliqua neceſſitate, & imperio. Atque ideò inter ſigna deſolationis Regni Iſrael illa data ſunt à Deo. lib. Paralipom.2.cap.15.verſicul.3. *Tranſibunt autem multi dies in Iſrael abſque Deo vero, & abſque Sacerdote, & abſque Doctore, & abſque lege*, vt obſeruat Petr. Gregorius lib. 24. de Republic. capite ter-
36 tio,num.6. † Mundus enim opus habet Regibus, ad ſui regimen, vt ex plurimorum ſententia tradit Couarru. lib. practic.quæſt.capi.1. num.3. latè Symanc.lib.3. de Republi.cap.4. Ideoque Sac.R.Veſtra M. conſiderare debet id, quod Chriſtus Dominus docet, Lucæ capi. decimonono, *Verumtamen inimicos meos, illos qui noluerunt me regnare ſuper ſe, aaducite huc & interficite ante me.* Non loquar fortiſſimi Duces, de deſtructione inimicorum meorum

qualitercumque; sed de crudelioribus illis hostibus qui noluerunt me regnare super eos,quos coram se adduci iubet Deus,& occidi ante oculos suos, vt sic de ipsis iusta sumatur vindicta. dicitur enim Psalmo 17. *Persequar inimicos meos, & comprehendam eos,& non conuertar donec deficiant*, & habetur in cap. si Ecclesia 23. quæstio. quarta.

37 †Cum igitur Christus, Dux verus cœlestis militiæ, & agnus mansuetus humani generis,qui semper nobis, pacē, & concordiam prædicauit, vt qui eam inter Angelos,& homines stabilire curabat.Lucæ cap.2.10.19. & 24. Ioannis cap.20. D. Paulus ad Ephesios capite 2.& ad Romanos cap. 5. & 12. hunc rigorem aduersus Rebelles insinuauit esse seruandum. Iustum igitur erit, vt quilibet Princeps ab hac regula minimè disce dat,aut aberret; præsertim

38 S.R.V.M.Catholica, † quæ in omnibus suis actionibus,tā externis, quam internis, vestigia Christi imitari suspirat, qui Prophetæ Samueli dixit 1.Reg.cap.8. Annuntiaret, populo Israelitico labores,in quos incidere debebat, propter inordinatam instantiam petendi Regem, dicente tamen Domino; *Non enim te abiecerunt, sed me;ne regnem super eos*.

Cur ergò dubitabimus, q̄ status Belgici Rebelles, ante oculos Dei exosi non sint,qui non solum Regem petunt;sed etiam à legitimo eorundem Rege tā pio,iusto, ac religioso, recedere non erubescunt, diuagantes, iniquis libertatis habenis, per orbem circularem, peccatorum suorum,turpissimorumque sacrilegiorū, quibus contaminati sunt, & discedunt à Deo Creatore suo, & Sacræ Catholicæ Ecclesiæ suæ præceptis, in desolationem propriam, ac filiorū suorum, secundum Diogenis sententiam licet Gentilis viri, referente id Ioanne Stobæo serm. 46. de regno,vbi

39 inquit, † Regnum esse rem diuinam, nec aliam maiori laude dignam, quàm Imperium,& Regnum; Quia demum necesse est,vt aliquis in Rebuspub: sit superior, Rex, & caput,vt sapientiores Philosophi docent, Euripides in Ar-

Archelao: Herodotus in Thalia: Seneca lib. 2. de beneficijs Claudianus li. 7. Dio Cassius lib. 44. Auerroes tractatu 3. in libros Platonis, & de Repub. Euseb. in orat. de laudibus Constantini: Georgius Gemistus orat. 2. de rebus Pelopones. D. Gregor. Nazianz. orat. 3. de Theologia: Pius II. in Bulla Retractat: Boer. tractat. de custod. clauium n. 71 Ioann. Anton. Rubeus consil. 133. Symancas lib. 3. de Repub. cap. 1. & 2. quo in proposito ait Cicero lib. 3. de legi-
40 bus, † Quod nulla res alia iuri, & conditioni proprior sit quàm imperium, & gubernatio, sine qua nec domus vlla, nec ciuitas, nec gens, nec hominum vniuersum genus stare, nec rerum natura omnis, nec ipse Mundus potest: Symanc. dicto cap. 1. num. 7. & 8. Mencha. in præfat. libri 1. controu. illust. num. 119. & 124. Ioan. Stobæus Sermo. de Republ. 41.
41 † Et vt vlterius progrediamur ad ea, quorum notitiam habemus, & ex vniuersali experientia patet, quod omnis antiquitas, Regibus suis semper, & vbique obedientiam præstitit; Bald. in tracta. schismatis col. 10. vers. *& est notandum*. Oldrad. cons. 69. col. 2. in fine. Maranta de ordin.
42 iudic. 3. p. nu. 3. † Præsertim Belgicæ Prouinciæ quę superioribus suis, semper obedierunt à Iulio Cæsare, & alijs, vt Annales ipsarum testantur, & Cornejus in Histo. bellorum sui temporis, & Hieronymus Conestagius (*etiam si in omnibus aduersus Hispanos partialis*) lib. 1. Hist. pag.
43 4. † & quia Baldus ait, in l. decernimus num. 2. C. de sacrosanct. Ecclesijs, quod Prouinciæ quæ consueuerunt obedire, & regi per Principes, & Reges, debent esse sub eorum dominio naturali, idest, de iure Gentium l. ex hoc iure, ff. de iustit. & iure. Et si alius accipit ibi dominium, contra voluntatem Regis, vel Principis ille est Tyrannus;
44 subiungitque num. 4. † Quod quicunque sub iuramento fidelitatis, est de iurisdictione alicuius; non potest illam prorogare in alterum Iudicem, Dominum, vel Populũ; nisi Domino suo consentiente, vt in tit. de prohibita feudi alienatione per Fridericũ

cap.

cap. Imperialem, §. final. glos.
quæ incipit, *l. qui alias*, super
verbo *duos*, Bartol. in lege
prima, numer. 2. ff. de iudic.
45 † Non secum perpendunt,
mentis impotes, quod non sit
aliud Respublica, vt Seneca
ait, li. de clementia, c. quarto,
quam paruulis onus graue, &
violentia crudelis; si tolleretur vita, & anima regiminis,
46 & imperij, † cum Princeps,
vinculum sit, cum quo Respub. cohæret, R*ege incolumi-*
mens omnibus vna est; Amisso, rupere fidem, constructaque
mella. Diripuere ipsæ, & crates soluere fauorum, ait Poeta in lib. 4. Georgic. Symanc.
lib. 3. de Repub. cap. 4. nu. 14.
Et illi magis conuenit Reipublicæ salutem tueri, l. nam salutem, ff. de offic. Præfe. vigil.
Annæ. Robertus lib. 2. rerum
iudic. cap. 11.
47 † Principe existente, populus Israeliticus bene se habuit
eo autem mortuo, sine illo
pessimè; vt exemplis sumptis
ex libro Iudicũ, c. 2. & seqq.
tradit Pet. Greg. li. 5. de Rep.
c. 3. n. 27. & li. 13. c. 1. nu. 27.
48 põderãs c. 17. Iudic. † dũ reddit rationem, quare tam facilè Micha incidit in idololatriam, & fecit sibi Idola, &
Sacerdotem, & ædiculas sacratas eis. *In diebus*, inquit,
illis, non erat Rex *in Israel*.
Sed vnusquisq; quod rectum
sibi videbatur, hoc faciebat. &
idem repetitur cap. 18. & vl-
49 timo in fine † cum ad istum
finem, Reges fuerint instituti,
vt puniant, & reprimant effrænatam malorum audaciã,
vt Bartolus ait, in dicta lege
ex hoc iure; Plato lib. 3. de
50 legibus; † N*ibil porro* (ait)
tàm aptum est ad ius, conditionemq; Naturæ, quàm imperium, sine quo nec domus vlla, nec Ciuitas, nec gens, nec
hominũ vniuersum genus stare, nec rerum natura omnis,
neq; ipse Mundus potest. Marcus Tullius lib. 2. offic. dũ ait,
51 † *Mihi quidem non apud Medos solùm*, vt ait Herodotus;
Sed etiam apud Maiores nostros, seruandæ iustitiæ causa, videntur olim bene morigerati Reges constituti: Nam
cum premeretur inops multitudo ab his, qui maiores erant,
opus fuit capite, & Gubernatore, qui eos in æquabilitate
contineret. Symanc. lib. 3. de
Repub. cap. 4. Et fuit sententia D. Isidori lib. 3. de summo
bo-

bono cap.47.vbi ait, *Principes, Regeſque electi ſunt, vt terrore ſuo populos à malo coercerent, atque ad rectè viuen-*
52 *dum legibus ſubderent,*† Hieron. Vida lib.2.de Reipub.dignitate: *Imperium Gentium,* ait, *initio delatum fuit ad vnum,iuſtum ſimul, & ſapientiem habitum, vt ille præeſſet cæteris, exiſteretque vnus in Ciuitate, iuſti, & æqui cuſtos, ac vindex; quæ ſunt firmiſſima vincula Ciuitatum, gereretque vnius Ciuitatis perſonam, & communi vtilitati ſeruiens, ciues ſibi ſubiectos æquitate, & fide defenderet; eſſetque cæteris virtutis ſpecimen.* Oſorius lib. 7.
53 de Regis inſtit. ait, † *A principio Reges creatos,vt miſeros, & afflictos à tyrannidis crudelitate liberarent, & vt iudiciorum ſeueritate ſcelera coercerent,& vnicuique quod ſuum eſſet tribuerent, & vim hoſtium propulſarent.* Symancas dicto cap.4.nu.11. & 12.

Haud quaquam dubium eſt,quin Deus Opt. Max. vbi fidem ſacram indubiam,ſpem firmam in Ducibus, ac militibus hiſce agnouerit; iuſtos illorum conatus fouere,ac gubernare, promptiſſimè futu-
54 rus ſit,† vt cum Rege Abia Paralipom: cap.13. contra Rebellem illum Ieroboam, & inſolentem eius exercitum, tot ſuperſtitioſorum virorum filiorum Belial, dicere queat; de quibus dici poteſt, quod Elias Achab Regi reſpondit, quod ipſi ſunt, qui Ieruſalem ſua rebellione turbant;Qui à Domino ſuo ad hoſtes,à Deo vero,ad Deos alienos, transfugiunt, vt habetur 3. Regũ capit. 18. & quia vt dicitur dicto capite 13. Paralipom.
55 †*Nunc ergo vos dicitis,quod reſiſtere poſſitis regno Domini cum multitudine Rebellium, & varijs Idolorum veſtrorũ hæreſibus, quia deſtruxiſtis templa diuina, & Sacerdotes eius; Conſiderate quod Deus nobiſcum eſt; Nos quippè cuſtodimus præcepta Domini Dei noſtri,quem vos reliquiſtis& in exercitu noſtro Dux Deus eſt, & Sacerdotes eius, qui clangunt Tubis, & reſonant contra vos; Nolite pugnare contra Dominum Deũ patrũ veſtrorũ; quia vobis nõ*
56 *expedit;*†Dicit quoq; Nicœph.Greg.li.7.Hiſt.Rom. pag. 185.Pluris apud Deum fieri, ho-

honestā, & inculpatā vitam;
57 quam vires armorum; † Omnia enim prospera eueniunt timentibus, & colentibus Deum; aduersa spernentibus vt habetur in orat. M. Furij Camilli ad Pop. Roman. de non transmigrando Veios apud Liui. lib. 5. ab vrbe cond. de quo Nicolaus Chausinus in charact. ciuilis eloquentiæ lib. 13. pag. 563. Numina enim erroribus, atque peccatis inexorabilia fiunt, vt inquit Seneca lib. 1. de clemen. cap. 7. Annæus Rober. libr. 2. rerum iudicat. cap. 9. Nicæphor. Gregor. lib. 7. vbi ait ex ipsis factis homo discat, quæcunque cooperantem, & cōmilitantem non habent super nam dexteram, his terram, & mare, & aerem aduersari, tāquam fugitiuum aliquem Dei, & iustitiæ violatorem efficaciter persequentia. Lipsi. in notis ad librū 1. Polit. capi. 4. & lib. 1. Ciuil. doctr. capit. 3. & libr. 4. cap. 2. dicens post Aristot. Rethor. ad Alexandrum; Deum proniorem esse in eos, qui maximè illum
58 colunt: † Deus enim, qui olim Israeli semen reliquit, ne sua sors penitus, Sodomæ, & Gomorrhæ instar, aboleretur, qui castigat, & rursus medetur; qui percutit, & viuere facit; qui baculum peccatorum, non perpetuo, in sortem iustorum, bacchari finit; Psal. 124. sed eorum gemitus clementer exaudit, & è contra, respiciens templa sua Hæreticorum manibus polluta, ac prophanata, Catholicique sui gregis afflictionem reminiscetur hæreditatis suæ, effusione prætiosissimi sanguinis vnigeniti sui filij acquisitæ, vineamque dextera eius plantatam, quam ferus Aper exterminare conatur: visitabit, & cultores eius aduersus deuastantium rabiem, sua roborabit virtute, sanctique populi sui misertus, victoriam tribuet, præsertim si leniter, & cum gratiarum actione, molestias, & illatas afflictiones perferant, neque ob acerbitatem illarum, eum à quo proficiscuntur odio persequā
59 tur, † vt dicebat Eustachius Thessalonicensis Antistes apud Nicætam lib. primo Annal. Andronici Comneni, & in Isaacio Angelo lib. 1. vbi ait. Quod Deus qui curat omnia, vt omnium rerum Domi-

nus

nus,qui humanas res moderatur clementer, & omnium miseretur; is res nostras, lancibus impositas, omni bona spe firmabit, & nobis leniter castigatis; flagris hostes nostros,multò atrocioribus,percutiet.

60 † Perpetuo enim stabit sententia hæc,q́ licet coniurent cōtra Deū oēs Reges Terræ, & aduersus Christum eius. Psalm.2. & Agnum nostrum diripere conentur Psalm.110 Necesse tamen erit tandem, vt manu cedāt, pedibus Christi subijciantur, & Agnum Regum Regem,& Dominum Dominantium, velint nolint confiteantur; Apocalip.c.19. Nam vt dicitur 2. Paralip. c.

61 16. † *Oculi enim Domini contemplantur vniuersam terram,& prabent fortitudinē ijs, qui corde perfecto credunt in eum.*vt refert Ribadeneira lib.1. de Princ.Christian.contra Machiauell. & vt dicitur Esdræ 4.cap.15. *Non parcet Dei dextera, super peccatores nec cessabit romphaa super effundentes sanguinem innoxiū super terram*; *Exiet ignis ab ira eius, & deuorabit fundamenta terræ, & peccatores quasi stramen incensum*; & Psalmo 7. *consumetur nequitia peccatoris, & diriges iustum scrutans corda, & renes Deus*, cap. nunquid de pœnit.distin. 1. iustique spolia impiorum ferrent. Sapient. cap.10.cap.1. & 2.cap. quem admodum 23.quæst.7. capit. relatum,ne cler.vel monachi. Paulus Arrighius tract. de bonitate Principis capit. 6.

62 † Improbitas enim res timida est,& suapte testimonio conuincitur,& arguente conscientia,nihil boni spectat, vt ait Nicœt.Chonia.in Annal. Isaacij lib.1.

Hic est (Sacra Catholica Maiestas) paruus,& exiguus audaciæ meæ labor; imò interni, ac perpetui amoris, ac fidelitatis symbolum; quod ex innata clementia, & benignitate acceptum referat ēt, atq; etiā humiliter obtestor, ac deprecor eūdemq; sub sua protectione, ac tutela conseruet; Is enim meus labor, nil aliud intendit, aut optat,quā vt S.R.V. Maiestas, normam inde,& rationem pacis, aut belli gerendi, cum statibus

illis capiat, quemadmodum fas est, & conuenit magnitudini, ac decori, fœlicis Monarchiæ suæ, & Sacrosanctæ Ecclesiæ, vt omnes nos indigni Vasalli, & famuli diu, noctuque continuè præcamur.

D. Ioannes Baptista Valenzuela Velazquez.

INDEX

SENTENTIARVM

MEMORABILIVM.

In quo p. prior Partem. p. posterior paginam. c. considerationem. n. numerum indicant.

A

CE-

Consi-

illis capiat, quemadmodum fas est, & conuenit magnitudini, ac decori, fœlicis Monarchiæ suæ, & Sacrosanctæ Ecclesiæ, vt omnes nos indigni Vasalli, & famuli diu, noctuque continuè præcamur.

D. Ioannes Baptista Valenzuela Velazquez.

INDEX SENTENTIARVM MEMORABILIVM.

In quo p. prior Partem. p. posterior paginam. c. considerationem. n. numerum indicant.

CE-

Consi-

E

EF-

I

L

N

Prin-

Q

R

ro-

Ro-

FINIS.

Laus Deo, Beatissimæq; semper Virgini Mariæ.